# ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ

## ΤΡΑΓΩΙΔΙΑΙ.

# EURIPIDIS

## TRAGOEDIARUM

INTERPRETATIO LATINA EX ED. MUSGRAVII

PASSIM REFICTA.

OXONII,
EXCUDEBAT GUL. BAXTER:
VENEUNT CANTABRIGIAE APUD J. DEIGHTON ET FILIOS;
LONDINI APUD G. ET GUL. B. WHITTAKER.
MDCCCXXI.

# EURIPIDIS

## HECUBA.

# DRAMATIS PERSONÆ.

POLYDORI UMBRA.

HECUBA.

CHORUS EX TROJANIS CAPTIVIS.

POLYXENA.

ULYSSES.

TALTHYBIUS.

ANCILLA HECUBÆ.

AGAMEMNON.

POLYMESTOR, ET FILII EJUS.

# EURIPIDIS

# HECUBA.

POLYDORI UMBRA.

ADSUM, defunctorum specu et caliginis portis
Relictis, (ubi Pluto habitat seorsim a Diis)
Polydorus, Hecubæ filius *filiæ* Cissei,
Priamique patris: qui me, postquam Trojanorum urbem
Periculum invasit hasta casuram Græca,
Metuens clam-emisit ex Trojana terra,
Polymestoris ad domum Thracii hospitis,
Qui præstantissimam Cherronesiam plagam
Seminat, equestrem populum regens hasta.
Multum vero mecum auri emittit occulte
Pater: quo, si quando Ilii mœnia caderent,
Viventibus liberis non esset penuria victus.
Minimus autem natu eram Priamidarum; quare etiam me ex terra
Clam-emisit; neque enim ferre arma,
Neque hastam, potis eram, puerili brachio.
Quamdiu quidem igitur terræ recti stabant termini,
Turresque illæsæ Trojanæ erant terræ,
Hectorque frater meus feliciter rem gerebat hasta,
Bene apud virum Thracem, patrium hospitem,
Alimentis, quasi quispiam surculus, crescebam miser.
Postquam vero Troja Hectorisque perit
Anima, paternusque focus eversus est,
Et ipse ad aram Dei opera ædificatam cadit,
Mactatus Achillis a filio sanguinario:
Interficit me auri miserum gratia
Hospes paternus: et quum interfecisset, in pelagus
Abjecit, ut ipse aurum in domo haberet.
Jaceo autem in littore, interdum in maris æstu,

Multis circuitibus undarum agitatus,
Indefletus, insepultus: nunc vero supra matrem charam
Hecubam prosilio, corpore relicto meo,
Tertiam jam lucem versans in sublimi,
Quamdiu scilicet in terra hac Cherronesia
Mater mea infelix ex Troja adest.
Omnes vero Achivi, naves tenentes, quieti
Sedent in littore hujus Thraciæ terræ.
Pelei namque filius, super tumulum apparens,
Retinuit Achilles totum exercitum Græcum,
Domum versus dirigentes marinum remum.
Petit vero sororem meam Polyxenam
Tumulo charam victimam et honorarium accipere:
Et potietur hoc, neque indonatus amicis
Erit a viris: fatum vero impellit
Mori sororem meam hac die.
Duorum vero liberorum duo cadavera aspiciet
Mater, meumque, et hujus infelicis puellæ.
Apparebo enim, ut sepulturam infelix consequar,
Ancillæ ante pedes in appulsu-maris-ad-littus.
Nam ab illis, quibus est potestas apud inferos, impetravi,
Ut tumulo potirer et in manus matris inciderem.
Meum igitur, quantum volebam consequi,
Erit. Sed ab anu procul secedam
Hecuba: profert enim ipsa pedem e tentorio
Agamemnonis, phantasma metuens meum.
(Heu!) mater, quæ, ex regiis ædibus,
Servilem diem vidisti: utique infeliciter agis
Quantum feliciter olim! At te, rependens,
Perdit deorum aliquis, pristinam felicitatem.

HEC. Ducite, O puellæ, anum ante domum,
Ducite erigentes conservam,
Trojanæ, vobis, ante vero reginam.
Prehendite, gestate, deducite, attollite me,
Senilem manum apprehendentes.
Et ego curvo scipione manus
Annixa, accelerabo tardigradum,
Gressum articulorum promovens.
O fulgur Jovis, O tenebrosa Nox,
Quidnam tandem jactor de nocte sic
Terroribus, spectris? O veneranda Terra,
Nigras-alas-habentium mater somniorum,
Abominor nocturnam visionem,
Quam de filio meo qui servatur in Thracia,
De Polyxenaque chara filia per insomnia
Terribilem visionem didici, cognovi.

O inferni Dii, servate filium meum,
Qui solus, domus anchoraque meæ,
Nivalem Thraciam incolit,
Hospitis paterni sub tutela.
Erit aliquid novum;
Veniet aliquod carmen lugubre luctuosis.
Non unquam mea mens sic indesinenter
Horret, metuit.
Ubi tandem divinam Heleni animam,
Aut Cassandræ aspiciam, O Troades,
Ut mihi interpretentur somnia?
Vidi enim variam cervam lupi cruento ungue
Mactatam, ex meis genibus avulsam per vim,
Miserabiliter. Et hoc terriculamentum mihi;
Venit super summum tumuli verticem
Spectrum Achillis;
Petebat vero munus, calamitosarum
Quandam Troadum.
A mea igitur, a mea hoc filia
Avertite, Dii, supplico.

CHO. Hecuba, propere ad te fugi,
Herilia tentoria deserens,
Ubi sorte data sum et ordinata
Serva, ex urbe abacta
Iliade, hastæ acie
Bello capta ab Achivis,
Nihil te malis levans,
Sed nuncii onus portans
Grande, tibique, mulier, præco dolorum.
Nam in Achivorum pleno concilio
Dicitur decretum esse, tuam filiam Achilli
Victimam dare. Tumulum namque ascendens,
Scis quum aureis apparuit cum armis,
Et pontigradas cohibuit rates,
Vela rudentibus suffulta habentes,
Hæc clamans——
Quonam, Græci, meum tumulum
Proficiscimini inhonoratum relinquentes?
Magnæque contentionis collisit tempestas;
Sententia vero processit bifariam in Græcorum
Exercitu bellicoso; illis quidem ut daretur
Tumulo victima, illis vero non probato.
Erat vero quidem tuum studens bonum
Fatidicæ Bacchæ honorans
Thalamum Agamemnon.
Thesidæ vero, rami Athenarum,

Duorum sermonum autores erant:
Sententia autem una conveniebant,
Achilleum tumulum coronandum esse
Sanguine virenti. Cassandræ vero
Torum non dicebant Achilleæ
Se prælaturos esse unquam hastæ.
Studia vero sermonum controversorum
Erant paria quodammodo, prius *quam* versutus,
Rhetor, suaviloquus, gratiam populi captans,
Laertiades persuadet exercitui,
Non optimum Græcorum omnium
Serviles propter victimas repellere,
Ne quis dicat apud Proserpinam
Stans ex mortuis,
Quod ingrati Danai erga Danaos,
Mortuos pro Græcis,
Trojæ ex campis decesserint.
Veniet vero Ulysses jamjam,
Puellam abstracturus tuis a mammis,
Exque anili manu abducturus.
Sed vade ad templa, vade ad altaria,
Accede Agamemnonis supplex ante genua:
Invoca deos, et eos qui sunt in cœlo,
Et eos qui sunt sub terra.
Aut enim te preces prohibebunt
Orba ne sis filia misera,
Aut oportet te aspicere ante tumulum cadentem,
Cruentatam sanguine virginem
Ex aurifero
Collo flumine nigricante.

HEC. Heu me miseram! quidnam vociferabor?
Quam vocem? quem ploratum?
Infelix, ob infelicem senectutem,
Servitutem non tolerandam,
Non ferendam. Hei mihi mihi.
Quis defendit me? quæ gens,
Quæ vero urbs?
Interiit senex, interierunt liberi.
Qua, an hac, an illac,
Ibo? quonam promovebo pedem? ubinam aliquis deorum,
Aut dæmon nobis est auxiliator?
O mala quæ attulistis Troades, O
Mala quæ attulistis nocumenta, extinxistis,
Perdidistis: non amplius mihi vita
Grata in luce.
O calamitose, duc me, pes,

Sis dux anui
Ad hanc aulam; O nata, O filia
Afflictissimæ matris, egredere,
Egredere domo; audi matris
Vocem, O filia, ut agnoscas,
Qualem, qualem
Audio famam de tua vita.
POL. Ah mater, mater, quid clamas? quid novi
Nuntians, ex ædibus me, quasi avem,
Cum terrore hoc evolare fecisti?
HEC. Hei mihi, filia.
POL. Quid me appellas ominosa voce? mihi procemia mala?
HEC. Heu heu tuæ vitæ!
POL. Eloquere, ne celes diu.
Metuo, metuo, mater:
Quid tandem ingemiscis?
HEC. O filia, filia miseræ matris.
POL. Quid hoc dicis?
HEC. Mactare te Argivorum communis
Urget ad tumulum sententia
Pelidæ, O soboles.
POL. Hei mihi, mater, quomodo edis
Immensa mala? indica mihi,
Indica, mater.
HEC. Loquor, filia, infandam famam:
Nuntiant Argivorum decretum esse
Calculo de tua mihi vita.
POL. O gravia patiens, O omnino infelix,
O miseræ, mater, vitæ,
Qualem, qualem rursus tibi noxam
Infestissimam infandamque
Excitavit aliquis dæmon?
Non amplius tibi filia hæc est: non amplius sane
Senectuti miseræ misera
Simul serviam.
Catulam enim me tanquam montipastam,
Vitulam misera miseram
Videbis manu abreptam
Tua, decollatamque Plutonis
Sub terra missam tenebras, ubi cum mortuis
Infelix jacebo.
Et te quidem, O mater misera,
Deploro perquam lamentabilibus fletibus:
Meam autem vitam, probrum et cladem;
Nihil deploro: sed mori mihi

Casu meliore obtigit.
CH. Et quidem Ulysses venit celeritate pedis,
Hecuba, novum aliquod tibi significaturus verbum.
UL. O mulier, existimo quidem te scire sententiam exercitus,
Calculumque qui obtinuit: at tamen dicam.
Visum est Græcis filiam tuam Polyxenam
Mactare ad excelsum aggerem Achillei sepulchri.
Nos vero comites et adductores puellæ
Ordinant esse: Sacrificii vero præfectus
Sacerdosque statutus est hujus filius Achillis.
Faxis igitur nostin' quid? neque avellaris vi,
Neque ad manuum certamen congrediaris mecum:
Sed agnosce vires et præsentiam malorum
Tuorum. "Scitum est, etiam in malis, sentire, quæ oportet."
HEC. Ah, ah, instat (ut videtur) certamen ingens,
Plenum gemituum, nec lacrymarum inane.
Et ego enim non mortua sum, ubi me oportuerat mori,
Neque perdidit me Jupiter: Nutrit vero, ut videam
Malis mala alia majora infelix ego.
Si vero licet servis liberos
Non acerba, neque cor mordentia,
Percontari, tibi quidem sermonem finiri oportet,
Nobis vero auscultare paulisper, hæc interrogantibus.
UL. Licet, interroga: tempus enim non invideo.
HEC. Scis quando venisti Ilii explorator
Lacero amictu deformis, et ab oculis
Fraudis guttæ tuam irrigabant barbam?
UL. Novi; non enim *hæc res* superficiem pectoris attigit mei.
HEC. Agnovit vero te Helena, et soli nuntiavit mihi?
UL. Meminimus in periculum nos venisse magnum.
HEC. Attigisti vero genua mea humilis existens?
UL. *Et quidem* adeo ut immoreretur in tua veste manus mea.
HEC. Quid sane dicebas servus meus existens tum?
UL. Multorum sermonum inventa, ut non morerer.
HEC. Servavi *te* igitur, emisique ex terra?
UL. Adeo ut etiam nunc aspiciam lucem solis hanc.
HEC. Annon ergo malus argueris ex tuis ipsis consiliis,
Qui ex me bene passus es, qualia dicis te passum esse,
Facis vero nihil vobis bene, sed male, quantum potes?
Ingratum vestrum genus, quicunque apud populum oratorios
Sectamini honores: utinam non cognoscamini mihi,
Qui nihil pensi habetis amicos lædere,
Si multitudini ad gratiam dicatis aliquid.

Verum quidnam hoc callidum putantes
Adversus hanc puellam calculum tulerunt mortis?
Utrum fatum ipsos induxit homines interficere
Ad tumulum, ubi mactare boves magis decet?
An eos qui interfecerunt *eum*, vicissim interficere volens
Adversus hanc Achilles jure intendit cædem?
Atqui nullum ipsi hæc fecit malum.
Helenam illum petere oportet sepulchro victimam:
Illa enim perdidit ipsum et ad Trojam ducit.
Si vero captivam oportet aliquam selectam mori
Pulchritudine excellentem, non nostrum hoc:
Helena enim forma *est* præstantissima,
Injuriosaque non minus quam nos esse comperta est.
Ex æquitate quidem, hactenus contendo:
Quæ vero rependere oportet te, repetente me,
Audi. Tetigisti meam (quemadmodum dicis) manum,
Et hanc anilem, accidens, genam:
Vicissim attingo tua hæc eadem ego,
Beneficiumque reposco prius, et supplico tibi,
Ne meam filiam ex manibus auferas,
Neque interficiatis: mortuorum satis est:
Hac gaudeo, et obliviscor malorum:
Hæc pro multis est mihi consolatio,
Civitas, nutrix, baculus, dux viæ.
Non oportet victores imperare quæ non decent,
Neque eos, qui felices sunt, putare se felices fore semper.
Nam et ego eram olim, sed nunc non amplius sum,
Universam vero felicitatem dies una mihi eripuit.
Sed, O charum mentum, reverearis me,
Miserere; vadens vero ad Græcorum exercitum,
Admone, quam interficere invidiosum sit
Mulieres, (quas primum non interfeciatis)
Ab altaribus avellentes, sed miserti estis.
Lex enim inter vos et liberis æqua
Et servis de sanguine posita est.
Porro dignitas, etiam si prave dicas, tua
Persuadebit: Sermo enim ab incelebribus profectus
Et a celebribus idem, non idem valet.

CHO. Non est adeo rigida hominis natura,
Quæ luctuum tuorum et longarum complorationum
Audiens fletus, non effundat lacrymas.

UL. O Hecuba, disce, neque præ *tua* ira
Me bene dicentem infensum existimes animo.
Ego quidem tuum corpus, per quod felix fui,
Servare paratus sum, et non aliter dico:

Quæ vero dixi apud omnes, non negabo,
Troja capta, viro primario exercitus
Tuam filiam dandam esse victimam postulanti.
In hoc enim laborant multæ urbes,
Quando quis bonus et strenuus existens vir
Nihil auferat ignavis amplius.
Nobis autem Achilles dignus honore, O mulier,
Mortuus pro terra Græca honestissime vir.
An non hoc turpe est, si, vidente quidem, amici loco
Habemus; quum vero interiit, non amplius?
Agedum: quidnam dicat quis, si qua iterum appareat
Exercitusque collectio, hostiumque certamen?
Utrum certabimus, an consulemus vitæ,
Mortuum videntes non habitum in honore?
Atqui mihi quidem viventi in dies,
Etsi pauca habeam, omnia sufficient:
Sepulchrum autem optarim honoratum
Meum conspici: In longum enim *tempus durat* hoc officium.
Si vero miseranda passam te dicis, hæc vicissim audi a me:
Sunt apud nos non minus infelices
Vetulæ mulieres, et Vetuli, quam tu,
Sponsæque præstantissimis sponsis orbatæ,
Quorum hicce occulit corpora Trojanus pulvis.
Perfer hæc: Nos vero, si male statuimus
Honorare fortem, inscitiæ rei erimus:
*Vos* barbari oro neque amicos pro amicis
Ducite, neque honeste mortuos
Admiramini, ut Græcia quidem feliciter agit,
Vos autem perferatis consentanea vestris consiliis.
CHO. Ah, ah; quam mala semper est servilis conditio,
Sustinetque quæ non oportet, per vim victa.
HEC. O filia, mei quidem sermones in aerem
Abierunt, frustra projecti de tua cæde:
Tu vero si majorem potentiam, quam mater, habes,
Annitere, omnigenos, velut lusciniæ os,
Sonos emittens, ne priveris vita.
Procide vero miserabiliter hujus Ulyssis ad genu,
Et persuade; [habes vero occasionem; sunt enim liberi
Et huic,] tuæ ut misereatur fortunæ.
POL. Video te, O Ulysses, dextram sub veste
Occultantem manum, et faciem retrorsum
Vertentem, ne tuum attingam mentum.
Bono animo esto: effugisti meum supplicum tutorem Jovem:

Quippe quidem sequar te, et necessitatis gratia,
Et mori volens: Si vero non velim,
Ignava videbor et amans vitæ mulier.
Quid enim me oportet vivere? cui Pater quidem erat Rex
Phrygum omnium:—hoc mihi initium vitæ:—
Deinde educata sum sub spe optima,
Regibus sponsa, æmulationem non parvam nuptiarum
Habens, ad cujus domum focumque adventura essem:
Domina vero infelix Trojanas eram
Mulieres, virginesque inter conspicua,
Similis deabus, præter mori solum:
Nunc vero sum serva. Primum quidem hoc me nomen
Mortem amare facit, non consuetum existens:
Deinde fortassis dominos sævo animo præditos
Nanciscar, quicunque argento me emet,
Hectoris et aliorum multorum sororem,
Adigens me vero ad panificium in ædibus,
Verrereque domum et radiis textoriis assistere
Tristem agentem diem me coget:
Torum vero meum servus emptitius aliquis
Contaminabit, regibus antea dignum judicatum.
Non ita: dimittam ab oculis liberam
Lucem hanc, inferis offerens meum corpus.
Duc igitur me, Ulysses, et necato me ducens:
Neque enim spei, neque alicujus opinionis video
Fiduciam apud nos, quod unquam feliciter agere me fatale est.
Mater, tu vero nobis nihil impedimento sis
Dicendo neque faciendo: sed assentiaris mihi
Mori, priusquam turpia non pro dignitate consequar.
Quicunque enim non consuevit gustare mala,
Fert quidem, dolet vero, collum supponens jugo:
Mortuus vero fuerit multo felicior
Quam vivens: Vivere enim non honeste magna calamitas.

CHO. Mira nota et insignis inter homines est,
A bonis natum esse, et in majus procedit
Nobilitatis nomen apud eos qui digni sunt.

HEC. Honeste quidem dixisti, filia: sed huic honesto
Mœror adest. Si vero oportet Pelei
Rem gratam fieri filio, et probrum effugere
Vos, O Ulysses, hanc quidem non interficite,
Sed nos ducentes ad bustum Achillis
Confodite, ne parcatis: ego peperi Paridem,
Qui filium Thetidis interemit sagittis feriens.

UL. Non te, O anus, mori Achillis

Spectrum a Græcis, sed hanc, petivit.
HEC. Vos vero me cum filia simul interficite,
Et bis tantum poculum sanguinis fiet
Terræ, mortuoque hæc postulanti.
UL. Satis puellæ tuæ mors (erit:) non addenda
Alia ad aliam: utinam nec hanc deberemus.
HEL. Ingens quidem necessitas est filiæ commori me.
UL. Quomodo? non enim novi me dominos habere.
HEC. Pariter, ut hedera quercui, huic adhærebo.
UL. At id non facies: si modo parueris te sapientioribus.
HEC. Hanc quidem volens filiam non dimittam.
UL. Sed neque ego ipsam hanc abibo hic relinquens.
POL. Mater, ausculta mihi: et tu, fili Laertis,
Remissior sis parentibus jure commotis ad iram,
Tu vero, O misera, cum victoribus ne pugna.
An vis cadere in terram, ac sauciare tuum
Senile corpus per vim protrusa,
Et dedecorari juvenili brachio
Avulsa? quæ patieris: tu vero minime: non enim decet.
Sed, O chara mihi mater, dulcissimam manum
Da, et genam jungere genæ:
Quoniam nunquam iterum, sed nunc postremum
Jubar orbemque solis aspiciam.
Finem accipe jam mearum compellationum.
O mater, O quæ me peperisti, abeo ad inferos.
HEC. O filia, nos vero in luce serviemus.
POL. Expers connubii, expers nuptiarum, quibus me conveniebat potiri.
HEC. Miseranda tu, filia, infelix vero ego mulier.
POL. Illic vero apud inferos jacebo absque te.
HEC. Hei mihi quid faciam? ubi finiam vitam?
POL. Serva moriar, patre cum sim libero.
HEC. Nos vero quinquaginta orbæ sane liberis.
POL. Quid tibi ad Hectorem, aut senem dicam maritum?
HEC. Nuntia omnium miserrimam me.
POL. O pectora, et mamillæ, quæ me nutrivistis suaviter.
HEC. O intempestivam filiæ miseram fortunam.
POL. Vale, O mater, vale et Cassandra mihi—
HEC. Valent alii, matri vero non est valetudo.
POL. Et in equestribus Thracibus, Polydore frater.
HEC. Si vivit modo: dubito vero: adeo per omnia infeliciter ago:
POL. Vivit: et morientis oculum claudet tuum.
HEC. Mortua sum ego certe ante mortem præ miseriis.
POL. Aufer me, O Ulysses, obnubens vestibus caput:

Nam priusquam macter, contabefacta sum in corde
Luctibus matris, hanc insuper tabefacio fletibus.
O lux:—alloqui enim tuum nomen licet mihi,
Sed nil tui ad me pertinet, nisi quantum temporis gladium
Incedo inter, et tumulum Achillis.
HEC. Heu mihi; deficio; solvuntur mihi membra.
O filia, prehende matrem, extende manum,
Da; ne relinquas me orbam liberis: perii, O amicæ,
Quali modi Lacedæmonium sororem Dioscurorum
Helenam videam: per pulchros enim oculos
Turpissime Trojam evertit felicem.
CHO. O aura, marina aura, (*str.* 1.)
Quæ pontigradas portas
Celeres naves per fluctus maris,
Quonam me miseram vehes?
Cui serva ad domum
Possessa veniam?
An Doricæ in littus terræ,
An Phthiadis, ubi pulcherrima-
rum aquarum patrem
Dicunt Apidanum campos pinguefacere?
An insularum, maritimo (*ant.* 1.)
Remo transmissam infelicem,
Advenam domibus opes habentibus:
Ubi et primitiva Palma
Laurusque sacros porrexit
Ramos Latonæ charæ
Partus decorationem divini?
Cum Deliensibusque puellis
Dianæque deæ
Auream vittam, arcusque celebrabo cantu?
Aut Palladis in urbe (*str.* 2.)
Pulchrum-currum-habentis Miner-
væ in crocea veste
Pingendo jungam currui equos,
In artificiosis varie-
gans floridis liciis?
Aut Titanum sobolem, (*i. e. pingam Gigantomachiam*)
Quam Jupiter cadente
Abstulit flamma Saturnius?
Heu mihi ob liberos meos, (*ant.* 2.)
Heu mihi ob parentes, terramque *patriam*,
Quæ fumo concidit
Incensa, bello capta
Græcis: Ego vero

In peregrina terra jam vocabor
Serva, relinquens Asiam
Europæ famulam,
Mutans nece thalamos.

TAL. Ubi reginam olim existentem Ilii
Hecubam inveniam, O Trojanæ puellæ?

CHO. Illa prope te, tergum habens in terra,
O Talthybie, jacet, involuta vestibus.

TAL. O Jupiter, quid dicam? Utrum te homines respicere?
An illos opinionem hanc habere frustra
Falsam, existimantes esse deorum genus,
Et fortunam omnia mortalia gubernare?
Annon hæc fuit regina abundantum-auro Phrygum?
Annon hæc Priami eximie beati uxor?
Et nunc urbs quidem universa eversa est hasta;
Ipsa vero serva, anus, orba liberis, in terra
Jacet, pulvere fœdans calamitosum caput.
Ah, ah; senex quidem sum; attamen mihi mori
Contingat, priusquam in turpem incidam casum aliquem.
Surge, O infelix, et in sublime
Latus eleva, et prorsus canum caput.

HEC. Age. Quis qui corpus meum non sinis
Jacere? Quid moves me, quisquis es, afflictam?

TAL. Talthybius venio, Danaidarum minister,
Agamemnone accersente *te*, O mulier.*

HEC. O charissime, numnam et me insuper mactare ad tumulum
*Juxta* decretum Græcorum venisti? quam grata diceres!
Properemus, festinemus, duc me, O senex.

TAL. Tuam filiam mortuam ut sepelias, O mulier,
Venio vocans te; Mittunt vero me
Gemini Atridæ, et populus Achaicus.

HEC. Heu mihi, quid dicis? non ergo quasi morituros
Venisti ad nos, sed significaturus mala?
Peristi, O filia, a matre abrepta:
Nos vero orbæ liberis quatenus ad te spectat: O misera ego.
Quomodo vero ipsam confecistis? numnam reverentes?
An ad lethale processistis, ut hostem, O senex,
Interficientes? dic, quamvis non dicturus jucunda.

TAL. Duplices me postulas lacrymas consequi, O mulier,
Filiæ tuæ miseratione: nunc quidem nuntians mala
Rigabo hunc oculum, et ad sepulchrum, quum periit.
Aderat quidem tota turba Achaici exercitus
Frequens ante tumulum tuæ filiæ ad mactationem:
Prehendens vero Achillis filius Polyxenam manu
Statuit in summo tumulo, prope vero ego:

Lectique Achæorum præcipui juvenes
Saltum vitulæ tuæ cohibituri manibus,
Sequebantur: plenum vero in manibus accipiens poculum
Totum aureum, fundebat manu filius Achillis
Libationes mortuo patri: Significat vero mihi
Silentium Græcorum universo ut denuntiarem exercitui.
Et ego astans dixi in medio hæc:
Tacete *vos*, Græci, tacitus universus sit populus:
Sile, tace: .tranquillam autem constitui turbam.
Ipse vero dixit: O fili Pelei, pater vero meus,
Accipe libationes a me hasce propitiabiles,
Mortuos elicientes: veni vero, ut bibas nigrum
Puellæ illibatum sanguinem, quem tibi damus
Exercitusque et ego: propitius vero nobis sis,
Solvereque puppes, et retinacula
Navium da nobis, felicemque ab Ilio
Reditum nactos omnes in patriam venire.
Tantum dixit, omnis autem adprecatus est exercitus.
Mox auratum ensem capulo accipiens
Extraxit vagina, lectis autem Græcorum exercitus
Adolescentibus innuit virginem apprehendere.
Ipsa vero, ut sensit, hunc significavit sermonem:
O meam qui excidistis Argivi urbem,
Volens morior: ne quis attingat corpus
Meum: præbebo enim cervicem forti pectore.
Solutam vero me, ut libera moriar,
Per Deos mittentes, interficite: Apud manes enim
Servam vocari, regina quum sim, pudet me.
Turba vero admurmurabant, et Agamemnon rex
Dicebat ut dimitterent virginem adolescentibus.
[Illi vero, ut celerrime audiverunt summam vocem,
Dimiserunt, cujus et summum erat Imperium.]
Et illa postquam audivit dominorum dicta,
Apprehendens peplos ex summo humero
Rupit ile circa medium juxta umbilicum,
Mamillasque ostendit pectoraque, quasi statuæ,
Pulcherrima: et flectens ad terram genu,
Dixit omnium miserabilissimum sermonem:
Ecce, hoc si quidem pectus, O Juvenis,
Ferire cupis, ferito: si vero sub cervice
Volueris, adest jugulus paratus hic.
Ille vero et nolens et volens, præ commiseratione puellæ,
Secat ferro spiritus meatus:
Fontes vero fluebant. Hæc vero etiam moriens, tamen
Magnam solicitudinem habuit decenter ut caderet,
Et occultaret, quæ occultare oculos virorum convenit.

Postquam vero emisit spiritum lethali ex mactatione,
Nemo eundem habebat Græcorum laborem:
Sed alii eorum mortuam ex manibus
Frondibus petebant, alii vero implent pyram,
Stipites adferentes pineos, qui vero nihil adferebat
Ab adferente talia audiebat convitia:
Stas, ignavissime, *ad honorem* hujus puellæ
Neque peplum, neque ornatum in manibus habens?
Non vadis aliquid daturus valde animosæ
Generosissimæ animæque? Talia de tua dicebant
Filia mortua: felicissimam vero prole te
Omnium mulierum infelicissimamque video.
CHO. Sævam quandam cladem Priamidis fervefecit
Urbique meæ: a diis necessarium hoc *est*.
HEC. O filia: non scio ad quod respiciam malorum,
Multis præsentibus: quum enim attingo aliquod,
Aliud non sinit me, avocat vero inde rursus
Mœror quis alius successoribus malorum malis.
Et nunc quidem tuam, ne gemam, cladem
Haud queam delere ex mente:
Intemperantius vero ne gemam, hoc tu amovisti, nuntiata mihi
Generosa. Non igitur mirum, si terra quidem mala,
Nacta bonum cœlum divinitus, bonam segetem fert;
Bona vero, frustrata iis quæ conveniebat consequi,
Malum profert fructum? Inter homines vero semper
Vitiosus nihil aliud quam malus,
Bonus autem bonus, neque præ calamitate
Ingenium perdit, sed bonus est semper.
Numnam parentes præstant, an educationes?
Habet equidem quodammodo et educatio honesta
Doctrinam honestatis: Illud vero siquis bene didicerit,
Novit quod turpe est, ex regula honesti cognoscens.
Et hæc quidem mens ejaculata est frustra:
Tu vero, O *Talthybie*, vade, et significa Argivis hæc:
Ne attingat meam quisquam, sed arceant multitudinem
A filia: In infinito enim exercitu
Indomita turba nauticaque licentia
Violentior igne, malus vero *habetur* qui non aliquid facit mali.
Tu autem accipiens urnam, antiqua ministra,
Intingens adfer huc marini sali aliquid,
Ut filiam lavacris postremis meam,
Sponsam non sponsam, virginemque non virginem,
Lavem, proponamque:—ut quidem digna est, unde?
Non possum: sed ut possum: quid enim agam?—

Ornatum colligens a captivis mulieribus,
Quæ mihi assistentes hæc intra tentoria
Habitant, si quæpiam novos dominos
Latens habet quoddam furtum ex sua domo.
O species ædium, O quondam felix domus,
O plurima tenens pulcherrimaque, felicissime-liberis
Priame, anusque ego mater liberorum,
Quam ad nihil devenimus, superbia
Priori spoliati. Deinde tamen tumescimus,
Aliquis quidem nostrum divitibus in domibus,
Alius vero in cives honorabilis vocatus.
Hæc nihil *sunt*. Incassum curarum consilia,
Linguæque jactantiæ. Ille felicissimus,
Cui de die in diem nihil accidit mali.
CHO. Mihi oportebat cladem, (*str.*)
Mihi oportebat infortunium accidere,
Idæam quando primum sylvam
Alexander abietinam
Secabat, salum per tumidum navigaturus
Helenæ ad thalamos, quam
Pulcherrimam auricomus
Sol radiis suis aspicit.
Labores enim et laboribus (*ant.*)
Necessitates validiores undique circundant.
Utrumque autem ex propria amentia
Malum Simoenticæ terræ
Exitiale venit, calamitasque ab aliis.
Judicata est vero lis, quam in I-
da judicavit *inter* tres felicium *Deorum*
Filias vir pastor,
In hastam, in necem, et mearum ædium exitium: (*epod.*)
Gemit vero et aliqua circa pulchre-fluentem Eurotam
Lacæna lacrymis confecta domi puella,
Canumque in caput mater,
Liberis mortuis, ponit manum,
Laniatque genam,
Cruentum unguem reddens lacerationibus.
ANC. O mulieres, Hecuba ubinam est infelicissima,
Quæ omnes vincit viros, et muliebrem progeniem
Calamitatibus? Nemo de corona certabit.
CHO. Quid vero, O misera, cum tuo linguæ-ominosæ clamore?
Quippe nunquam dormiunt tristia tua præconia.
ANC. Hecubæ affero hunc dolorem: In malis vero
Non facile hominibus læta dicere os.
CHO. Atqui prodit ex ædibus

Hæc: et opportune tuis apparet verbis.
ANC. O prorsus-infelix, et adhuc magis quam dicam,
Domina, peristi, non amplius aspicis lucem,
Sine liberis, sine marito, ejecta urbe, prorsus perdita.
HEC. Non novum dixisti, scientibus vero probrum dicis.
Sed quid cadaver hoc mihi Polyxenæ
Venis adferens, cujus nuntiata est sepultura
Omnium Achæorum manu studiose fieri?
ANC. Illa nihil novit, sed mihi Polyxenam
Deplorat, nova vero mala non attingit.
HEC. Heu mihi miseræ! utrum Bacchicum caput
Vatidicæ huc Cassandræ fers?
ANC. Viventem dixisti, mortuum vero non gemis
Hunc. Sed aspice corpus nudatum mortui,
Si tibi apparebit miraculum et præter spem.
HEC. Heu mihi, video quidem filium meum mortuum
Polydorum, quem mihi Thrax servabat in domo vir.
Perii infelix, non amplius sum sane.
O fili, O fili, (*str*. 1.)
Hem, hem, incipio luctus
Bacchationem, ex spectro
Recenter edocta calamitates.
ANC. Cognovisti enim cladem filii, O misera tu?
HEC. Incredibilia, incredibilia, nova, nova aspicio.
Alia ab aliis mala malis incidunt:
Neque unquam absque luctu, absque gemitu di-
es me tenebit.
CHO. Horrenda, O misera, horrenda patimur mala.
HEC. O fili fili miseræ matris, (*str*. 2.)
Quo fato moreris, quo infortunio jaces?
A quo hominum?
ANC. Nescio: in littore eum invenio marino.
HEC. Abjectum, aut interfectum cruenta hasta?
ANC. In arena plana
Maris ipsum ejecit æquoreus æstus.
HEC. Heu mihi, ah, ah! (*str*. 3.)
Intelligo somnium, oculorum
Meorum visionem—non me præteriit spec-
trum atris-alis-præditum—
Quam aspexi de te,
O fili, non amplius existente Jovis in luce.
CHO. Quisnam ipsum interfecit? potesne tu, somniis admonita,
dicere?
HEC. Meus, meus hospes, Threicius eques, (*str*. 4.)
Ubi senex pater deposuit illum occultans.

CHO. Heu mihi, quid narratura es? aurumne, ut haberet, postquam interfecisset?
HEC. Infanda, detestanda, ultra omnem admirationem,
Non pia, neque toleranda. ubi jus hospitum?
Ah scelerate vir, ut laniasti
Corpus, ferreo secans gladio
Membra hujus pueri, neque misertus es.
CHO. O infelix, ut te ærumnosissimam mortalium
Dæmon reddidit, quicunque est tibi infensus.
Sed—video enim hujus domini corpus
Agamemnonis—exinde taceamus, O amicæ.
AGA. Hecuba, quid cunctaris filiam tuam occultare sepulchro
Veniens, sicut Talthybius nunciavit mihi,
Ne attingeret tuam quisquam Argivorum puellam?
Nos utique sinimus, neque attingimus:
Tu vero otiosa es, ut mirer ego.
Venio vero accersiturus te: quæ illic enim bene
Acta sunt, si quid tamen horum est bene.
Hem, quem virum hunc in tentoriis video
Mortuum ex Trojanis? non enim Græcorum *aliquem esse*, vestes
Corpus involventes nuntiant mihi.
HEC. Infelix,—meipsam enim dico, dicens te,—
Hecuba, Quid faciam? utrum procidam ad genua
Agamemnonis hujusce, aut feram tacite mala?
AGA. Quid mihi in faciem tergum obvertens tuum
Ploras, quod actum est vero non dicis? quis est hic?
HEC. Sed si me servam hostemque ducens
A genibus repelleret, dolorem utique nobis augeamus.
AGA. Non equidem sum vates, ut non audiens
Possim investigare tuorum viam consiliorum.
HEC. An interpretor quidem ad id quod inimicum est
Magis mentem hujus, existentis neutiquam inimici?
AGA. Si quidem me vis harum nihil scire rerum,
Ad idem venis: etenim nec ego audire volo.
HEC. Haud possum absque hoc ulcisci
Liberos meos; quid volvo hæc?
Audere necesse est, sive consequar, sive non consequar.
Agamemnon, supplico tibi per hæc genua
Et tuam barbam dextramque felicem.
AGA. Quam rem quærens? utrum liberam
Vitam reddere? facile enim *hoc* est tibi.
HEC. Non sane: malos etenim ulciscens,
Vitam universam servire volo.
AGA. Nos autem ad quod auxilium vocas?
HEC. Nihil horum, quæ tu putas, O rex:

Vides cadaver hoc, propter quod effundo lacrymas?
AGA. Video: sed futurum non possum scire.
HEC. Hunc olim peperi et portavi sub cingulo.
AGA. Est vero quispiam tuorum hic, O misera, liberorum?
HEC. Non ex illis qui mortui sunt ex filiis Priami sub Ilio.
AGA. Anne aliquem alium peperisti, quam illos, O mulier?
HEC. Inutiliter quidem, ut apparet, hunc, quem aspicis.
AGA. Ubi vero erat, quando peribat urbs?
HEC. Pater ipsum ablegavit, metuens ne moreretur.
AGA. Quonam ab existentibus tunc separans liberis solum?
HEC. In hanc regionem, ubi inventus est mortuus.
AGA. An ad virum, qui rex est hujus Polymestor terræ?
HEC. Huc missus est acerbissimi auri custos.
AGA. Moritur vero a quo, et quod fatum consequutus?
HEC. Quonam ab alio? Thracius ipsum perdidit hospes.
AGA. O infelix, numnam aurum amavit capere?
HEC. Talia *sunt*, postquam calamitatem cognovit Trojanorum.
AGA. Ubinam illum reperisti, aut quis attulit cadaver?
HEC. Hæc, incidens in eum marino in littore.
AGA. Hunc quærens, an laborans alium laborem?
HEC. Aquam abierat allatura ex mari Polyxenæ.
AGA. Quum interfecisset, ut apparet, abjecit hospes.
HEC. Fluctuantem in mari utique, sic dissecans corpus.
AGA. O misera tu propter immensas calamitates!
HEC. Perii, et nihil reliquum est, Agamemnon, malorum.
AGA. Ah, ah: quæ ita infelix nata est mulier?
HEC. Non est, nisi infelicitatem ipsam diceres.
Sed propter quas causas circa tuum cado genu,
Audi: si quidem justa tibi pati videar,
Boni consulam: si vero contrarium, tu mihi sis
Ultor viri, maxime impii hospitis,
Qui neque eos qui sub terra sunt, neque eos qui supra
Veritus perpetravit facinus nefandissimum,
Communi mensa sæpe potitus mecum,
Hospitioque præcipue ex meis amicis;
Consecutus vero quæcunque postularet, et accipiens prius mercedem,
Interfecit, ac sepultura, quando occidere voluit,
Non dignatus est, sed abjecit in mare.
Nos quidem igitur servæ et imbecilles forsan:
Sed Dii validi sunt, et illis dominans
Lex: lege enim Deos censemus,
Et vivimus injusta et justa nobis definita habentes:
Quæ *lex* ad te progressa si violabitur,
Et non pœnam dabunt, qui hospites
Interficiunt aut deorum sacra audent capere,

Non est quicquam rerum inter homines æquabile.
Hæc igitur inter turpia numerans, reverere me,
Miserere nostri, ac quasi pictor seorsim stans
Vide me, et aspice qualia habeo mala.
Regina eram olim, sed nunc serva tua,
Felix-multa-sobole olim, nunc vero anus orbaque liberis simul,
Exul, deserta, afflictissima mortalium.
Heu mihi miseræ, quo a me subducis pedem ?
Videor effectura esse nihil: O misera ego !
Quid tandem mortales alias quidem artes
Elaboramus, ut oportet, omnes, et inquirimus,
Suadelam vero, reginam homines inter solam,
Nequaquam præ cæteris ad perfectionem excolimus
Mercedes dantes discere, ut liceat aliquando
Persuadere, quæ quis vellet, et consequi simul?
Qui igitur posthac quis sperare possit acturum se bene?
Illi quidem tot liberi non amplius sunt mihi,
Ipsa vero in contumelias captiva proficiscor:
Fumum vero urbis hunc eglomerantem in altum video.
Atqui—fortasse quidem sermo inanis hic sit,
Venerem prætendere: attamen dicetur:—
Ad tuum latus filia mea cubat
Vates, quam vocant Cassandram Phryges.
Ubi jucundas jam noctes ostendes, O rex,
Aut in lecto charorum amplexuum
Gratiam quam habebit filia mea, pro illa vero ego?
Ex tenebris enim nocturnisque una
Illecebris maxima oritur gratia.
Audi sane nunc: mortuum hunc vides?
Huic bene faciens affini tuo
Feceris. Unius rei meus sermo *est* egens adhuc.
Utinam mihi fieret vox in brachiis
Et manibus et pupillis et pedum in gressu,
Vel Dædali arte, vel Deorum alicujus,
Ut omnia simul tuis adhærescerent genibus
Plorantia, exprimentia omnis generis sermones.
O Domine, O maximum Græcis lumen,
Obtempera, porrige manum huic anui
Ultricem, etsi nihil *ea* est, sed tamen *porrige manum:*
Boni enim viri est et justitiæ inservire,
Et malos male punire ubique semper.

CHO. Mirum sane est, mortalibus ut omnia confunduntur,
Et necessitudines tempora definiunt,
Amicos efficientia ex inimicissimis,
Inimicosque eos, qui ante benevoli erant, facientia.

AGA. Ego te et tuum filium et fortunas tuas,
O Hecuba, misereor, manumque supplicem,
Voloque et deorum gratia impium hospitem
Et justitiæ, hanc tibi dare pœnam,
Si quo modo fiat, ut tibi commode sit,
Exercituique non videar Cassandræ gratia
Thraciæ regi hanc struere cædem.
Est enim qua ex parte metus incidit mihi:
Virum hunc, amicum putat exercitus,
Mortuum vero hostem: Si vero tibi charus
Hic est, privatim est hoc et non publicum exercitui.
Præterea hæc considera: quod volentem quidem me habes
Tibi opem ferre, et promptum ad auxiliandum,
Tardum vero, apud Græcos si accusabor.
HEC. (Heu,) heu, non est mortalium, qui sit liber:
Aut pecuniarum enim servus est, aut fortunæ,
Aut multitudo eum urbis, aut leges scriptæ
Prohibent, ne utatur pro arbitrio moribus.
Postquam vero metuis multitudinique nimium tribuis,
Ego te faciam hoc liberum metu.
Sis conscius quidem, si quid struam mali
Adversus eum hunc qui interfecit, adjuva vero nequaquam.
Si vero ex Achæis tumultus, aut auxilium,
Patiente viro Thrace qualia patietur,
Apparuerit quoddam, cohibe, non præ te ferens meum gratiam;
Quod ad alia vero, confide; cuncta ego conficiam probe.
AGA. Quomodo igitur? quid facies? utrum gladium manu
Accipiens anili virum barbarum interficies,
Aut venenis, aut ope quanam!
Quæ tibi aderit manus? unde habebis amicos?
HEC. Tecta occultant hæc Troadum turbam.
AGA. Captivas dicis, Græcorum prædam?
HEC. Cum illis *hunc* meum homicidam ulciscar.
AGA. Et quomodo mulieribus in viros erit victoria?
HEC. Est *quiddam* potens multitudo, cum insidiisque insuperabile.
AGA. Potens; veruntamen fœmineum reprehendo genus.
HEC. Quid vero? an non mulieres interfecerunt Ægypti filios,
Et Lemno funditus viros exterminarunt?
Sed ut fieri possit, hunc mihi omitte sermonem;
Mitte vero mihi hanc tuto per exercitum
Mulierem. Et tu, *O mulier*, Thracio accedens hospiti,
Dic; vocat te regina olim sane Ilii
Hecuba, tua vero non minus quam ipsius causa,
Et liberos: quoniam oportet et liberos scire sermones
Illius. Recens vero interfectæ

Polyxenæ differ, Agamemnon, sepulturam,
Ut isti duo frater et soror, prope in una flamma,
Duplex ærumna matris, occultentur terra.
AGA. Erunt hæc sic: etenim si esset exercitui
Navigatio, non potuissem hanc tibi præstare gratiam;
Nunc vero—non enim mittit secundos flatus Deus—
Manere necesse est, navigationem expectantes tranquillam.
Eveniat autem feliciter; Omnibus enim est commune hoc,
Et peculiariter unicuique, et urbi, malum quidem hominem
Malum aliquid pati, bonum vero feliciter agere.
CHO. Tu quidem, O patria Iliaca, (*str.* 1.)
Ex urbibus inexpugnabilibus non amplius diceris:
Talis Græcorum nebula te circumfundit
Hasta sane, hasta populans.
Coronam vero detonsa es
Turrium, circum vero fuliginis
Maculam miserrimam denigrata es,
Misera, non amplius te ingrediar.
Media nocte perii, (*ant.* 1.)
Quando a cœna somnus suavis in oculos
Spargitur, a cantu vero et lætificis
Conviviis desinens
Maritus in thalamis jacebat,
Hastile vero in paxillo,
Nauticam non amplius videns turbam
Per Trojam Iliacam incedentem.
Ego vero comam religatis (*str.* 2.)
Mitris componebam
Aureorum speculorum
Aspiciens rotundos splendores,
Cœna peracta ut caderem in torum.
Tumultus vero pertransivit urbem:
Vociferatio autem erat per urbem Tro-
jæ hæc; O filii Græcorum, quando sane,
Quando Iliacæ speculam
Excidentes ibitis domum?
Lectum vero charum simplici veste induta (*ant.* 2.)
Relinquens, Dorica ut puella,
Venerandam accedens
Nihil effeci Dianam infelix.
Sed abducor mortuum quum vidissem maritum
Meum, marinum per pelagus
Urbemque procul aspectans, postquam
Reducem navis movit clavum et me
A terra dimovit Iliaca:

Misera, destiti præ dolore.
Dioscurorum Helenam sororem, I- (*epod.*)
dæumque pastorem exitiosum Parin execrationi
Dans, quoniam me terra
Ex patria perdidit
Expulitque ex ædibus matrimonium, non matrimonium, sed
Dæmonis affligendis quædam calamitas:
Quam *utinam* neque pelagus marinum reducat iterum,
Neque patriam veniat in domum.
POL. O charissime virorum Priame, charissimaque tu,
Hecuba, illacrymor te intuens urbemque tuam,
Hancque modo mortuam gnatam tuam.
Ah, non est quicquam tutum, neque gloria,
Neque rursum eum, qui felix est, non futurum infelicem.
Sed miscent *res* Dii antrosum et retrorsum,
Confusionem imponentes, *ut futuri* inscitia
Colamus illos. Sed hæc quidem quid attinet
Lugere, promoventem nihil in malis pristinis?
Tu vero si quid incuses meam absentiam,
Quiesce: eram enim in mediis Thraciæ finibus
Absens, quando venisti huc: sed postquam redii,
Jam pedem extra domum tollenti mihi
Ad idem hæc coincidit ancilla tua,
Dicens sermones, quos audiens veni.
HEC. Erubesco intueri te adversum,
Polymestor, in tantis constituta malis.
Cui enim conspecta sum feliciter agens, pudor me tenet,
In hoc fato posita, ubi nunc sum,
Neque queam aspicere te rectis pupillis.
Sed hoc ipsum non malevolentiam *esse* duces erga te,
Polymestor: Alias vero causa quædam et lex est,
Mulieribus, viros ne aspiciant ex adverso.
POL. Et mirum sane nihil: sed quis usus tibi mei?
Propter quod negotium evocasti meum ex ædibus pedem?
HEC. Privatim meiipsius sane quiddam ad te volo
Et liberos dicere tuos: ministros vero mihi
Separatim jube ab his abscedere domibus.
POL. Discedite: in tuto enim hæc solitudo.
Amica quidem nobis es tu, amicus vero mihi
Exercitus Achæorum. Sed indicare te convenit,
Quid oporteat felici fortuna utentem non felici utentibus
Amicis præstare: nam paratus sum ego.
HEC. Primum quidem dic filium quem ex mea manu
Polydorum exque patris acceptum, in domibus habes,
An vivat: alia deinde te interrogabo.

POL. Maxime: ex illa quidem felix es parte.
HEC. O charissime, quam bene et digne te loqueris!
POL. Quid itaque vis secundo scire ex me?
HEC. An parentis hujus memor est aliquid mei?
POL. Et huc quidem ad te occulte quærebat venire.
HEC. Aurumne vero salvum est, quod venit ex Troja habens?
POL. Salvum, in domibus quidem meis custoditum.
HEC. Serva itaque illud, nec concupisce quæ sunt propinquorum.
POL. Minime: perfruar præsentibus, O mulier.
HEC. Scis igitur quæ dicere tibi et liberis volo?
POL. Non scio: tuo hoc significabis sermone.
HEC. Sit amatus *filius a te*, ut tu nunc mihi amaris.
POL. Quid rei *est*, quod et me et liberos scire oportet?
HEC. Auri veteres filiorum Priami defossiones.
POL. Hæc sunt, quæ vis filio significare tuo?
HEC. Maxime, per te sane: Es enim pius vir.
POL. Quid porro horum liberorum opus est præsentia?
HEC. Præstat, si tu morereris, ut isti sciant.
POL. Pulchre dixisti sic et sapientius, *quam ego*.
HEC. Nosti igitur Minervæ Trojanis ubi tecta.
POL. Nempe ibi aurum est? signum vero quod?
HEC. Nigrum saxum terram eminens supra.
POL. Amplius igitur aliquid vis eorum quæ sunt ibi, dicere mihi?
HEC. Servare te pecunias, quibuscum egressa sum, volo.
POL. Ubi sane? intra vestes anne occultans habes?
HEC. Spoliorum in acervo in hisce servantur tectis.
POL. Ubi vero hæc? Hæc Achæorum nautica septa.
HEC. Separatim mulierum captivarum tecta.
POL. Ea vero quæ intus fida sunt, et virorum solitudo?
HEC. Nullus Achæorum intus, sed nos solæ.
Sed perge in domum: etenim Græci navium
Solvere cupiunt domum versus ex Troja pedem;
Ut omnia conficiens, quæ te oportet, abeas rursus
Cum liberis eo, ubi meum posuisti filium.
CHO. Nondum dedisti, sed forte dabis pœnas:
Importuosum quispiam quasi in mare incidens
Confertim excides charo corde,
Extinguens vitam. Obnoxium enim
Justitiæ et Diis ubi conjungitur
Exitiale, exitiale malum.
Fallet te viæ hujus spes, quæ te induxit
Lethalem ad Plutonem, heu miser!
Imbelli vero manu relinques vitam.
POL. Heu mihi, obcæcor lumen oculorum miser.
SEM. Audistis viri Thracis ejulatum, O amicæ?

POL. Heu mihi iterum atque iterum, O filii, ob tristem mactationem!
SEM. Amicæ, acta sunt nova intra domum mala.
POL. Sed non effugeritis celere pede:
Dejiciens enim ædium harum irrumpam penetralia.
SEM. Ecce, gravis manus ruit telum.
Vultis irruamus? quoniam tempus vocat
Hecubæ adesse Trojanisque *mulieribus* auxiliatrices.
HEC. Frange, nihil parce ejiciens portas:
Neque enim unquam visum lucidum restitues pupulis,
Neque filios videbis viventes, quos interfeci ego.
SEM. Numnam cepisti Thracem, et superior es facta hospite,
O domina, et patrasti, qualia dicis?
HEC. Videbis eum statim existentem ante ædes
Cæcum, cæco euntem errabundo pede,
Filiorumque duorum corpora, quos interfeci ego
Cum fortissimis Troadibus: pœnam vero mihi
Dedit: procedit vero, ut vides, hic ex domo.
Sed eminus abeo et secedam
Ira fluente a Thrace, vix insuperabili.
POL. O mihi ego!
Quo vado, ubi sto, quo appellam?
Quadrupedis gradum feræ montanæ
Figens super manus secundum *Troadum* vestigia?
Qualem *viam*, aut hanc, aut illam
Mutabo,
Homicidas prehendere cupiens
[Iliadas,] quæ me perdiderunt?
Scelestæ, scelestæ puellæ Phrygum,
Io sceleratæ, ubi me fuga
Fugiunt in angulis?
Utinam mihi oculorum cruentam palpebram
Medearis, medearis cæcam, O Sol,
Nubem adimens!
At, at: tace, tace, occultum
Gradum sentio harum mulierum.
Ubi pedem saltu immittens carnibus ossibusque satier,
Cœnam sylvestrium ferarum instruens
Conans reponere injuriam,
Pro mutilatione mea talionem? Io miser:
Ubi, quo feror, liberos desertos relinquens
Satellitibus Plutonis ad discerpendum,
Mactatas tanquam canibus cruentas dapes, immanes, montanamque abjectionem?

Ubi consistam, quo flectam, quo vadam?
Navis quemadmodum marinis funibus lineum
Velum administrans,
Ad hoc properans liberorum meorum custos
Exitiale cubile?

CHO. O infelix, quam tibi intolerabilia facta sunt mala;
Facienti vero turpia, sævas pœnas
Deus dedit, quicunque est tibi infensus.

POL. Ah, ah, Io Thraciæ
Hastifera, armata, equestris, Mar-
te inspirata gens!
Io Achæi, Io Atridæ!
Clamorem, clamorem clamo, clamorem;
Ite, venite per deos.
Audit quis? an nemo opem feret? quid cunctamini?
Mulieres perdiderunt me,
Mulieres captivi.
Gravia, gravia passi sumus.
Heu mihi ob meum exitium!
Quo vertar? quo ibo?
Aerem pervolans cœlestem al-
tam in domum,
Orion aut Sirius ubi ignis flammeos ja-
cit ab oculis radios?
Aut ad Plutonis atrum lit-
tus ruam miser?

CHO. Ignoscendum, quando quis majora, quam ferre *possit* mala
Patitur, misera effugere e vita.

AGA. Clamore audito veni: non enim tranquilla
Rupis montanæ filia insonuit per exercitum
Echo, præbens tumultum. Si vero non Phrygum
Turres cecidisse scivissemus Græcorum hasta,
Terrorem præbuisset non mediocriter hic sonus.

POL. O charissime—sensi enim, O Agamemnon, tuam esse
Vocem, ut audivi—vides quæ patimur?

AGA. Age, Polymestor O infelix, quis te perdidit?
Quis oculum fecit cœcum, cruentans pupulas,
Filiosque hos interfecit? certe magnam iram
Adversum te et filios habuit, quicunque fuerit sane.

POL. Hecuba me cum mulieribus captivis
Perdidit, non perdidit, sed amplius.

AGA. Quid dicis? Tu hoc opus fecisti, ut dicit?
Tu audaciam, O Hecuba, hanc suscepisti immensam?

POL. Hei mihi, quid dicis; anne prope est alicubi?
Significa, dic ubi est, ut rapiens manibus
Discerpam et cruentem corpus.

AGA. Heus quid pateris? POL. Per Deum te precor,
Sine me immittere huic furentem manum.
AGA. Contine te: ejiciens porro e corde barbariem,
Dic, ut audiens et te et hanc per vices
Dijudicem juste, pro quo pateris hæc.
POL. Dicam sane. Erat quispiam Priamidarum minimus
Polydorus, Hecubæ filius, quem ex Troja mihi
Pater dat Priamus in domibus nutriendum,
Jam suspicans de Trojæ excidio.
Hunc interfeci: quamobrem autem interfeci ipsum,
Audi, quam bene et sapienti providentia.
Metui, ne tibi hostis relictus hic puer
Trojam colligeret et habitaret olim,
Resciscentes vero Græci vivere Priamidarum aliquem
Phrygum ad terram rursus ducerent expeditionem,
Et deinde Thracios campos vastarent hos
Populantes, et vicinis esset malum
Trojanorum causa, propter quod nunc, O rex, laboravimus.
Hecuba vero, filii quum cognovisset lethale fatum,
Dolo me hujusmodi duxit, tanquam occultos
Thesauros dictura Priamidum sub Ilio
Auri. Solum vero cum liberis me inducit
In domos, ut ne quis alius sciret hæc.
Sedeo vero culcitra in media curvans genu:
Multæ vero, manum hæ quidem ad sinistram,
Illæ vero inde, utpote apud amicum, Trojanorum puellæ
Sedebant, fundentes radiis Edonis præconium,
Laudabantque, ad lucem hasce spectantes vestes:
Et aliæ, hastile Threicium spectantes,
Nudum me fecerunt duplici gestamine.
Quæ vero matres erant, quasi admirantes
Liberos in manibus quatiebant, ut procul a patre
Fierent, successionibus mutantes manuum.
Et deinde ex blandis, quomodo censes, colloquiis
Statim corripientes enses ex vestibus alicunde
Confodiunt pueros, aliæ vero hostium instar
Corripientes meas tenebant manus,
Et pedes. Filiis vero opem ferre volens meis,
Si quidem faciem erigerem meam,
Capillo retinebant, si vero moverem manus,
Præ multitudine mulierum nihil efficiebam miser.
Quod vero erat supremum, noxa ultra noxam,
Perpetraverunt atrocia: meorum enim oculorum,
Fibulas quum corripuissent, infelices pupulas
Fodiunt, cruentant: deinde per tectum

Fugaces abierunt. Exiliens vero ego,
Fera quasi, prosequor cruentas canes,
Omnem scrutans parietem, quasi venator,
Dejiciens, frangens. Talia dum studeo tibi gratificari
Passus sum, hostem tuum interficiens,
O Agamemnon. Ut vero non longos extendam sermones,
Si quis priorum mulieribus dixit male,
Aut nunc dicens est quis, aut dicturus est,
Omnia hæc in compendium ego dicam:
Genus enim neque pontus neque terra nutrit
Tale: ille vero semper qui una versatur, novit.

CHO. Ne insolescas audacius, neque tuis malis
Muliebre æstimans sic omne reprehendas genus.
Multæ enim ex nobis, haberi sunt invidendæ,
Aliæ vero in numero malorum sumus.

HEC. Agamemnon, hominibus non conveniebat unquam
Quam ipsas res linguam posse plus.
Sed sive bona egit, bona oportebat dicere,
Sive vicissim mala, sermones esse putidos,
Et non posse injusta bene eloqui unquam.
Sapientes quidem igitur sunt qui hæc exacte calluerunt;
At non possunt ad extremum usque esse sapientes,
Sed male perierunt: non quisquam evasit adhuc:
Et mihi, quod ad te, sic in prooemiis habet:
Ad hunc vero venio, et verbis respondebo,
Qui ais te, Græcorum laborem levantem duplicem,
Agamemnonisque studio, filium meum interfecisse.
Sed, O pessime, primum, nunquam amicum
Barbarum fiet Græcis genus,
Nec unquam possit. Quam vero captans gratiam
*Tam* promptus eras? utrum juncturus affinitatem aliquam,
Aut cognatus existens? Aut quamnam causam habens?
Aut tuæ erant terræ excisuri germina,
Classe reversi? Cui putas persuasurum esse hæc?
Aurum, si velis vera dicere,
Interfecit meum filium et lucra tua.
Quandoquidem doce *me* hoc; quare, quum erat felix
Troja, et circumcirca murus habebat adhuc urbem,
Vivebatque Priamus, Hectorisque florebat hasta,
Quare non tum, si quidem huic voluisti gratiam
Præstare, nutriens filium et in domo habens
Interfecisti, aut viventem venisti ad Græcos ducens?
Sed quando nos non amplius eramus in luce,
Fumusque significabat urbem esse sub hostibus,
Hospitem interfecisti, tuum accedentem ad focum.
Adhæc nunc audi, ut appareas sceleratus.

Oportebat te, si quidem eras Græcis amicus,
Aurum, quod fateris non tuum, sed hujus, habere,
Dare afferentem egentibusque et per tempus
Multum a patria terra procul peregrinantibus;
Tu vero ne nunc quidem tuis dimittere manibus
Sustines, sed tenere perseveras adhuc in domo.
Atqui nutriens quidem, ut te filium decebat nutrire,
Servansque meum, habuisses præclaram gloriam;
In adversis enim boni sunt certissimi
Amici: res secundæ vero ultro habent amicos.
Si vero indiguisses pecuniis, hic vero floruisset,
Thesauros tibi filius potuisset esse meus magnus;
Nunc vero neque illum virum habes tibi amicum,
Aurique fructus perit, filiique tui,
Ipseque agis isto modo. Tibi vero ego dico,
Agamemnon, si huic opem tuleris, malus apparebis:
Neque pio enim, neque fideli quibus decebat,
Neque sancto, neque justo benefacies hospiti:
Sed ipsum gaudere malis te dicemus
Talem existentem; Dominis vero non facio convicium

CHO. Papæ, hominibus ut bona causa
Bonorum occasiones præbet semper sermonum!

AGA. Molestum quidem est mihi aliena judicare mala;
Tamen necesse; etenim dedecus affert,
Negotium in manus quum *semel* acceperim, rejicere hoc.
Mihi vero ut scias neque meam videris ob gratiam,
Neque etiam Achæorum, virum interfecisse hospitem,
Sed ut haberes aurum in ædibus tuis.
Loqueris vero tibi ipsi conferentia, in malis existens.
Forsan igitur apud vos facile est trucidare hospitem:
Nobis vero Græcis turpe hoc *habetur*
Quomodo ergo, te absolvens, effugiam vituperium?
Non certe possem. Sed postquam quæ honesta non sunt
Facere ausus es, sustine etiam quæ non grata sunt.

POL. Hei mihi, a muliere, ut videtur, victus
Serva, dabo deterioribus pœnam.

HEC. Annon juste, siquidem perpetrasti mala?

POL. Hei mihi propter liberos, hosque oculos meos, misero!

HEC. Doles? quid vero me? propter filium non dolere putas?

POL. Gaudes insultans mihi, O malitiosa tu.

HEC. Non enim me gaudere oportet, te quæ ulta sum?

POL. Sed non statim, quando te marina humiditas——

HEC. Utrum navi ducet me terræ in fines Græcanicæ?

POL. Occultabit quidem delapsam ex antennis.

HEC. A quo violentos nactam saltus?

POL. Ipsa ad malum *navis* ascendes pede.

HEC. Alatis tergis, aut quonam modo?
POL. Canis fies, ignotos habens aspectus.
HEC. Quomodo vero nosti formæ meæ transmutationem?
POL. Apud Thraces vates dixit Dionysus hæc.
HEC. Tibi vero non vaticinatus est quicquam de malis quæ habes?
POL. Non enim unquam tu me cepisses sic cum insidiis.
HEC. Mortuane, an viva hic implebo sortem?
POL. Mortua: Tumulo vero nomen tuo dabitur—
HEC. Formæ consentiens meæ aut quid dicis?
POL. Canis miseræ sepulchrum, nautis signum.
HEC. Nihil curæ est mihi, quum tu mihi dederis pœnam.
POL. Et tuam necesse est filiam Cassandram mori.
HEC. Abominabor; ipsi hæc tibi tribuo habere.
POL. Interficiet ipsam hujus conjux, domus custos acerba.
HEC. Ne unquam insaniat usque adeo Tyndarea filia.
POL. Ipsumque hunc, securim tollens sursum.
AGA. Heus tu, insanis, et mala appetis consequi.
POL. Interfice, quoniam Argis homicidalia lavacra te manent.
AGA. Non trahetis ipsum famuli ex conspectu per vim?
POL. Doles audiens? AGA. Non cohibebitis os?
POL. Concludite: dictum est enim. AGA. Annon quam celerrime
Insularum desertarum ipsum abjicietis aliquo,
Quoniam sic et nimium licentia oris abutitur?
Hecuba, tu vero misera, geminos mortuos
Vadens sepelito; Dominorum vero vos oportet
Tentoria accedere, Troades; etenim flatus
Domum versus jam hosce secundos sentio.
Bene vero *utinam* in patriam navigemus, bene etiam quæ domi
Habentia se videamus, ab his liberati laboribus.
CHO. Ite ad portus et tentoria, O amicæ,
Heriles experturæ
Labores: dura enim necessitas *urget*.

# EURIPIDIS

## ORESTES.

## DRAMATIS PERSONÆ.

ELECTRA.

HELENA.

HERMIONE.

CHORUS.

ORESTES.

MENELAUS.

TYNDARUS.

PYLADES.

NUNCIUS.

PHRYX.

APOLLO.

# EURIPIDIS

## ORESTES.

ELE. NULLUM est adeo terribile dictu malum,
Neque calamitas, neque afflictio divinitus missa,
Cujus pondus non patiatur genus humanum.
Nam ille beatus,—neque amplifico ejus fortunam,—
Ex Jove natus, ut dicunt, Tantalus,
Timens saxum, quod supra caput ejus imminet,
Pendet in aere, et luit hanc pœnam,
Sicut dicunt, quod cum esset homo cum Diis
Habens æqualem dignitatem communis mensæ,
Habuit effrænatam linguam, turpissimum morbum.
Iste genuit Pelopem: ex hoc Atreus natus est,
Cui lanam carminans destinavit Dea i. e. *Clotho*
Discordiam, ut bellum adversus Thyesten fratrem
Faceret. Quid opus est enumerare infanda?
Ejus igitur liberos interficiens Atreus excepit eum convivio;
Atrei autem,—nam intermedias fortunas taceo,—
Ille incyltus, siquidem inclytus, Agamemnon erat *filius*,
Et Menelaus ex Aerope Cretensi matre.
Ducit autem equidem invisam diis
Helenam Menelaus, iste autem Clytæmnestræ conjugium (*init*)
Clarum apud Græcos Agamemnon rex:
Cui ex una *ea* tres puellæ natæ sumus,
Chrysothemis, Iphigenia, et ego Electra,
Et masculus Orestes, ex matre sceleratissima,
Quæ maritum inextricabili circumdans vestimento
Interfecit: propter quæ, id virginem dicere
Non est honestum: omitto hoc obscurum communiter considerandum.
Sed Phœbi injustitiam quid opus est accusare?
Persuadet Oresti matrem, quæ eum genuit,

Occidere, rem non apud omnes honestam.
Tamen is *eam* occidit, non inobediens Deo:
Et ego eram particeps, ut potest mulier, cædis,
Et Pylades, qui nobiscum hæc patravit.
Inde sævo tabescens morbo languet
Afflictus Orestes: isque cadens in lecto
Jacet, maternus enim sanguis exagitat eum
Furoribus: nominare enim vereor deas
Eumenidas, quæ eum certatim perterrent.
Sextus hic dies est, ex quo cæde
Moriens mater purificata est corpus igne:
Intra quem neque cibum per collum accepit,
Neque lavacrum dedit corpori; sed intra vestem
Occultatus, quando corpus levatum est morbo,
Sana mente plorat; et aliquando ex lecto
Exilit velox, equus sicut a jugo.
Decretum autem factum est hic Argis, neque nos tecto,
Neque igni recipere, et ne quis alloquatur
Matricidas: Hæc dies autem est constituta,
In qua ferent sententiam Argivi,
An oporteat nos mori lapidante saxo,
An ensem acuentes collo incutere.
Habemus autem quandam spem, quod non simus morituri;
Venit enim in patriam Menelaus ex Troja,
Trajiciens vero portum Nauplicum remigio
Appellit ad littus, longo tempore e Troja
Vagatus errationibus: et lugubrem
Helenam, observans noctem, ne quis videns
Venientem interdiu, eorum quorum ad Ilion
Filii perierunt, veniat ad jactus lapidum,
Præmisit in nostram domum: est autem intus
Plorans sororem et calamitatem domus.
Habet tamen aliquod solatium dolorum:
Quam enim reliquit domi, quando ad Trojam navigabat.
Virginem matrique meæ postea alendam tradidit
Menelaus, ducens Hermionem ex Sparta,
Hac lætatur et obliviscitur malorum.
Circumspicio autem omnem introitum, ecquando cernam
Menelaum venientem: quia in reliquis exigua
Ope vehimur, nisi ab illo
Servemur. Misera res est domus afflicta.
HEL. O filia et Clytæmnestræ et Agamemnonis,
Electra, virgo longo adulta tempore,
Quomodo, O misera, tu, et frater tuus
Miser Orestes, ille homicida matris, valet?
Non enim polluor tuo alloquio,

In Phœbum transferens crimen.
Atqui lugeo Clytæmnestræ fatum,
Meæ sororis, quam, postquam ad Ilion
Navigavi, (quocunque modo navigavi, œstro fatali,)
Non vidi, sed privata ea, lugeo calamitatem.
ELE. Helena, quid tibi dicam, quæ præsens vides
In calamitatibus esse prolem Agamemnonis?
Ego quidem insomnis, assidens misero mortuo,—
Est enim iste mortuus, propter frigidum halitum,—
Assideo: mala autem ejus non amplifico.
At tu, beata utique, et tuus maritus beatus,
Venistis ad nos miserrimos.
HEL. Quam longum tempus jacet iste in lecto?
ELE. Ex quo confecit maternam cædem.
HEL. O miser, et mater, quomodo periit!
ELE. Sic habet res, ut desperaverim in malis.
HEL. Per deos, O virgo, obtemperesne mihi in aliqua re?
ELE. Atqui sum occupata assidendo fratri.
HEL. Vis mihi accedere ad sepulchrum sororis?
ELE. Meæ matris dicis? quam ob causam?
HEL. Ferens primitias comæ meæ, et meas libationes inferis.
ELE. An tibi non est fas ire ad cognatæ sepulchrum?
HEL. Erubesco ostendere corpus Argivis.
ELE. Sero recte sapis, cum tunc inhoneste reliqueris domum.
HEL. Recte dixisti, et mihi non amica dicis.
ELE. Quis pudor habet te inter Mycenæos?
HEL. Metuo patres illorum qui mortui sunt ad Ilium.
ELE. Dira nempe res est; et inclamaris per omnium ora Argis.
HEL. Tu nunc solvens metum, præstes mihi hoc officium.
ELE. Non possum intueri matris sepulchrum.
HEL. Turpe est ancillam ferre hæc.
ELE. Cur non mittis filiam Hermionem?
HEL. Non est honestum virginibus venire in publicum.
ELE. Atqui solverit gratiam pro nutricatione mortuæ.
HEL. Recte dixisti, et obtempero tibi, puella,
Et mittam equidem filiam: recte enim sic dicis.
O filia exi, Hermione, ante ædes,
Et cape in manus has inferias, et meas comas:
Et veniens Clytemnestræ ad sepulchrum,
Dimitte ibi mel cum lacte mixtum, et vini rorem,
Et stans in summo tumulo dicas ista:
Helena soror donat te his inferiis,
Cum non ausit ad tuum monumentum accedere, metuens
Argivam turbam: et jube ipsam propitiam
Mentem habere mihi, et tibi et marito
Et istis duobus miseris, quos perdidit Deus.

Et quæ oportet me facere erga sororem mortuam,
Omnia promitte dona inferorum.
Abi, O filia, pro me propera, et inferiis sepulcro
Datis, quam celerrime memineris reditus.
ELE. O Natura, quam magnum es malum inter homines,
Et res quam salutaris iis, qui bene te possident.
Videte quomodo ad apices præcidit capillos,
Servans formæ venustatem, et est tamen usque mulier eadem.
Dii te perdant, ut perdidisti me,
Et hunc et totam Græciam.—O misera ego.
Iterum vero accedunt meis lamentis
Charæ sociæ: Fortassis excitabunt ex somno
Istum quiescentem: et tabefacient meum oculum
Lacrymis, insanientem quando video fratrem.
O charissimæ mulieres, tacito pede
Accedite, ne strepite, neque sit fragor:
Tua enim benevolentia est mihi quidem grata, sed mihi
Erit calamitas excitari istum.
CHO. Tacite, tacite, subtile vestigium soleæ (*str.* 1.)
Ponite, ne strepite, neque sit fragor.
ELE. Procul abite illuc, procul mihi a lecto.
CHO. Ecce obtempero.
ELE. Hei, hei, spiritus velut sibilatio,
Tenuis calami, O chara, sonat mihi.
CHO. Vide ut submissam somniferam profero vocem.
ELE. Recte ita.
Demitte, demitte, adito tacite, tacite ito.
Dicas propter quam causam venistis.
Diu enim jacens iste dormit.
CHO. Quomodo habet? sermonem imperti, O chara. (*ant.* 1.)
ELE. Quam fortunam dicam? quam nunc calamitatem?
Adhuc quidem spirat, sed aliquantulum anhelat.
CHO. Quid dicis? O miser.
ELE. Perdes *eum*, si palpebras movebis
Potienti dulcissimas delicias somni.
CHO. O miser propter infanda quæ divinitus acciderunt facta!
O miser, heu labores!
ELE. Injustus injusta tunc ergo dixit, dixit, abomi-
nandam quando in tripode themidis pronunciavit
Apollo cædem meæ matris.
CHO. Vides? movet corpus in vestibus. (*str.* 2.)
ELE. Tu enim eum, O misera,
Vociferans excitasti e somno.
CHO. Putabam eum quidem dormire.
ELE. Non a nobis *discedis?* non ab sedibus
Rursus tuum pedem flectes,

Omittens strepitum?
CHO. Dormit. ELE. Recte dicis.
CHO. O veneranda, veneranda Nox, (*str*. 3.)
Dans somnos laboriosis hominibus,
Veni ex Erebo, veni, veni alata
In domum Agamemnonis.
Nam propter dolores
Et calamitates
Perimus, perimus.
ELE. Facitis strepitum. CHO. Nonne tacite,
Tacite amovens
Oris sonitum a lecto,
Exhibetis quietum gaudium somni, O chara?
CHO. Dic, quis erit finis malorum? (*ant*. 2.)
ELE. Mors: Quid enim aliud dicam?
Non enim habet desiderium cibi.
CHO. Manifesta igitur est mors.
ELE. Perdidit nos Phœbus
Dans miserum sanguinem vetitum
Patricidæ matris.
CHO. Juste quidem factum, sed non pulchre.
ELE. Necasti, necata es, O (*ant*. 3.)
Quæ peperisti me mater, perdidisti vero
Patrem et liberos istos a tuo sanguine, sc. *cretos*.
Periimus, periimus similes mortuis.
Tu enim es mortua, et abit mea
Pars vitæ major in
Gemitibus et luctibus,
Et lacrymis nocturnis:
Cœlebs, vide, sine liberis quæ vitam
Misera in perpetuum traho.
CHO. Virgo Electra, accedens prope, vide
Ne tuus frater mortuus fallat te:
Non enim placet mihi nimia remissione.
ORE. O dulce lenimen somni, remedium morbi,
Quam suavis mihi advenisti et opportuno tempore!
O veneranda oblivio malorum, quam es sapiens,
Et optanda dea calamitosis!
Undenam veni huc? quomodo adveni?
Sum enim oblitus, utpote priori *nuper* privatus mente.
ELE. O charissime, quam exhilarasti me cum obdormiisses!
Vis et contrectem te, et erigam corpus?
ORE. Attingas, attingas sane, et absterge a misero
Ore et oculis meis spumam concretam.
ELE. Ecce suave officium, et non recuso
Fraterna membra curare sororia manu.

ORE. Subjice lateribus latera, et squalidam comam
Aufer a facie: obscure enim video oculis.
ELE. O miserum caput, sordidum cincinnis,
Quam es horridum quia diu non es lotum.
ORE. Iterum reclines me in lectum: quando me dimittit morbus
Insaniæ, sum debilis, et languent membra.
ELE. Ecce, lectulus est charus ægrotanti,
Molesta possessio, sed tamen necessaria.
ORE. Iterum erigas me, et extendas corpus:
Ægroti sunt impatientes propter perturbationem.
ELE. Vis componere pedes in terra,
Ponens vestigium ex longo intervallo? Vicissitudo omnium rerum grata est.
ORE. Maxime: hoc enim habet speciem sanitatis:
Præstat autem videri, etiamsi revera non ita sit.
ELE. Audi nunc, O fraternum caput,
Donec sinunt te sapere Erinnyes.
ORE. Quid dices novi? si quidem bonum est, gratum erit:
Sin malum quoddam satis jam nunc habeo malorum.
ELE. Menelaus venit tui patris frater:
Tabulæ vero navium stant in portu Nauplio.
ORE. Quid dicis? venit lumen meis et tuis malis,
Vir cognatus, et habens beneficia a patre?
ELE. Venit,—accipe hoc argumentum meæ orationis,—
Ducens Helenam ex Trojanis mœnibus.
ORE. Si solus esset servatus, esset felicior:
Si autem ducit uxorem, venit secum trahens ingens malum.
ELE. Tyndarus genuit insigne ad vituperationem
Genus filiarum, et infame per Græciam.
ORE. Tu ergo esto dissimilis malarum *mulierum*: licet enim:
Et non dicas tantum, sed et ista senti.
ELE. Heu mihi, O frater, oculus tuus turbatur,
Cito mutatus es in rabiem, modo sanus.
ORE. O mater, precor te, ne concites in me
Puellas cruentas, et anguicomas:
Istæ enim, istæ saliunt prope me.
ELE. Mane, O miser, quietus in tuo lecto,
Nihil enim vides eorum, quæ putas te clare videre.
ORE. O Phœbe, occident me habentes caninam speciem,
Torvum tuentes, inferorum sacrificulæ, atroces Deæ.
ELE. Non dimittam te: implicans vero meam manum
Prohibebo te saltare infelices saltus.
ORE. Dimitte tu: una existens ex meis furiis,
Mediam me tenes, ut abjicias in Tartarum.
ELE. O misera ego, quod auxilium adsciscam,
Postquam habemus numen inimicum?

ORE. Da mihi arcum corneum, dona Apollinis,
Quibus me jussit Apollo depellere deas,
Si me perterrefacerent insana rabie.
ELE. An sauciabitur aliqua dearum mortali manu?
ORE. Si non discedet ab oculis meis.
Non audita? non videtis eminus-ferientium
Arcuum alatas crenas evolantes?
Ah, ah, quid cunctamini? ascendite in ætherem
Alis, et accusate oracula Phœbi.
Eja, quare deficio animo, emittens spiritum ex pulmone?
Quo, quonam salivimus e lecto?
Ex fluctibus rursus tranquillitatem video.
Soror, quid ploras caput ponens intra vestem?
Pudefio tibi communicans meos labores,
Et præbens molestiam tibi virgini meo morbo.
Ne contabescas propter mea mala:
Nam tu quidem approbasti hæc, sed mihi patrata est
Materna cædes: accuso autem Apollinem,
Qui me incitans in opus impiissimum,
Verbis quidem me consolatus est, non autem re.
Puto autem si patrem meum coram
Ipsum interrogassem, an esset interficienda mater,
Extensurum fuisse multas preces ad has genas,
Ne adigerem unquam gladium in jugulum matris;
Si quidem neque ipse esset recepturus vitam,
Et ego miser perfuncturus eram tantis malis.
Nunc itaque retege *teipsam*, O soror,
Et abi a lacrymis, quanquam admodum misere
Sumus affecti. Et quando vides me deficere animo,
Tu horridum meum et corruptum sensum
Coerce, et consolare: quando vero et tu ploras,
Nos præsentes oportet te blande admonere:
Ista enim mutua officia decent amicos.
Sed, O misera, vadens intra domum
Porrecta da somno jam diu insomnes palpebras,
Et sume cibum, et lavacra injice corpori:
Si enim deseres me, aut propter assiduitatem morbum
Tibi conciliabis, periimus: te enim solam habeo
Auxiliatricem, ab aliis, ut vides, desertus.
ELE. Non ita erit: tecum volo mori,
Et vivere: idem enim est; si tu moriaris,
Quid faciam mulier? quomodo sola servabor?
Sine fratre, sine patre, sine amicis. Sed si tibi videtur,
Oportet ista facere. Sed reclina corpus in lectum,
Et non terrorem, et id quod te exterret ex lecto
Facile admittas, mane autem in lecto:

Etiamsi enim non ægrotes, sed existimes te ægrotare,
Labor mortalibus et imbecillitas efficitur.
CHO. Hei, hei, hei, (*str.*)
O celeres alatæ
Furiosæ deæ,
Quæ nactæ estis festum dissimile Bacchico in
Lacrymis et luctibus,
Atræ Eumenides, et
Per latum aerem volatis, sanguinis
Ulciscentes pœnam, ulciscentes cædem,
Supplico, supplico,
Sinite filium Agamemnonis ob-
livisci rabiem insanam, furio-
sam: heu laborum,
Qualibus, O miser, pulsatus peris
Oraculum ex tripode, quod Phœbus
Dixit, dixit, accipiens in solo,
Ubi dicitur esse umbilicale adytum.
Hei Jupiter, (*ant.*)
Quæ misericordia? quale hoc certamen
De cæde venit,
Exercens te miserum, cui lacrymas
Lacrymis addit,
Aliquis malus genius, ducens in domum
Sanguinem matris tuæ, qui te exagitat?
Lamentor, lamentor.
Magna fortuna non est stabilis inter homines:
Et sicut velum naviculæ celeris
Concutiens Deus demergit ingentium
Ærumnarum, tanquam ponti
In vehementibus exitialibus undis.
Quam enim hactenus familiam aliam,
Diversam quam hanc a divinis nuptiis
A Tantalo ortam oportet me colere?
Atqui rex huc venit,
Menelaus dominus: valde ex luxu
Manifestus dignosci
Quod sit ex familia Tantalidum.
O qui concitasti exercitum mille navium
In Asiam,
Salve, secunda autem fortuna ultro uteris,
Cum divinitus effeceris quæ optasti.
ME. O domus, partim libenter te aspicio,
Veniens ex Troja, partim videns gemo.
Nam in orbem circumdatam miserandis malis
Nunquam vidi magis aliam domum.

Etenim Agamemnonis fortunam cognovi
Et mortem, qua ab uxore periit
Ad Maleam admovens navem: ex fluctibus vero
Nautarum vates dixit mihi
Nerei propheta Glaucus, verax Deus,
Qui mihi hæc dixit astans clare:
Menelae, jacet tuus frater mortuus,
Incidens in ultima balnea uxoris
Et implevit me et nautas meos lacrymis
Multis: postquam autem attigi terram Nauplíam,
Ibi jam huc tendente mea conjuge,
Cum sperarem Orestem, filium Agamemnonis,
Et matrem charis complecti brachiis,
Tanquam florentes, audivi ex quodam piscatore
Cædem impiam filiæ Tyndari.
Et nunc, O juvenculæ, dicite, ubi est
Agamemnonis filius, qui sustinuit patrare ista magna mala?
Erat enim infans tunc in manibus Clytæmnestræ,
Cum reliqui domum, vadens ad Trojam;
Quare haud *nunc* nossem eum, licet aspicerem.

ORE. Ille sum, Menelae, Orestes, de quo tu quæris,
Volens dicam tibi mea mala.
Tua autem genua attingo princeps,
Supplex appendens preces oris sine-ramis:
Serva me: advenisti ipse in ipso articulo malorum.

ME. O dii, quid video, quem mortuorum video?

ORE. Recte dixisti: non enim vivo præ malis, quanquam video lucem.

ME. Quam es horridus squalidam comam, O miser!

ORE. Non species, sed facta me cruciant.

ME. Horribiliter tueris siccis pupillis oculorum.

ORE. Corpus evanidum est: sed nomen non reliquit me.

ME. O deformitas apparens mihi præter opinionem!

ORE. Ille ego sum matris meæ miseræ homicida.

ME. Audivi, et parce. Raro dicere mala.

ORE. Parco: dæmon autem est dives malis adversus me.

ME. Quid tibi accidit? quis morbus te perdit?

ORE. Conscientia, quod sum mihi conscius fecisse atrocia.

ME. Quomodo ais? Sapiens utique est, quod clare dicitur, non quod obscure.

ORE. Tristitia maxime consumit me.

ME. Est sæva Dea, sed tamen placabilis.

ORE. Etiam furores, qui ulciscuntur matris cædem.

ME. Quando incepisti furere? quæ dies tum erat?

ORE. Qua die miseram matrem oneravi tumulo.

ME. An domi, an assidens ad rogum?

ORE. Noctu custodiens collectionem ossium.
ME. Aderat aliquis, qui erigebat tuum corpus?
ORE. Pylades, qui simul patravit cædem matris.
ME. A quibus spectris sic affectus es?
ORE. Visus sum tres puellas videre nocti similes.
ME. Novi quas dixisti, nuncupare autem nolo.
ORE. Atroces enim sunt: sapienter autem dicere vitas.
ME. Ipsæ te ob matris cædem exagitant?
ORE. Hei persecutionem, qua miser exagitor!
ME. Non grave est, gravia pati, *gravia* qui fecerunt.
ORE. Sed est nobis excusatio casus—
ME. Non dicas justum fuisse: hoc enim non est sapiens.
ORE. Phœbus jubens perficere matris cædem.
ME. Paullo imperitior honesti et æqui.
ORE. Servimus Diis, quicquid sunt Dii.
ME. Non ergo juvat Apollo te in his malis?
ORE. Cunctatur: Dii autem sunt tales natura.
ME. Quam diu est, quod mater extincta est?
ORE. Sextus hic dies est: rogus adhuc calet sepulchri.
ME. Quam cito a te Eumenides reposcunt sanguinem matris?
ORE. Haud sapiens *es*, sed veridicus es in amici malis.
ME. Quid tibi vindicta patris prodest?
ORE. Nondum: id quod cunctatur, est simile inutili.
ME. Quomodo civitas est erga te affecta, cum hæc feceris?
ORE. Sic sum in odio, ut nemo me alloquatur.
ME. Non purgasti cædem tuam a manibus juxta leges?
ORE. Excludor ex omnibus domibus, quo vado.
ME. Qui cives certant te ejicere ex terra?
ORE. Œax, imputans patri scelus ad Trojam.
ME. Intelligo: Ulciscitur te ob necem Palamedis.
ORE. Non tamen eram ejus particeps: ex rumoribus autem pereo.
ME. Quid est alius? an aliquis ex Ægisthi amicis?
ORE. Isti me persequuntur, quos nunc audit civitas.
ME. Sinit te civitas habere sceptra Agamemnonis?
ORE. Quomodo, qui non sinunt me amplius vivere?
ME. Quid facientes, quod certo dicere mihi queas?
ORE. Calculus feretur contra nos hoc die.
ME. An ut concedas in exilium, vel interficiaris, vel non?
ORE. Ut interficiar a civibus lapidatione.
ME. At cur non fugis ultra terminos terræ?
ORE. Circumdamur enim undique æneis armis.
ME. Privatim ab hostibus, an ab civitate Argiva?
ORE. Ab omnibus civibus, ut *nempe* moriar: brevis *dictu* res.
ME. O miser, venis in extremam calamitatem.
ORE. Mea spes habet refugium malorum in te.

Sed veniens fortunatus miseris
Amicis imperti de tua felicitate:
Et non solus teneto, cum acceperis beneficium,
Sed suscipe et labores per vices,
Persolvens paternum beneficium illis quibus oportet.
Nomen enim, non rem habent amici,
Qui in calamitatibus non sunt amici.

CHO. Atqui huc contendit senili pede
Spartiates Tyndarus in nigra veste,
Rasus lugubri modo propter filiam.

ORE. Perii, Menelae, Tyndarus iste
Accedit ad nos, cujus maxime vereor
In conspectum venire propter hæc facta.
Nam me aluit parvulum, et multa
Oscula implevit, Agamemnonis
Filium ulnis gestans, et Leda simul,
Honorantes me non minus quam Jovis filios:
Quibus, O infelix cor et anima mea,
Reddidi non bonam gratiam: quam caliginem
Accipiam vultui? quam nebulam ante me
Ponam, fugiens pupillas oculorum senis?

TYN. Ubi, ubi videam maritum meæ filiæ
Menelaum? nam ad Clytemnestræ sepulchrum
Inferias fundens audivi, quod in Naupliam
Venit cum uxore servatus post multos annos.
Ducite me: nam volo ad dextram ipsius
Stans salutare, amicum videns ex longo intervallo.

ME. O senex, salve, habens eandem conjugem cum Jove.

TYN. O salve et tu Menelae, meus affinis.—
Heu, quam malum est nescire futura!
Iste matricida draco ante ædes
Vibrat fulgura morbosa, invisus mihi.
Menelae, alloqueris eum pollutum?

ME. Quid ni? est filius mei fratris.

TYN. An cum talis sit, ex illo natus est?

ME. Natus est: si autem est in calamitate, tamen in honore habendus est.

TYN. Factus es barbarus, diu degens inter barbaros.

ME. Imo hoc est Græcum, honorare cognatum semper.

TYN. Et illud, non velle esse superiorem legibus.

ME. Omne necessarium servit inter sapientes.

TYN. Habeas tu hanc opinionem, ego non habebo.

ME. Ira enim et senectus, simul tecum versantia, rectum discernere nequeunt.

TYN. Nunquid cum eo certamen est de sapientia?
Si recta sunt omnibus manifesta, etiam non recta.

Quis homo est isto stultior,
Qui non consideravit jus,
Neque secutus est legem communem Græcorum?
Postquam enim Agamemnon expiravit vitam,
Percussus in capite a mea filia,—
Turpissimum facinus? (nunquam enim id laudabo.—)
Oportebat *Orestem* impingere ei pœnam *profusi* sanguinis
Justam, et accusare et ejicere domo
Matrem: accepisset enim laudem modestiæ in calamitate,
Et legem servasset, et esset pius.
Nunc autem venit in eandem infelicitatem sicut mater.
Nam jure existimans illam esse malam,
Ipse factus est deterior, interficiens matrem.
Interrogabo te hoc tantillum, Menelae:
Si interficeret aliquem sua conjux,
Et illius filius rursus interficiat matrem,
Et natus ex interfectore illo, cædem cæde
Solvat, finis malorum quousque procedet?
Recte sanxerunt majores olim hæc,
Non sinebant in conspectum venire,
Neque in occursum, quisquis forte reus esset sanguinis,
Sed purum reddere exilio, non autem vicissim occidere.
Semper enim unus cædi foret obnoxius
Extremam contaminationem accipiens manibus.
Ego vero utique odi impias mulieres,
Et primum filiam, quæ occidit maritum:
Et Helenam tuam conjugem nunquam laudabo,
Neque alloquar: neque te laudo, malæ
Mulieris gratia profectum ad Trojæ solum.
Defendam autem quantum possum legem,
Bestialem hunc et homicidialem morem
Tollens, qui semper perdit terras et urbes.
Nam, quo animo eras, O miser, tunc,
Quando exeruit ubera supplicans tibi
Mater? ego qui non vidi illa mala,
Tabefacio miser senilem oculum lacrymis.
Unum ergo confirmat meam sententiam:
Invisus es diis, et matri das pœnam,
Errans furore et terroribus. Quid testes
Alios me audire opus est de rebus, quas possumus videre?
Ut ergo scias, Menelae, Deos
Contra ne facias, volens juvare istum:
Et sinas a civibus interfici saxis,
Aut non accede in Spartanam terram.
Mea filia mortua, *passa est* justa:
Sed non erat conveniens interfici eam ab isto.

Ego autem in aliis rebus satis felix fui,
Præter quoad filias: in hoc autem non sum felix.
CHO. Invidendus *is*, qui felix est quoad liberos,
Nec insignes *aliquas* calamitates nactus est.
ORE. O senex, ego vereor dicere adversus te,
Ubi dolore aliquo affecturus sum animum tuum.
Ego quidem sum pollutus, quatenus interfeci matrem:
Impollutus autem alio nomine, quod ultus sum patrem.
Abeat igitur longius ab isto sermone
Tua senectus, quæ interturbat me dicentem,
Et redeo in viam: nunc vero vereor tuam canitiem.
Quid oportebat me facere? oppone enim duo duobus:
Pater quidem me genuit, tua vero filia peperit,
Tanquam ager accipiens semen ab alio:
Sine patre autem non potest gigni proles.
Cogitabam ergo generis-autori
Magis me debere opitulari, quam illi quæ exhibuit nutricationem:
Sed filia tua,—vereor enim vocare matrem,—
Proprio hymenæo et non modesto
Venit in concubitum mihi: de me, si dico
Illi male, eloquas: et tamen dicam.
Ægisthus erat abditus in domo maritus:
Hunc interfeci, et post *illum*, matrem mactavi:
Irreligiosa quidem faciens, sed ulciscens patrem.
Quod autem minaris me debere lapidari,
Audi, ut profuerim toti Græciæ.
Si enim mulieres veniant ad hanc audaciam,
Ut interficiant viros, facientes refugium
Ad liberos, venantes misericordiam uberibus,
Pro nihilo iis fuerit interficere viros,
Habentibus quidlibet quod objiciant: ego postquam feci
Illa atrocia, quæ tu dicis, compescui istam legem:
Et odio habens matrem juste perdidi,
Quæ virum absentem ex ædibus cum exercitu
Ducem pro tota Græcia,
Prodidit, et non servavit incontaminatum lectum:
At cum sciret se peccasse, non sibi pœnam
Inflixit, sed, ut non daret pœnam marito,
Mulctavit et interfecit meum patrem.
Per Deos *audias*,—facio mentionem Deorum incommode,
Dicens jus de cæde: sed si matris factum
Tacens laudarem, quid fecisset mihi mortuus?
Nonne odio habens me exagitasset Erinnibus?
An matri quidem adsunt auxiliatrices deæ,
Isti autem non adsunt, majori injuria affecto?

Tu, O senex, qui genuisti malam filiam,
Es mihi exitio: nam propter ejus malitiam,
Patre orbatus, factus sum matricida.
Vides, Ulyssis conjugem non interfecit
Telemachus: non enim superinduxit marito maritum,
Sed manet domi impollutum conjugium.
Vides Apollinem, qui sedem media *in terra*
Inhabitans, tribuit hominibus certissima oracula,
Cui pacemus in omnibus, quæ jubet,
Huic parens interfeci matrem.
Ducite illum pollutum, et interficite:
Ille peccavit, non ego: quid oportebat me facere?
An non sufficit Deus, mihi conferenti causam in eum
Ad culpam solvendam? quo tandem fugiat aliquis,
Si non autor liberat me, ne interficiar.
Sed non dicas, quod hæc non sint recte facta,
Sed quod nobis, qui hæc fecimus, infeliciter *sint facta*.
Conjugia quibus mortalium sunt felicia,
*Illis* est beata vita: quibus autem non recte cadunt,
Ii sunt miseri intus et foris.

CHO. Mulieres semper impedimento fortunis
Sunt virorum ad infelicitatem.

TYN. Quandoquidem es ferocior, et non cedis oratione,
Et sic respondes mihi, ut mihi dolorem adferas,
Magis me incendes procedere ad tuam necem:
Faciam hoc pulchrum additamentum meorum laborum,
Quorum causa veni ornaturus sepulchrum filiæ.
Nam veniens ad convocatam multitudinem Argivorum,
Concitabo urbem volentem, nec invitam,
In te et tuam sororem, ut detis lapidatu pœnam:
Et illa magis est digna perire quam tu,
Quæ irritavit te adversus matrem, semper in aurem
Mittens sermones in pejorem partem,
Nuncians somnia de Agamemnone,
Et hoc, quod oderint concubitum Ægisthi
Dii inferi:—quippe in hoc posita erat rei acerbitas:—
Donec incendit domum igne non Vulcanio.
Menelae, tibi hoc dico, et præterea faciam etiam:
Si curas meam inimicitiam et affinitatem,
Non depellas isti necem contra deos:
Sed sine a civibus interfici saxis,
Aut non venias amplius in Spartanam terram.
Hæc memineris te audivisse: neque impios
Elige amicos, repudians pios.
Vos, ministri, ducite me ab ista domo.

ORE. Vade, ut sequens oratio tranquille nobis

Ad hunc eat, senectam effugiens tuam.
Menelae, quo moves pedem ad cogitationem,
Ingrediens vias duplices duplicis curæ?
ME. Sine: mecum cogitans nonnihil,
Quonam me in hoc casu vertam, dubito.
OR. Ne nunc perficias cogitationem, sed meam
Orationem audiens prius, tunc delibera.
ME. Dic: recte enim dixisti. Est ubi silentium orationi
Præstat, est et ubi oratio silentio.
OR. Dicam ergo. Longa oratio breviori
Est potior, et magis plana auditu.
Mihi tu tuarum Menelae, rerum nihil dederis:
Sed quæ accepisti redde, cum acceperis a meo patre.
Non dico pecunias: pecuniæ, si animam meam
Servaveris, quæ res mihi est inter meas charissima.
Injuste ago? Decet certe me accipere aliquid contra hanc calamitatem
Injustum a te: etenim Agamemnon pater
Injuste congregans Græciam venit ad Ilion,
Ipse non peccans, sed peccatum
Uxoris tuæ et improbitatem resarciens.
Unum hoc oportet te mihi dare pro uno.
Et exposuit, ut convenit amicos amicis,
Corpus revera pro te, in acie laborans,
Ut tuam tu reciperes conjugem.
Redde mihi hoc, cum illud ibi acceperis,
Unum laborans diem pro nobis
Protector stans, non implens decem annos.
Aulis autem quam accepit mactationem meæ sororis,
Sino te hanc habere: *Hermionem* tu ne occide.
Oportet te enim me, cum sim ita calamitosus,
Plus habere, et me ignoscere.
Sed meam vitam da misero patri
Et meæ sororis, quæ est virgo longo *jam* tempore:
Nam mortuus relinquam orbam domum patris.
Dices, impossibile est? Hoc ipsum: amicos
Oportet opem ferre amicis in adversis.
Quando autem Deus bene dederit, quid opus est amicis?
Satis enim est ipse Deus volens juvare.
Videris omnibus Græcis amare conjugem;
Non dico autem adulatione tibi subrepens;
Per hanc supplico tibi. O miser propter mea mala!
Ad quæ venio? et quid oportet me laborare?
Supplico enim nunc pro tota domo.
O patrue patris frater, illum sub terra
Mortuum audire hæc putes, volantem

Animam super te, et dicere quæ ego dico.
Hæc inter lacrymas et luctum et calamitates
Dixi, et reposco, salutem
Quærens, quod omnes quærunt, et non ego solus.
CHO. Et ego tibi supplico, quanquam mulier sim,
Ut juves auxilio egentes: nam potes.
ME. Orestes, ego revereor tuum caput,
Et volo te juvare in malis istis:
Et enim oportet sic cognatorum mala
Simul procurare, si Deus det vires,
Etiam morientem et necantem adversarios.
Ut possim autem, id peto consequi a diis:
Venio enim sceptrum sociis viduum
Habens, errans a multis laboribus,
Cum exiguis copiis reliquorum adhuc amicorum.
Pugnando autem non possum superare
Pelasgum Argos: sed ut mollibus verbis
Possimus, eo spei venio.
Nam quomodo vincat aliquis magna parvis
Facultatibus? stultum est hoc velle.
Quando enim turget populus, incidens in iram,
Perinde potest extingui ut vehemens ignis:
Si autem molliter aliquis ultro ei incenso
Laxans cedat, observans tempus,
Fortassis halitum omnem effuderit: tum quando remiserit spiritum,
Possis eo facile uti, quantum vis.
Est enim in eo miseratio, est et magna iracundia,
Optima res observanti tempora.
Vadens itaque Tyndaro conabor
Et multitudini persuadere, ut impetum moderentur.
Nam et navis intento violenter clavo
Mergitur, et manet rursus, si relaxet clavum.
Odit Deus nimium vehementes impetus,
Et oderunt cives: oportetque me, non aliter dico,
Servare te prudentia, non ingratiis potentiorum.
Pugnando te non, ut tu fortasse putas,
Servarim: non est facile una hasta
Erigere trophæa de malis, quæ tibi adsunt.
Nunquam enim aliis Argivos placide
Compellassemus: nunc autem necesse est
Sapientibus esse servis fortunæ.
ORE. O præterquam ad militandum fœminæ causa;
Ad alia homo nihili, O ignavissime ad vindicandos amicos,
Fugisne aversatus me? Et *num* Agamemnonis beneficia
Sunt irrita? O pater, fuisti sine amicis in tuis calamitatibus.

Hei! proditus sum, nec amplius sunt spes,
Quo conversus effugiam supplicium Argivorum:
Iste enim erat mihi refugium salutis.
Sed video hunc amicissimum hominum,
Pyladem, venientem cursu ex Phocensibus;
Jucundum spectaculum: fidus amicus in adversis rebus
Jucundior est visu, quam nautis tranquillitas.

PYL. Citius quam me oportebat, accedens veni per urbem,
Audiens comitia civitatis, et eadem ipse clare videns,
Adversus te et tuam sororem, tanquam statim sint interfecturi.
Quid hoc? quomodo habes? quid agis, charissime meorum æqualium,
Et amicorum et cognatorum? tu enim mihi es ista omnia.

ORE. Perimus, ut breviter exponam tibi mea mala.

PYL. Simul funditus everteris nos: communes sunt enim res amicorum.

ORE. Menelaus nequissimus est in me et meam sororem.

PYL. Convenienter se habet, virum malæ mulieris fieri malum.

ORE. Perinde mihi profuit, ac si non venisset.

PYL. An vere venit in hanc terram?

ORE. Tarde *venit:* attamen celerrime deprehensus est infidus amicis.

PYL. Et venit adducens navi pessimam conjugem?

ORE. Non illam ille; sed illa illum huc adduxit.

PYL. Ubi est mulier, quæ una perdidit plurimos filios Argivorum?

ORE. In meis ædibus, si licet istas vocare meas.

PYL. Quid dixisti tu tui patris fratri?

ORE. Ne cerneret, i. e. *pateretur* me et sororem interfici a civibus.

PYL. Per deos, quid ad hæc dixit? cupio enim scire.

ORE. Caute se gessit, ut amicis facere solent infidi amici.

PYL. Ad qualem excusationem accedens? Hæc edoctus, omnia habeo.

ORE. Ille pater venit qui optimas gignit filias.

PYL. Tyndarum dicis? fortasse tibi propter filiam iratus.

ORE. Intelligis: hujus affinitatem magis elegit quam patris.

PYL. Non est ausus laboribus tuis opitulari præsens?

ORE. Non enim est bellator, sed inter mulieres strenuus.

PYL. Es ergo in maximis malis, et necesse est te mori.

ORE. Suffragia de nobis cives ad homicidium ferre oportet.

PYL. Quæ quamnam rem statuent? dic: sum enim in metu.

ORE. Ut aut moriamur, aut vivam: non est longa oratio de rebus maximis.

PYL. Fuge relinquens domum cum sorore tua.

ORE. Non vides? custodimur præsidiis undique.
PYL. Vidi plateas urbis septas armis.
ORE. Clausi tenemur corpora, sicut urbs obsessa ab hostibus.
PYL. Et me nunc interroga, quo in loco sim; tamen ego quoque perii.
ORE. A quo? hoc malum accesserit ad mala mea.
PYL. Strophius pater expulit me iratus ex ædibus.
ORE. Objiciens crimen privatum aut publicum?
PYL. Quod patrarim tecum cædem matris, pollutum *me esse* dicens.
ORE. O miser, videntur mea mala et tibi detrimento fore.
PYL. Non utimur moribus Menelai: ferenda sunt hæc.
ORE. Non times, ne Argos velit et te, sicut me, interficere?
PYL. Non sub horum ditione cado puniri, sed terræ Phocensium.
ORE. Multitudo est atrox, quando habet improbos præsides.
PYL. Sed quando nanciscantur bonos, bona decernunt semper.
ORE. Esto: in commune dicere oportet. PYL. De qua re necessaria?
ORE. Si dicam veniens ad cives— PYL. Quod justa feceris?
ORE. Ulciscens necem patris. PYL. *Vide* ne te comprehendant læti.
ORE. An perculsus metu tacite moriar? PYL. Hoc est timidi.
ORE. Quid ergo faciam? PYL. Habes aliquam salutem, si maneas?
ORE. Non habeo. PYL. Sed eunti est spes a malis servari?
ORE. Si contingat, possit fieri. PYL. Ergo hoc melius est, quam manere.
ORE. An igitur ibo? PYL. Etiamsi moriaris honestius sic morieris.
ORE. Et justa mihi est causa. PYL. Opta modo ut ita videatur.
ORE. Recte dicis; effugiam sic opinionem timiditatis. PYL. Magis quam manens.
ORE. Aliquis fortasse miserebitur mei.—— PYL. Magna enim res est nobilitas tua.
ORE. Ægre ferens paternam mortem. PYL. Illa omnia in Diis sita sunt.
ORE. Eundum est, quia non est virile mori inhoneste. PYL. Laudo ista.
ORE. An dicamus ista meæ sorori? PYL. Non per Deos.
ORE. Fierent lacrymæ. PYL. Magnum ergo hoc omen.
ORE. Ergo melius tacere. PYL. Temporis lucrum facies.
ORE. Illud est mihi contrarium. PYL. Quid hoc aliquid novi dicis?
ORE. Ne deæ me apprehendant œstro. PYL. At ego curabo te.
ORE. Difficile est tangere hominum ægrotum. PYL. Non mihi te.

ORE. Cave fieri particeps mei furoris. PYL. Hoc quidem valeat.
ORE. Non cunctaberis? PYL. Cunctatio inter amicos magnum *est* malum.
ORE. Vade, O gubernaculum mei pedis. PYL. Tenens curam dignam amico.
ORE. Ducas ad sepulchrum patris. PYL. Ad quid hoc?
ORE. Ut supplicem ipsi servare me. PYL. Ita sane æquum est.
ORE. At matris ne videam sepulchrum. PYL. Erat enim hostis.
Sed propera, ne te prius damnet calculus Argivorum,
Jungens meis lateribus latus imbecillum morbo,
Nam ego te per urbem, nihil curans populum,
Non pudore deterritus veham. Ubi enim ostendam esse amicum,
Si non juvem te existentem in atroci calamitate?
ORE. Hoc est habere amicos, non tantum cognatos;
Adeo vir, qui conglutinatus est moribus, quanquam alienus,
Magis utilis est haberi amicus, quam multi cognati.
CHO. Magna potentia et dignitas (*str.* 1.)
Superbiens per Græciam et
Ad Simoentis rivos,
Retro versa est ex felicitate Atridis
Jam olim ab antiqua calamitate familiæ,
Quando ex lite de aureo Agno
Venerunt Tantalidis,
Miserrimæ epulæ et
Neces nobilium liberorum;
Unde cædes cædem excipiens
Per prosapiam non desinit
Binis Atridis.
Honestum *quod vocant*, non est honestum, parentum (*ant.*)
Secare instrumento igne nato
Corpus, et cæde nigrum
Ensem ostendere in lumen Solis:
Contra autem residem esse impietas magna *est*,
Et scelestorum hominum amentia.
Nam in metu mortis
Tyndaris clamavit misera;
O fili, non facis pia
Occidens matrem; *vide* ne paternam
Colens gratiam contrahas
Infamiam perpetuam.
Quis morbus, aut quæ lacrymæ aut quæ misericordia (*ep.*)
Major in terris,
Quam matris cædem manu patrare?
Quali re confecta
Agitatur insania,

Furiis propter cædem præda
Velocibus circumferens oculos
Filius Agamemnonius.
O miser, quando matris
Mammam exertam videns
Ex aureis vestibus
Patravit cædem matris,
Paterni casus in ultionem.

ELE. Mulieres, an aliquo abiit ab his ædibus
Miser Orestes, victus divinitus immissa rabie?

CHO. Non; sed vadit ad populum Argivum,
De vita propositum certamen
Obiturus, in quo oportet vos mori, aut vivere.

ELE. Hei mihi! fecit quamnam rem? quis persuasit eum?

CHO. Pylades: sed videtur iste nuncius cito
Dicturus, quid sit ibi factum de tuo fratre.

NUN. O misera, O infelix ducis
Agamemnonis filia, veneranda Electra, sermones
Audi, quos infelices tibi ferens advenio.

ELE. Hei, hei: perimus: ne parcito orationi.
Nam ut videtur, venis nuncius malorum.

NUN. Calculo Argivorum, ut interficiatur tuus frater,
Et tu, O misera, statutum est hodie.

ELE. Hei mihi, venit spes, quam metuens
Olim, propter futura contabescebam luctibus.
Sed quid certamen? quænam orationes inter Argivos
Damnaverunt nos, et sanciverunt mori?
Dic, O senex, utrum lapidante manu,
An per ferrum oportet me abrumpere spiritum,
Habentem calamitates cum fratre communes?

NUN. Eram forte ex agro intra portas
Vadens, volens audire quæ ad te attinebant
Et Orestem: nam erga tuum patrem benevolentiam
Semper habui, et me aluit tua familia
Pauperem quidem, sed erga amicos generosum.
Et video populum euntem et insidentem tumulo,
Ubi dicunt primum Danaum Ægypto in lite
Respondentem congregasse populum consessus.
Videns congregationem, et interrogavi aliquem ex civibus,
Quid novum Argis? num quod ab hostibus
Nuncium excitavit urbem Danaïdum?
Ille dixit; nonne vides illum Orestem prope
Euntem, qui curret letale certamen?
Video insperatum spectaculum, quod utinam non vidissem,
Pyladen et tuum fratrem euntes simul:
Hunc tristem et languidum morbo,

Illum tanquam fratrem, dolentem æqualiter cum amico,
Moderando curantem morbum.
Postquam concio Argivorum facta est plena,
Præco surgens dixit: Quis vult dicere,
Utrum oporteat Orestem mori, an non,
Matricidam? et postea surgit
Talthybius, qui expugnavit Phryges cum tuo patre.
Dixit autem, semper potentibus subjiciens se,
Ambigua, reverens tuum patrem,
Sed non laudans tuum fratrem, bonis mala
Dicta involvens, quod faceret legem
Non bonam contra parentes: sed oculum semper
Hilarem dabat Ægisthi amicis.
Nam hoc genus tale est: ad fortunatam partem
Semper saliunt præcones: ille est eis amicus,
Quisquis est potens, et in magistratibus urbis versatur.
Post hunc dicebat Diomedes rex:
Iste neque te neque fratrem interficere
Sinebat, sed punientes exilio pietati satis facere.
Acclamarunt autem aliqui, recte eum dicere;
Alii non laudabant: post hunc surgit
Vir quidam loquax, potens confidentia,
Argivus non Argivus, cubitos protendens,
Fidens et tumultu, et stulta audacia,
Valens persuadendo conjicere eos in aliquod malum.—
Nam quando facundus oratione aliquis, male animatus,
Persuadet vulgo, est magnum malum urbi:
Quicunque autem prudenter recta consulunt semper,
Etiamsi non statim, tamen postea sunt utiles
Urbi. Principem autem oportet contemplari
Sic intuentem. Nam similis est conditio
Dicentis orationes, et medentis manu.—
Qui dixit, Orestem et te occidi lapidibus debere
Conjectis: subornavit autem Tyndarus sermones
Tales dicere illi, qui vos occidere studebat.
Aliusque surgens dixit huic contraria,
Non venustus specie, sed vir fortis,
Raro polluens civitatem et circulum fori,
Operarius, qui soli civitatem salvam præstant,
Sed acutus, cominus ire disputando studens,
Simplex, qui vixerat vitam non reprehendendam:
Is censuit Orestem filium Agamemnonis
Coronandum, qui voluit ulcisci patrem,
Interficiens malam mulierem et impiam,
Quæ quidem cessare-fecit, ut nemo *jam* velit manum armare,
Neque militare relicta domo,

Si relicti domus administrationem
Corrumpunt, virorum uxoribus stuprum inferentes.
Et videbatur bonis recte dicere,
Neque ullus amplius dixit. Sed tuus accessit frater,
Et dixit; O incolentes terram Inachi,
Olim Pelasgi, postea autem Danaïdæ,
Vos ulciscens non minus quam patrem,
Interfeci matrem. Nam si necare viros
Erit fas mulieribus, illico oppetetis
Mortem, vel uxoribus necesse erit servire:
Et contrarium facietis, quam oportet facere.
Nunc enim quæ prodidit lectum mei patris,
Est interfecta: si autem occidetis me,
Lex dissolvetur, nec mortem quisquam effugiet,
Quia hujus audaciæ non fiet raritas.
Sed non persuasit turbæ, cum quidem videretur recte dicere.
Et vincit ille malus dicens in multitudine,
Qui auctor fuit, interficiendos esse te et fratrem.
Vix autem persuasit, ne moriamini lapidati,
Miser Orestes: et sua-manu-facta nece
Promisit se relicturum vitam hoc die
Tecum: ducit autem eum ex concione
Pylades lachrymans; et comitantur amici
Plorantes, miserentes: venit tibi.
Acerbum spectaculum et miser aspectus.
Sed præpara gladios, aut laqueum collo,
Quia oportet te relinquere lucem; et nobilitas
Nihil tibi profuit, neque Pythius
Phœbus sedens in Tripode, sed perdidit.
CHO. O misera virgo, ut obductum
Vultum in terram demittens, muta es,
Tanquam cursura in querelas et luctus!
ETE. Inchoo luctum, O Pelasgia, (*str.*)
Mittens album unguem in genas,
Cruentam noxam,
Et fragorem capitis, quem nacta est sub terra
Inferorum formosa juvenilis Dea.
Ululet autem terra Cyclopea,
Ferrum supra caput ponens [Atridarum] tonsorium,
Propter mala domus.
Miseratio, miseratio illa venit
Ob occisos
Qui aliquando fuerunt duces Græciæ.
Abiit enim, abiit, periit liberorum (*ant.*)
Pelopis totum genus, et superis

Invidia quondam Domus:
Livor invasit eam divinitus, et infensum
Sanguinolentum suffragium in urbe.
Heu, heu hominum plenæ lacrymarum
Gentes laboriosæ, videte, quomodo præter spem
Fatum venit.
Alia vero post alia succedunt
Mala in longo tempore;
Tota autem vita hominum est instabilis.
Utinam vadam ad cœlum
Inter et terram appensam
Elevationibus petram
Catenis aureis, circumactam
Vorticibus glebam ab Olympo,
Ut inter lamenta exclamem
Seni patri Tantalo
Qui peperit, peperit parentes meæ familiæ,
Qui viderunt mala,
Celerem equidem cursum equarum
Quadrijugo curru
Pelops quando in mari supervectus est,
Myrtili cædem
Abjiciens in gurgitem maris,
Juxta albam Geræstiam marinorum fluctuum
In littore aurigans.
Unde familiæ nostræ
Venit execratio luctuosa,
Fætus inter greges Maiæ filii,
Agni aureo-vellere-ornati quando
Nascebatur portentum exitiale, exitiale
Atrei equos alentis;
Unde Discordia alatum
Currum solis mutavit, ut occidentalem
Viam cœli accommodaret
Versus auroram quæ vehitur uno equo;
Et septem Pleiadum cursus,
In aliam viam Jupiter vertit:
Ei autem alternat neces necibus,
Et cæna nomen referens Thyestæ
Et lectus Cressæ
Aeropes dolosæ dolosis nuptiis.
Ultimo, ecce, in me et fratrem
Meum venit domorum
Ærumnoso fato.

CHO. Atqui hicce frater tuus accedit
Capitali sententia damnatus,

Et fidelissimus omnium Pylades
Vir par fratri,
Gubernans languidum pedem (*Orestis*)
Junctus gressu officioso.
ELE. Hei mihi! videns enim te ante mortem gemo,
Frater, et ante rogum inferorum.
Hei mihi rursus! quam te videns oculis
Ultimum aspectum animi impos facta sum.
ORE. Non tacite, omissis muliebribus lamentationibus,
Boni consules quæ ordinantur? Sunt quidem ista miserabilia, sed tamen
Oportet te ferre præsentes fortunas.
ELE. Et quomodo tacebo? Intueri lumen Dei
Quando non amplius licet nobis miseris.
ORE. Ne tu me occidas: satis ab Argiva manu
Mortuus sum ipse miser: sine præsentia mala.
ELE. O miser Orestes, propter tuam adolescentiam et fatum
Et mortem intempestivam! Oportebat te vivere, quando non amplius es.
ORE. Ne per Deos injicias mihi mollitiem,
In lacrymas traducens commemorationem malorum.
ELE. Moriemur: non est possibile quin deplorarem mala:
Omnibus hominibus defleri solet chara vita.
ORE. Hæcce dies est nobis constituta: oportet autem vel laqueos
Pensiles suspendere, vel acuere manu gladium.
ELE. Tu nunc me, frater, *occide*, ne quis Argivorum occidat,
Contumelia afficiens genus Agamemnonis.
ORE. Satis est sanguis matris: te non interficiam ego quidem.
Sed moriaris tui ipsius manibus, quocunque modo vis.
ELE. Fiet: non vincar a tuo gladio
Sed volo brachia circumdare tuo collo.
ORE. Delecteris inani voluptate, siquidem hoc delectabile,
Circumdare brachia, ad mortem accedentibus.
ELE. O charissime, O habens desiderabile et dulcissimum
Nomen tuæ sororis et unam animam.
ORE. Liquefacies me; volo tibi respondere
Officio brachiorum: quid enim miser erubescam?
O pectus sororis, O charus amplexus mihi.
Hæc pro filiorum osculis et conjugali lecto
Alloquia adsunt inter miseros utrinque.
ELE. Heu, quomodo idem gladius nos, si fas sit, interficiat,
Et accipiet unum sepulchrum, opus cedri!
ORE. Suavissimum esset hoc: sed vides amicis
Quomodo caremus, ut conjungamur sepulchro.
ELE. Nihilne dixit pro te, operam navans ne morereris,
Menelaus ille pravus, proditor mei patris?

ORE. Ne ostendit quidem oculum, sed habens sceptrorum
Spem, veritus est servare amicos.
Sed eja, ut generose et Agamemnone
Facientes dignissime moriamur.
Et ego quidem generositatem ostendam urbi,
Feriens gladio hepar: te autem contra oportet
Similia facere meis ausis.
Pylades, tu esto nobis occisionis Arbiter,
Et mortuorum bene componas corpora,
Et sepeli simul ferens ad patris tumulum
Et vale: opus ad enim, vides ut, vado.
PYL. Mane: hoc enim primum te culpo,
Si sperasti, me velle vivere te mortuo.
ORE. Quorsum enim attinet te mecum mori?
PYL. Interrogasti? quorsum vero vivere sine tua amicitia?
ORE. Non *tu* interfecisti tuam matrem, sicut ego miser.
PYL. *At* tecum simul; et hæc me pati oportet.
ORE. Redde tuum corpus patri, non moriaris mecum:
Tibi enim est civitas, mihi autem non jam,
Et domus patris et magnus portus divitiarum.
Nuptiis autem hujus miseræ frustratus es,
Quam despondi tibi, amicitiam reveritus;
Tu autem accipias aliam conjugem ad procreandum,
Affinitas enim mea et tua non amplius est.
Sed, O desiderabile nomen meæ amicitiæ,
Vale; non enim hoc licet nobis, tibi tamen *licebit;*
Nam mortui privamur gaudio.
PYL. Multum sane abest ut assequaris meum consilium.
Neque sanguinem meum accipiat ferax terra,
Neque splendidus æther, si ego te unquam prodens,
Et liberans meum *corpus*, deseram te.
Nam et simul interfeci illam, non negabo:
Et omnia suasi ob quæ tu tunc das pœnas.
Ergo et simul mori me oportet tecum et cum hac.
Meam enim illam, cui spospondi nuptias,
Judico conjugem: Nam quid unquam honestum dicam
Veniens in Delphidem, arcem Phocensium,
Qui, priusquam essetis miseri, affui amicus,
Nunc non sum amicus tibi infelici?
Non est, *quod excuser*, sed hæc et mihi sunt curæ.
Sed postquam sumus morituri, una rationem
Ineamus, quomodo Menelaus simul contristetur.
ORE. O charissime, utinam videns hoc moriar!
PYL. Obsequere igitur, sed differ sectionem ensis.
ORE. Differam, si possim ulcisci inimicum.
PYL. Tace nunc: quia parum credo mulieribus.

ORE. Ne timeas has; nam adsunt nobis amicæ.
PYL. Helenam interficiemus, Menelao magnum dolorem.
ORE. Quomodo? Est enim alacritas mihi, siquidem poterit bene fieri.
PYL. Jugulantes: latet enim in domo tua.
ORE. Maxime; et jam omnia obsignat.
PYL. Sed non amplius, nacta Plutonem sponsum.
ORE. Et quomodo? Habet enim barbaros comites.
PYL. Quos *autem?* Neminem enim Phrygum metuerim ego—
ORE. Quales *decet* esse curatores speculorum et unguentorum.
PYL. Venit ergo huc habens delicias Trojanas?
ORE. Ita, ut Græcia sit ei parva domuncula.
PYL. Nihil est servile genus ad non servile comparatum.
ORE. Sane hoc si fecero, bis mori non refugio.
PYL. Sed neque ego, modo tibi opem feram.
ORE. Ostende rem et perfice, sicut dicis.
PYL. Intremus hinc in domum, tanquam morituri.
ORE. Habeo tantum, et reliqua non habeo.
PYL. Lamentabimur ad ipsam *de his*, quæ patimur.
ORE. Ut exterius ploret, in animo gaudens.
PYL. Et nobis aderunt eadem, quæ illi tunc.
ORE. Deinde quomodo hoc certamine fungemur?
PYL. Occultos habebimus gladios sub his vestibus.
ORE. Sed prius an cædes aliqua famulorum fiet?
PYL. Excludemus eos, alium alio in domibus.
ORE. Et eum qui non tacuerit interficere oportet.
PYL. Deinde ipsa res docebit, ad quæ oporteat tendere.
ORE. Interficere Helenam: agnosco symbolum.
PYL. Tenes: audi nunc, quam pulchre consulo.
Si enim in mulierem honestiorem
Mitteremus gladium, esset ignominiosa cædes:
Nunc vero dabit pœnas toti Græciæ,
*Et illis*, quorum parentes occidit, et quorum liberos perdidit,
Et sponsas fecit orbatas maritis.
Erit jubilatio, et accendent ignem diis,
Precantes tibi et mihi multa gloriosa obtingere,
Eo quod fecimus cædem malæ mulieris.
Sed nec vocaberis matricida, si hanc interfeceris,
Sed relinquens hoc, nomen habebis melius,
Dictus interfector Helenæ, quæ multos interfecit.
Non oportet sane, non oportet, Menelaum esse felicem,
Tuum vero Patrem et Te et sororem mori,
Et matrem;—mitto autem hoc; non enim est decorum dicere—
Et domum tuam possidere, per Agamemnonis militarem operam

Recepta conjuge. Non enim equidem amplius vivam,
Si non adversus illam strinxero atrum ensem.
At si non potiemur cæde Helenæ,
Incendentes hanc domum moriemur.
Alterutro enim non destituti habebimus gloriam
Honeste morientes, aut pulchre servati.

CHO. Digna est quæ odio habeatur ab omnibus mulieribus
Puella Tyndaris, quæ dedecore affecit sexum.

ORE. Ah, nihil est præstantius, quam certus amicus,
Non opes, non regnum: est vero quid nullius pretii
Multitudo cum generoso amico commutari.
Nam tu et contra Ægisthum invenisti mala,
Et prope aderas mihi in periculis,
Et nunc rursus das mihi ultionem hostium,
Et non abes——desinam te laudare, quia
Etiam hoc est illi molestum, nimium laudari.
Ego autem omnino efflans meam animam
Volo aliquid faciens inimicis meis mori,
Ut vicissim perdamus *illos*, qui me prodiderunt,
Et gemant, qui me miserum fecerunt.
Agamemnonis filius sum, qui Græciæ
Imperavit, dignus judicatus, non tyrannus, sed tamen
Habuit Dei fere potentiam; quem non afficiam dedecore,
Oppetens servilem mortem, sed libere
Vitam amittam, et Menelaum ulciscar.
Si enim unum adhuc possemus adipisci, essemus felices,
Si alicunde inseparata salus accideret
Necantibus, non morientibus: opto hæc.
Nam quod cupio suave est etiam per os
Volucri sermone sine sumptu delectare animum.

ELE. Ego, frater, existimo hoc ipsum me habere,
Salutem tibi et huic, et tertio mihi.

ORE. Dicis Dei sapientiam; sed ubi hoc est?
Quia scio prudentiam adesse tuæ animæ.

ELE. Audi nunc *Oresta*, et tu *Pylade*, huc adverte animum.

ORE. Dic, quia bonum vel cogitare habet aliquam voluptatem.

ELE. Novisti filiam Helenæ? scientem interrogo.

ORE. Novi Hermionem, quam educavit mater mea.

ELE. Illa abiit ad sepulchrum Clytæmnestræ.

ORE. Quid factura? suggeris aliquam spem?

ELE. Libatura inferias ad sepulchrum, vice matris.

ORE. Esto: quid dicis mihi hoc ad salutem conferens?

ELE. Capite hanc obsidem, quando redierit.

ORE. Cujus rei dicis hoc esse remedium nobis tribus amicis?

ELE. Interfecta Helena, si quid Menelaus contra te vellet agere,

Aut hunc, et me,—quia omne hoc amicitia junctum, unum est,—
Dic, quod sis interfecturus Hermionem: et oportet te gladium
Strictum habere ad ipsum collum virginis:
Si te servarit, petens ne interficiatur filia,
Menelaus, videns corpus Helenæ in sanguine,
Sine patrem possidere puellæ corpus:
Sin autem, impotens vehementis animi
Volet te interficere, et tu ferito collum virginis.
Et ipsum existimo, etiamsi primum aderit vehemens,
Deinde molliturum animum: non enim audax,
Neque fortis est. Hoc habeo nobis
Propugnaculum salutis: dicta est oratio.

ORE. O habens virilem animum,
Et corpus inter mulieres decorum,
Quam digna es magis vivere quam mori.
Pylades, igitur frustraberis miser tali
Muliere, quacum vivens haberes felix conjugium?

PYL. Utinam vero fiat, et veniat ad urbem Phocensem,
Pulchris nuptiis honorata!

ORE. Quando veniet ad domum Hermione?
Quia reliqua dixisti, si hoc successerit,
Optima capientibus catulum impii patris.

ELE. Puto vero jam eam esse prope domum,
Etenim ipsa temporis longitudo quadrat.

ORE. Recte; tu quidem nunc, soror Electra, domum
Ante manens, expècta pedem virginis:
Et observa, si quis, priusquam fiat cædes,
Aut socius, aut frater patris
Antevertat veniens in domum, clamita vero *tu* in domum,
Aut valvas pulsans, aut mittens sermonem intro.
Nos vero intrantes ad postremum
Certamen armemus manum ense,
Pylades: tu enim juvas me in laboribus.
O pater, habitans domum atræ noctis,
Invocat te Orestes filius tuus, ut venias auxiliator
Precantibus. Nam propter te ista patior miser
Injuste: et proditus sum a tuo fratre,
Cum justa fecerim: cujus volo uxorem prehendens
Interficere: tu vero esto adjutor nobis in hac re.

ELE. O pater, veni igitur, siquidem audis sub terra
Vocantes liberos, qui tua causa moriuntur.

PYL. O cognate mei patris, etiam meas preces,
Agamemnon, exaudi, serva liberos.

ORE. Interfeci matrem— PYL. Et ego tractavi gladium.
ELE. Ego vero et hortata sum et liberavi a metu.
ORE. Te, pater, ulciscens. ELE. Neque ego te prodidi.
PYL. Ergo exprobationes hasce audiens libera natos.
ORE. Libo tibi lacrymis. ELE. Et ego lamentationibus quidem.
PYL. Desinite, et pergamus ad opus.
Siquidem enim sub terram preces penetrant,
Audit. Tu vero, O Jupiter proave, et Justitiæ numen,
Date successum *in hac re* isti, mihi, et huic:
Tribus enim amicis unum certamen, unum jus,
Aut omnibus vivere, aut mori debetur.
ELE. O charæ Mycenides, quæ estis primariæ in Pelasgo solo Argivorum. (*str.* 1.)
CHO. Quam vocem sonas, O veneranda? manet
Etenim adhuc tibi hoc in urbe Danaidum.
ELE. State aliæ quidem vestrum in hac via publica,
Aliæque hic in alia via ad observandum domum.
CHO. Propter quam causam hoc me jubes? (*str.* 2.)
Dic mihi, O chara.
ELE. Metuo, ne quis ad domum
Stans adhuc sanguinolentum consilium mala
In malis deprehendat.
SE. 1. Ite, festinemus: ego quidem semitam
Hanc observabo, ad solis ortum.
SE. 2. Et ego istam, quæ fert ad occasum.
ELE. Oblique nunc pupillas oculorum differ (*str.* 3.)
Istinc, huc, deinde ad aliam speculam.
CHO. Consistimus, ut jubes.
ELE. Circumferte nunc palpebram, mittite pupillas undique per capillos. (*ant.* 1.)
SE. Hic quis in via * * *? quis hic circa domum versatur tuam rusticus vir?
ELE. Periimus tunc, O amicæ, absconditas
Indagines armatas si statim indicet hostibus.
SE. Sis sine metu: inanis est, O chara, (*ant.* 2.)
Via, quam non putas.
ELE. Quid vero? tua *statio* an manet mihi adhuc tuta?
Da mihi aliquem bonum nuncium, an locus vacuus sit ante aulam.
SE. 1. Hic res bene habent: sed tu tuam stationem considera:
Quia nemo civium accedit ad nos.
SE. 2. Venis eodem; neque enim his turba est.
ELE. Age quidem in portis sonitum mittam; (*ant.* 3.)
Quid cunctamini *vos* qui in ædibus in tranquillitate
Mactare hostiam?
Non audiunt: O misera ego propter mala!

Num propter pulchritudinem obstupuerunt gladii?
Forte aliquis Argivum armatus properans
Pede auxiliatore accurret ad ædes.
Spectate nunc melius: non expedit sedere:
Sed aliæ huc, aliæ illuc volvitis *oculos*.
CHO. Mutamus viam
Speculantes undique.
HEL. O Pelasgum Argos, pereo male.
ELE. Audistis? viri habent manus in cæde:
Est ejulatus Helenæ, ut licet conjicere.
CHO. O Jovis, O Jovis immensa potentia, (*str.* 3.)
Veni auxilians meis amicis omnino.
HEL. Menelae, morior: tu vero præsens me non juvas.
ELE. Interficite, ferite, occidite, perdite,
Duos, ancipites gladios mittite
E manu acres
Illam desertricem parentum linquentem conjugem, quæ plurimos
Interfecit Græcorum
In bello apud fluvium pereuntes,
Ubi lacrymæ lacrymis
Contigerunt ferreis
Hastis circa Scamandri vortices.
CHO. Tacete, tacete; audio strepitum quendam
Cujusdam in viam irruentis circa domum.
ELE. O charissimæ mulieres, in meam cædem
Ista Hermione adest: cessemus a clamore.
Nam vadit incidens in laqueos retium.
Egregia præda, si capta fuerit, erit.
Iterum state quieto aspectu,
Et colore non significante factum:
Et ego habebo tetricas pupillas oculorum,
Tanquam utique non sciens facta.—
O virgo, venis Clytæmnestræ sepulchrum
Postquam coronasti, et libasti inferis inferias?
HER. Venio, perfecta placatione: sed in me
Metus quidam introiit, quem in ædibus
Procul existens a domo audio clamorem.
ELE. Quid? nobis digna luctu contingunt.
HER. Fausta loquere: quid novi dicis?
ELE. Decretum est huic urbi, hodie Oresten et me mori.
HER. Absit, cum vos sitis mei cognati.
ELE. Decretum est: sumus in jugo necessitatis.
HER. An propterea est clamor in domo?
ELE. Supplex procedens ad genua Helenæ clamat.
HER. Quis? non satis scio, nisi tu dicas.
ELE. Miser Orestes *orat*, ne occidatur, et pro me.

HER. Ob idoneam ergo causam infauste sonat domus.
EL. Nam de qua alia re quis magis eloquatur?
Sed veni et sis amicis particeps supplicationis,
Procidens ante tuam matrem valde beatam,
Ne Menelaus videat nos morientes.
Sed O tu *quæ es* educata in manibus meæ matris,
Miserere nostri, et leva mala.
Veni huc in certamen, et ego præcedam:
Sola enim habes nobis metam salutis.
HER. Ecce, propere urgeo meum pedem in domum.
Servati estote, quantum in me est. EL. O in domo
Amici armati, non capietis prædam?
HER. Hei mihi, quos hic video: ORE. Oportet tacere:
Venis enim nobis, non tibi, salus.
EL. Tenete, tenete: et ensem ad collum
Admoventes, quiescite, ut sciat hoc
Menelaus, quod viros, non ignavos Phrygas,
Inveniens passus est *ea*, quæ oportet pati malos.
Ah, ah, amicæ, excitate strepitum, (*strophe.*)
Strepitum et clamorem
Ante ædes, ut facta cædes
Non incutiat Argivis vehementem terrorem,
Ut opem ferant versus ædes tyrannicas,
Priusquam certo videam Helenæ cædem
Cruentam in domo jacentem,
Aut sermonem cujusdam ministrorum audiamus:
Nam quasdam calamitates scio, quasdam non clare.
CHO. Juste venit
Deorum vindicta contra Helenam.
Nam lacrymis totam Græciam implevit,
Propter perniciosum, perniciosum Idæum
Paridem, qui ad illum Græciam adduxit.
Sed,—nam crepant claustra regiæ domus,—
Tacete; egreditur enim aliquis Phrygum,
Ex quo audiemus quid agatur in ædibus.
PHR. Effugi Argivum ensem ex morte
In barbaris soleis,
Supra cedrina lacunaria thalamorum
Doricaque triglypha,
Evanidum, evanidum, O terra, terra,
Barbarica fuga.
Heu, heu: quo effugiam, O hospitæ, per canum æthe-
rem sublimis volans an per pontum, quem Oceanus
Habens taurinum caput ulnis
Volvens amplectitur terram?
CHO. Quid est; Helenæ minister, Idæum caput?

PHR. Ilium, Ilium, heu mihi mihi,
Phrygia urbs habens bonam glebam, I-
dæ sacer mons, quam doleo te periisse,
Lugubre, lugubre
Carmen barbarica voce,
Propter faciem Ave-creatæ pennis Cygni parem
Ledæ filiæ venustæ, infelicis Helenæ,
Pulchre-fabricatorum Murorum Apollineorum
Furiam: eheu:
Infelicium, infelicium,
O misera Dardania, Ganymedis
Ob equitationem, Jovis concubini.
CHO. Clare dic nobis rursus singula in ædibus quomodo se habeant;
Non enim facile conjicio priora.
PHR. Ælinon, Ælinon procemium mortis
Barbari incendunt, heu, heu,
Asiatica voce, regum
Quando sanguis effundatur in terram ensibus
Ferreis Plutonis.
Venerunt in domum, ut tibi rursus singula dicam,
Duo leones Græci, gemini:
Pater alterius vocabatur dux exercitus; (*Græciæ*)
Alter filius Strophii, malorum artifex vir,
Sicut Ulysses, tacite dolosus,
Sed fidus amicis, et audax ad pugnam,
Peritus Martis, et lethalis draco.
Pereat ob tacitam providentiam,
Cum sit maleficus!
Illi vero intro venientes ad thronum
Quam uxorem duxit sagittarius Paris mulieris,
Oculos lacrymis madefacti, humiles
Sederunt, alter hinc, alter illinc, a-
lius aliunde custodientes.
Et manus supplices ad genu
Helenæ posuerunt, posuerunt ambo.
Celeres autem cucurrerunt, cucurrerunt
Ministri Phryges:
Allocutus est autem alius alium incidens in metum
Ne quis esset dolus. Et aliis videbatur non esse:
Aliis in rete fraudum implicare
Filiam Tyndari draco matricida.
CHO. Ubi tu tunc eras? an jam effugeras metu?
PHR. Phrygio, Phrygio more
Ad comam auram, auram
Helenæ Helenæ circulo bene compacto.

Plumatili ad genam ciebam
Barbaro more.
Illa vero linum in colo
Digitis torquebat,
Et fila mittebat ad solum,
Ex præda Phrygia ad tumulum ornamenta conficere volens ex lino,
Purpureos amictus, dona Clytæmnestræ.
Allocutus autem est Orestes Lacænam puellam:
O filia Jovis, pone vestigium in solo huc abscedens a sella, Pelopis
Ad sedem avi veteris foci,
Ut scias meam orationem.
Ducit autem, ducit eam: illa vero sequebatur, non præsagiens quæ cogitabat: at socius alia faciebat
Vadens pravus Phocensis.
Quid annon abitis, O semper mali Phryges?
Et conclusit alium alio in domo:
Quosdam quidem in stabulis equorum,
Quosdam in exhedris, alios hinc inde, alium alio avellens procul a domina.

CHO. Quæ calamitas postea accidit?

PHR. Idæa mater, mater (*str.* 6.)
Potens, potens, heu, heu,
Cruentas clades, impiaque mala,
Quæ vidi, vidi
In domo regia.
Circum circa vestium purpurearum ex caligine
Enses extrahentes in manibus,
Alius alio
Agitavit oculos, ne quis adesset.
Sicut apri autem montani
Stantes contra mulierem
Dicunt: morieris,
Morieris, maritus improbus te interficit,
Qui prodidit fratris
Filium ut moreretur Argis.
Illa vero clamavit, clamavit, hei mihi mihi:
Immittens autem candidum cubitum pectori,
Percussit caput tristem plagam:
Fuga autem strenua aurisoleatum gressum tulit, tulit;
Sed in comam digitos mittens Orestes,
Promovens Mycenæos calceos,
Sinistro humero incurvans collum,

Adacturus erat intra guttur
Nigrum ensem.
CHO. Ubi vero erant Phryges in domo ad auxiliandum?
PHR. Vociferationem fores ædium et stabula
Vectibus ejicientes, ubi manebamus,
Accurrimus alius ex alia parte domus,
Alius quidem saxa, et alius amenta,
Alius ensem districtum habens in manibus.
Venit autem contra nos
Pylades vehemens, qualis, qualis
Hector Phrygius, aut Ajax ornatus galea tres habente conos,
Quem vidi, vidi in portis Priami:
Conseruimus autem mucrones ensium.
Tunc vero, tunc conspicui
Facti sunt Phryges, quantum in pugna Martis
Nos simus inferiores Græca hasta.
Alius abiens fugitivus, alius mortuus,
Alius vulnus ferens, alius supplicans,
Ad arcendam mortem:
Fugimus vero in tenebras:
Mortui vero ceciderunt *nonnulli*, alii erant casuri, alii jacebant.
Ingressa est autem in domum misera Hermione
Circa cædem Matris jam-tum humi casuræ, quæ
Misera ipsam peperit.
Isti vero currentes, velut Bacchæ sine thyrsis
Velut catulam montanam in manibus
Rapuerunt: rursus autem adversus filiam Jovis
Tendebant cædem:
Illa autem e thalamis
Evasit extra domum evanida,
O Jupiter et terra et lumen et nox,
Sive veneficiis,
Sive arte magorum, sive deorum furtis.
Quæ postea acciderint nescio;
Nam fugitivum sustuli pedem ex ædibus.
Multiplices autem, multiplices ærumnas
Menelaus sustinens
Inutile a Troja
Recepit conjugium Helenes.
CHO. Atqui sequitur aliud novum ex novis:
Nam video tenentem gladium ante ædes
Euntem Orestem trepido pede.
ORE. Ubi est iste, qui effugit ex ædibus meum ensem?
PHR. Adoro te, rex, barbaro more procidens.
ORE. Non sumus nunc in Ilio, sed in Argiva terra.

PHR. Ubique sapientibus est suavius vivere quam mori.
ORE. Num fecisti clamorem Menelao ut opitularentur?
PHR. Tibi ego quidem opitulari; es enim dignior.
ORE. Justene igitur periit filia Tyndari?
PHR. Justissime, si haberet triplex guttur ad moriendum.
ORE. Propter metum lingua gratificaris, intus non ita sentiens.
PHR. Cur non, quæ perdidit Græciam cum ipsis Phrygibus?
ORE. Jura,—alias, te necabo,—te hæc non dicere in meam gratiam.
PHR. Per animam meam juro, quam non pejeraverim.
ORE. Siccine etiam ad Trojam omnibus ferrum erat Phrygibus terrori?
PHR. Amove ensem: nam cum prope adest, effulget cædem diram.
ORE. Metuis ne fias lapis, tanquam intuens Gorgona?
PHR. Imo ne moriar: haud enim novi caput Gorgonis.
ORE. Cum sis servus metuis mortem, quæ te liberabit a malis?
PHR. Quilibet, etiamsi servus sit, gaudet videre lucem.
ORE. Recte dicis: servat te prudentia: sed ingredere in domum.
PHR. Non igitur occides me? ORE. Es dimissus. PHR. Dicis hoc pulchrum verbum.
ORE. Sed poterimus retractare. PHR. Hoc non pulchre dicis.
ORE. Stultus *es*, si putas me cruentaturum tuum collum:
Nam neque mulier es, neque es inter viros.
Ideo autem egressus sum ex ædibus, ne excites clamorem:
Nam Argos cum audierit clamorem cito excitatur.
Non autem est mihi metus Menelaum excipere gladio:
Sed veniat superbiens flavis capillis super humeros:
Si enim adducet Argivos in hanc domum,
Persequens cædem Helenæ, et me non volet servare
Et sororem meam et Pyladem qui in his me adjuvit,
Uxorem et virginem, duo cadavera videbit.
CHO. Heu heu O Fortuna, in aliud certamen (*ant.*)
In aliud iterum domus
Cadit terribile circa Atridas.
SE. Quid faciemus? nunciabimus hæc in urbem?
An tacitæ erimus? SE. *Quod est* tutius, O charæ.
SE. Ecce ante ædes, ecce denunciat *aliquid*
Iste fumus saliens in aerem sursum.
CHO. Incendunt pinus, tanquam inflammaturi domum
Tantaleam, neque desistunt a cæde.
SE. Eventum dirigit Deus
Hominibus, eventum ut voluerit.
Et magna quædam vis; per adversos genios
Feriit feriit hanc domum per cædes
Propter Myrtili casum ex curru.

CHO. Sed video Menelaum prope domum
Citato-gradu, auditu forte edoctum fortunam, quæ nunc adest.
Non anteverteritis conjungentes fores vectibus,
O Atridæ, in domo? Vehemens res est vir in rebus secundis
Contra eos qui sunt in adversis, sicut tu nunc, Orestes, es infelix.
ME. Venio audiens facinora dira et strenua
Duorum leonum: non enim voco eos viros.
Nam audivi de mea uxore,
Quod non sit interfecta, sed evanida abierit,
Audiens inanem famam, quam metu deceptus
Quidam nunciavit mihi: sed matricidæ
Sunt hæ artes, et ingens derisio.
Aperiat aliquis domum: servis jubeo
Pellere istas fores, ut saltem filiam meam
Liberem ex manibus hominum impiorum,
Et miseram ærumnosam uxorem meam
Accipiam, cum qua oportet interfici mea manu
Eos qui perdiderunt meam conjugem.
ORE. Heus tu, non attingas manibus ista claustra,
Te Menelaum compello, qui elatus es superbia:
Aut hac pinna confringam tuum caput,
Frangens veterum tectum, opus artificum.
Munita est janua vectibus, adversus tuum offendendi
Studium, qui te arcebunt, ne intres in domum.
ME. Ah, quid est video splendorem flammæ,
Et in summis ædibus istos obsessos teneri,
Et gladium admotum collo meæ filiæ.
ORE. Utrum vis interrogare, an me audire?
ME. Neutrum quidem: sed necesse est, ut videtur, te audire.
ORE. Sum occisurus tuam filiam, si vis discere.
ME. Interfecta Helena addes cædem cædi?
ORE. Utinam vero tenuissem, non deceptus a diis!
ME. Negas cum occideris, et ad contumeliam dicis hæc?
ORE. Invitus quidem nego: valde enim optem—
ME. Quid fecisse? incutis enim mihi terrorem.
ORE. Furiam Græciæ orco demittere!
ME. Redde cadaver uxoris, ut operiam tumulo.
ORE. Repete a diis: ego vero interficiam tuam filiam.
ME. Matricida facit cædem supra cædem.
ORE. Defensor patris, quem tu prodidisti, ut moreretur.
ME. Non suffecit tibi prior cædes patris?
ORE. Non defatigabor semper interficiendo malas.
ME. Utrum et tu, Pylade, *es* particeps hujus cædis?
ORE. Tacens affirmat: ego vero sufficiam dicens.

ME. Sed non gaudens, nisi effugeris alis.
ORE. Non effugiemus : sed inflammabimus ædes igne.
ME. An vero vastabis has ædes paternas?
ORE. Ut ne tu eas habeas, hanc insuper mactantes ad ignem.
ME. Interfice, quia interficiens quidem dabis horum mihi pœnas.
ORE. Sic erit. ME. Heu, heu, nequaquam facias hoc.
ORE. Tace nunc: et sustine juste faciens male.
ME. An justum est te vivere? ORE. Et imperare in terra.
ME. Qua? ORE. Argis hic Pelasgicis.
ME. Recte igitur attingas aquam lustralem.— ORE. Cur non?
ME. Et offeres hostias ante pugnam. OR. Tu autem honeste?
ME. Habeo enim puras manus. ORE. Sed non mentem.
ME. Quis te alloqueretur? ORE. Quicunque est amans patris.
ME. Qui autem honorat matrem? ORE. Est felix.
ME. Tu autem non. ORE. Quia non placent *mihi* malæ.
ME. Amove ensem a filia. ORE. Mendax es.
ME. Ast interficies meam filiam? ORE. Jam non es mendax.
ME. Hei mihi, quid faciam? ORE. Persuade ad Argivos proficiscens—
ME. Quam suadelam? ORE. Pete a civitate, ne nos occidat.
ME. Aut filiam meam interficietis. ORE. Sic res se habent.
ME. O misera Helena— ORE. An meæ res non sunt miseræ?
ME. Advexi tibi victimam ex Phrygibus— ORE. Utinam hoc esset!
ME. Sustinens labores magnos. ORE. Non mea tamen causa.
ME. Acerba passus sum. ORE. Tunc enim eras inutilis.
ME. Tenes me. ORE. Tu cepisti teipsum cum sis malus.
Sed eja, Electra, incende istas ædes:
Et tu, O certissime mihi amicorum,
Pylade, incende tecta hujus parietis.
ME. O terra Danaorum et incolæ equestris Argæos,
Non armato pede opem feretis?
Nam iste vim facit toti nostræ civitati
Ut vivat, cum fecerit abominabilem cædem matris.
AP. Menelae, desiste sævos spiritus gerens,
Ego Phœbus Latonæ filius, prope existens te voco,
Et tu, qui adsides armatus isti puellæ,
Orestes, ut scias quam orationem afferam:
Helena quidem, quam tu cupiens perdere
Frustratus es, iratus Menelao,
Hæc est, quam videtis in sinubus aeris,
Servata et non interfecta a te.
Ego ipsam servavi, et ab ense
Tuo rapui jussus a Jove patre.
Nam, ut filiam Jovis, oportet vivere immortalem,
Castorique, et Polluci in sinubus aeris

Assidebit, nautis salutaris.
Tu autem accipias aliam uxorem in domum,
Postquam dii hujus pulchritudine
Commiserunt Græcos et Phrygas,
Et fecerunt mortes, ut exhaurirent ex terra
Superbiam hominum, magnæ multitudinis.
Quoad Helenam res sic se habent: te autem oportet,
Orestes, postquam hujus terræ fines superaveris,
Habitare solum Parrhasium per circulum anni.
Consequetur autem a tuo exilii nomine,
Ut vocetur Azanibus et Arcadibus Oresteum.
Inde veniens in urbem Atheniensium,
Redde rationem de cæde materna
Tribus furiis: et dii gubernatores judicii
In *Areopago*, i. e. colle Martio justissimam
Sententiam ferent, ubi oportet te vincere.
Et ad cujus collum, Orestes, habes gladium,
Fatum est, te Hermionem ducere: et qui putat
Neoptolemus se ducturum esse, nunquam ducet.
Nam est ei fatum mori Delphico ense,
Postulanti a me pœnas de patre Achille.
Pyladæ autem connubium sororis, cui quondam promisisti,
Da; sequens autem vita eos felix manet.
Menelae, sine Oresten imperare Argis,
Et tu rediens impera in Spartana terra,
Habens dotem uxoris, quæ te multos
Dans in labores, huc reduxit.
Quod cum urbe est rei ego huic recte constituam,
Qui ipsum coegi interficere matrem.

ORE. O Apollo vates, in tuis oraculis
Non eras utique vanus, sed verax.
Me quidem subierat metus, ne aliquem audiens
Dæmonem viderer audire tuam vocem.
Sed bene evenit res, obtemperabo autem tuæ orationi.
Ecce dimitto Hermionem a nece,
Et accipio conjugium, quandocunque dederit pater.

ME. O Helena, filia Jovis, salve: prædicoque te beatum
Tenentem felicem sedem Deorum.
Orestes, tibi ego despondeo filiam,
Phœbo dicente: generosus autem ex generosa familia
Ducens sis beatus et tu et ego qui eam tibi do.

AP. Vadite nunc quisque, quo mandamus,
Et desinite contentionem. ME. Oportet obedire.

ORE. Et ego talis; redeo in gratiam cum fortunis,
Menelae, et amicus tuis, Apollo, oraculis.

AP. Ite nunc in viam, pulcherrimam
Deorum Pacem honorantes: Ego vero
Helenam ad aulam Jovis adducam,
Vadens per polum splendidorum astrorum,
Qua Junoni, et Herculis *uxori*
Hebæ assidens dea hominibus
Erit, honorata semper libationibus,
Cum Tyndaridis, Jovis filiis,
In rem nautarum curans mare.
CHO. O valde gloriosa Victoria, meam
Vitam habeas,
Et non desinas coronare.

# EURIPIDIS

## PHŒNISSÆ.

HŒNISSIS VIRGINIBUS.

US.

US.

S.

NUNCIUS.

S.

# EURIPIDIS

## PHŒNISSÆ.

JOC. O QUI secas viam cæli per constellationes
Et in aureo-fabricata sedes rheda,
Sol, volvens flammam celeribus equis,
Quam infelicem Thebis eo tum die
Radium immisisti, Cadmus quando venit in terram
Hanc, relinquens Phœniciam regionem mari cinctam:
Qui quondam ducens Harmoniam filiam Veneris
Polydorum genuit, ex hoc Labdacum
Dicunt natum: ex eo vero Laium.
Ego vero vocor filia Menœcei,
Et Creon frater natus est ex eadem matre.
Vocant vero Jocastam me—hoc enim nomen pater
Indidit—duxit vero me Laius: cum autem sine liberis
Esset, diu habens connubium meum in domo,
Veniens interrogat Phœbum, et poscit simul
Liberorum in ædibus masculorum communionem.
Ille respondit *ei:* O rex equestrium Thebarum,
Ne semina liberorum sulcum invitis diis.
Si enim genueris filium, interficiet te ille qui satus fuerit,
Et tota domus tua ibit per sanguinem.
Ille vero dans se voluptati, et concedens insaniæ Bacchi,
Seminavit nobis filium, et cum seminasset infantem,
Agnoscens erratum et Dei oraculum,
In pratum Junonis, et culmen Cithæronis
Dat pastoribus exponi puerum,
Fodiens ferreos aculeos per talos medios,
Unde ipsum Græcia vocabat Œdipum.
Polybi vero pastores equorum, accipientes puerum
Ferunt domum, et in manus dominæ
Posuerunt: ipsa vero mei puerperii laborem (*i. e.* filium)
Uberibus submisit et suo viro persuadet se peperisse.

Jam vero vir factus cum genis flavescentibus
Filius meus, aut considerans ipse, aut admonitus ab aliquo,
Ivit, volens explorare parentes,
Ad domum Apollinis, et Laius eodem meus maritus,
Quærens cognoscere expositum filium,
Annon esset superstes: et *forte* conjungunt pedem
In idem loci circa Phocidis bivium.
Et auriga Laii jubet eum,
O hospes, cede de via tyrannis:
Ille autem ibat tacens, superba sentiens, equi vero eum
Ungulis rubefecerunt sanguine pedum tendines.
Unde—sed quid opus est aliena a meis malis dicere?—
Filius patrem occidit, et accipiens currus
Dat altori Polybo. Postquam vero infestabat
Sphinx rapinis urbem, extincto meo marito,
Creon frater præconium facit de connubio meo,
Quisquis posset exponere ænigma sapientis virginis,
Se daturum esse huic connubium: exponit forte
Sphingis ænigma filius meus Œdipus,
[Unde ductor hujus terræ factus est,]
Et accipit sceptra, præmium hujus laboris.
Inde ducit matrem ignorans miser,
Nec sciebat mater se cum filio concumbere.
Pario vero pueros meo filio, duos quidem mares,
Eteoclem, et clarum Polynicen,
Et duas filias: alteram Ismenem pater
Vocavit, alteram majorem natu ego Antigonem.
Cum agnovisset autem, se maritum esse matris
[Œdipus, sustinens ille omnia mala,]
Oculis suis diram vim infert,
Aureis fibulis cruentans pupulas.
Postquam autem filiorum meorum genæ teguntur *barba*,
Abdiderunt patrem intra claustrum, ut hæc calamitas in oblivionem abiret:
Quæ ut celaretur, habebat opus multis artificiis.
Adhuc vivit domi: æger autem animo propter hanc calamitatem,
Diris devovet liberos nefandis,
Ut partiantur hanc domum acuto ferro.
Filii mei vero incidentes in metum, ne ratas
Diras illas Dii perficerent, si habitarent simul,
Paciscentes constituerunt, ut junior Polynices
Prius volens exularet hac terra,
Eteocles vero manens, sceptra terræ teneret,
Per vices mutantes annum. Postquam autem ad clavum

Regni consedit, non discedit ex regno,
Sed extrudit exulem Polynicen ex hac terra.
Ille vero Argos veniens, junctus affinitate Adrasto,
Magnum conscribens exercitum Argivorum adducit:
Et veniens ipsa hæc Thebana mœnia septem portarum,
Repetit paternum sceptrum, et partem terræ.
Ego vero litem diremptarus ut filius sub induciis veniret,
Persuasi filio, priusquam bellum capesserent.
Nuncius autem missus ait eum venturum esse.
At O inhabitans lucidas plagas cæli,
Jupiter, serva nos, dà reconciliationem liberis.
Oportet enim te, siquidem sapiens es, non sinere
Eundem hominem semper esse miserum.

PÆD. O Antigone egregium germen patris in domo,
Postquam te mater gynæceum relinquere
Permisit, et in extremam contignationem domus ascendisti,
Ut videas exercitum Argivorum propter preces tuas,
Expecta, donec investigavero viam
Ne quis civium in via appareat,
Et mihi, ut servo, veniat mala reprehensio,
Tibique tanquam reginæ: cum vero exploraverim omnia dicam
Et quæ vidi, et quæ audivi ab Argivis,
Quando veni ferens fratri tuo fidem publicam
Hinc illuc, et huc rursus ab illo.
Sed—nemo civium appropinquat his ædibus:—
Supera pedibus veteres scalas ex cedro factas;
Et considera campos et ad Ismenum fluvium,
Et fontem Dirces, quantus exercitus hostium.

ANT. Porrige nunc, porrige senilem Juveni
Manum de gradibus, sublevans vestigium pedis.

PÆD. Ecce, junge manum, virgo: opportune ascendisti;
Motus enim est Pelasgicus
Exercitus, et separant a se invicem cohortes.

ANT. O veneranda filia Latonæ
Hecate, æneus totus
Campus fulgurat.

PÆD. Non tenuiter enim venit in hanc terram Polynices,
Magno equitatu, et multis clypeis strepens.

ANT. Nunquid portæ claustris
Æneique vectes
Saxeis Amphionis operibus
Muri coaptati sunt?

PÆD. Confide: quod interiora attinet, bene munita est urbs:
Sed vide primum, si vis scire quis sit.

ANT. Quis est ille candenti cono,
Qui antecedit exercitum,
Æneum clypeum circa bra-
chium leviter gerens?
PÆD. Dux est, O domina. ANT. Quisnam? Unde na
Dic, O senex, quomodo nominatur?
PÆD. Hic Mycenæus quidem dicitur genere,
Habitat vero ad Lernæam paludem rex Hippom
ANT. Heu heu quam superbus, quam terribilis aspectu
Giganti terrigenæ similis,
Stellatus in picturis, non similis
Mortali generi.
PÆD. Non vides illum, qui trajicit Dirces aquam
Ducem? ANT. Alius, alius est hic armorum mo
Quis vero est iste? PÆD. Filius quidem Œnei
Tydeus, Martem vero Ætolum in pectore habet.
ANT. Istene Polynicis uxoris, O senex,
Ipsam sororem sponsam
Maritus habet?
Quam peregrino colore, semibarbarus, armis.
PÆD. Sunt enim clypeati omnes Ætoli, O filia,
Et jaculatores, hastis bene collimantes.
ANT. Tu vero, O senex, quomodo scis certo hæc?
PÆD. Videns signa clypeorum tunc notavi,
Quando veni fidem publicam ferens tuo fratri:
Quæ intuens novi armatos.
ANT. Quis vero iste, qui circa monimentum Zethi trans
Comatus, oculis terribilis, et as-
pectu juvenis?
PÆD. Dux est. ANT. Quippe multitudo ipsum sequens
Armata circundat.
PÆD. Hic est Parthenopæus Atalantæ filius.
ANT. Sed eum per montes cum matre *ejus Atalanta*
Diana properans, telis domans perdat,
Qui adversus meam urbem venit eam expugnaturu
PÆD. Sint hæc, O filia; jure tamen veniunt in hanc terr.
Idcirco etiam metuo, ne recte considerent dii.
ANT. Ubi *est ille* qui mecum una natus est ex matre
Laborioso fato?
O charissime senex, dic ubi sit Polynices.
PÆD. Ille prope sepulchrum septem virginum
Niobes stat, prope Adrastum.
Vides? ANT. Video, sed non satis clare: vide t
aliquo modo
Simulacrum formæ ipsius, et pectus adumbratum.
Velocis utinam cursum nubis

[illegible] per aerem
[illegible] enim circum
[illegible] longo post tempore
[illegible]
[illegible] O senex,
[illegible] radii solis.
[illegible] ut te expleat gaudio
[illegible] ANT. Iste vero, O senex, quis est,
[illegible] cui insidet?
[illegible] O domina, hic:
[illegible] telluris inferiæ
[illegible] filia Solis
[illegible] immo,
[illegible]
[illegible] minatur huic urbi,
[illegible]
[illegible] metiens.
[illegible] tonitrua,
[illegible]
[illegible] et Lernæ datarum
[illegible]
[illegible] in servitutem?
[illegible] O veneranda
[illegible]
[illegible] et sub tecto
[illegible] desiderii tui
[illegible] quæ cupiebas videre.
[illegible] ingressus est
[illegible]
[illegible] accipiant.
[illegible]
[illegible] ut se dicant.
[illegible]
[illegible] per [illegible]

Navigans, circumfluentes
Juxta steriles campos
Siciliam Zephyro flatibus
Spirante, in cœlo
Inoptatum stridorem;
Urbe autem electa ex mea (*ant.* 1.)
Ut essem pucherrimum donum Apollini,
Cadmeam veni in terram,
Inclytorum liberorum Agenoris,
Cognatas ad Laii
Missa huc turres.
Similiter autem statuis ex auro fac-
tis Phœbo ministra sum facta.
Adhuc vero Castalii *fontis* aqua
Expectat me comas meas
Ut riget, virginum delicias,
In sacrificio Phœbi.
O splendens petra ignis (*epod.*)
Duorum verticum lumine supra cacumen
Bacchi, et *tu*, O Bacchi.
Vitis, quæ quotidianum
Exstillas *potum*, fœcundum vitis flo-
rentis producens racemum,
Et divina antra draconis, mon-
tanæque speculæ deorum,
Nivosusque mons sacer, cir-
cumdans adyta Dei
Chorus utinam sim sine metu.
Ad umbilicales valles Phœ-
bi, relicta Dirce.
Nunc vero mihi ante mœnia (*str.* 2.)
Impetuosus profectus Mars
Cædem diram incendit
Huic, quod utinam ne accidat, urbi:
Communes enim *sunt* amicorum dolores:
Communia etiam *sunt*, si quid patiatur
Septem munita turribus hæc terra
Phœnissæ regioni. Eheu, heu!
Communis sanguis, communes liberi
Cornigeræ sunt Ius:
Quibus laborum ego sum particeps.
Circum urbem autem nubes (*ant.* 2.)
Clypeorum densa incendet,
Species cruentæ pugnæ,
Quam Mars mox cognoscit
Filiis Œdipi ferens

Noxam ab Erinnybus.
Argos O Pelasgicum,
Metuo tuum robur,
Et divinam vindictam. Non enim injustum
Ad certamen hoc armatus ruit,
Qui suam repetit domum.
POL. Claustra quidem janitorum me receperunt
Facile, ut venirem in urbem.
Propter quod etiam metuo, ne me intra retia
Accipientes non dimittant sine cæde corpus.
Quapropter circumferendi sunt undique oculi,
Huc et illuc, ne quis sit dolus.
Armatus vero manum hoc ense,
Fiduciam mihi ipsi confidentiæ præbebo.
Heus quid istuc est? an vero strepitum metuo?
Omnia enim audentibus periculosa videntur,
Quando per hostilem pes incedit terram.
Confisus tamen sum matri et tamen non plane confido,
Quæ mihi persuasit ut factis induciis huc venirem.
Sed prope est defensio: foci enim altarium
Prope adsunt, et non desertæ domus.
Age dimittam gladium in obscuram vaginam,
Et has interrogabo, quænam astant ædibus.
Peregrinæ mulieres, dicite, quanam ex patria
Adstatis ad Græcas domos?
CHO. Terra quidem Phœnissa patria aluit me,
Agenoris vero nepotes ex spoliis belli
Miserunt me huc Phœbo primitias.
Cumque esset me missurus Œdipi filius inclytus
Ad venerandum oraculum et Apollinis aras,
Interea Argivi duxerunt exercitum ad urbem.
Tu vero vicissim-responde mihi, quisnam *sis*, quid venis
Ad Thebanæ terræ septem-portarum turrem.
POL. Pater mihi quidem est Œdipus Laii filius:
Peperit vero me Jocasta filia Menæcei:
Vocatque me Polynicem Thebanus populus.
CHO. O cognatio filiorum Agenoris,
Meorum dominorum, a quibus missa sum,
Procumbo ad genua tibi, O rex,
Observans morem patrium.
Venisti tandem post longum tempus in terram patriam
Heus, veneranda *Domina*, venias extra ædes, aperi portas.
Num audis, hanc quæ peperisti, mater,
Quid cunctaris excelsa atria transire,
Et amplecti ulnis filium?

# EURIPIDIS

## PHŒNISSÆ.

JOC. Quonam modo hoc? quid est usque adeo malum exulibus?
POL. Unum quidem est maximum, non habet *exul* libertatem dicendi.
JOC. Servi est (quod dixisti) non dicere aliquem id quod sentiat.
POL. Oportet ferre stultitias illorum, qui dominantur.
JOC. Et hoc acerbum est, desipere cum stultis.
POL. Sed serviendum est propter utilitatem contra naturam.
JOC. At spes alunt exules, ut dicitur.
POL. Aspiciunt eæ pulchris oculis, cunctantur tamen.
JOC. Neque tempus ostendit tibi eas esse inanes?
POL. Habent Venerem quandam suavem malorum.
JOC. Unde vero alebaris, priusquam per nuptias invenires victum?
POL. Aliquando habebam in diem, aliquando non habebam.
JOC. Non juvabant te amici patris, et hospites?
POL. Feliciter rem gere; amicorum enim res in calamitatibus nihil sunt.
JOC. Non extulit te nobilitas ad magnum gradum?
POL. Malum est nihil habere. Genus non aluit me.
JOC. Patria, ut videtur, charissima res mortalibus est.
POL. Non quidem dicere possis, quam dulcis sit.
JOC. Quomodo venisti Argos? quid consilii habuisti?
POL. Apollo Adrasto quoddam oraculum dedit.
JOC. Quale? quid hoc dixisti? non possum intelligere.
POL. Jussit dare nuptum filias Apro et Leoni.
JOC. At tibi quænam societas erat nominis bestiarum, O fili?
POL. Non scio: fatum me ad hanc fortunam vocabat.
JOC. Sapiens enim est Deus: sed quomodo nactus es connubium?
POL. Nox erat, cum veni ad porticus Adrasti.
JOC. Quærens cubile, sicut exul errans?
POL. Hæc erat causa: deinde venit etiam alius exul.
JOC. Quis iste? quippe vero miser et ille erat.
POL. Tydeus, quem dicunt natum Œneo patre.
JOC. Quare vero feris vos Adrastus comparavit?
POL. Eo quod venimus in certamen de stragulis.
JOC. Ibi filius Talai intellexit vaticinia?
POL. Et dedit nobis duobus duas puellas.
JOC. Utrum igitur felix, an infelix es nuptiis?
POL. Non reprehendi merentur nuptiæ ad hoc usque tempus.
JOC. Quomodo persuasisti huc te sequi exercitum?
POL. Adrastus juravit duobus generis hoc,
(Tydeo et mihi, hic enim est affinis meus)
Se reducturum utrumque in patriam, me vero prius.
Multi autem principes Danaorum et Mycenæorum
Adsunt, officium mihi triste, sed necessarium,
Dantes: duco enim exercitum adversus meam
Patriam. Per Deos autem juro, quod invitus

Intuli bellum charissimis parentibus.
Sed ad te pertinet reconciliatio horum malorum,
O mater, ut reconciliatis charis fratribus,
Liberes a laboribus me, et te, et totam urbem.
Jam olim quidem celebratum est, sed tamen dicam:
Opes hominibus sunt honoratissimæ,
Et habent maximam potentiam inter homines.
Quas ego propter huc venio, ducens innumeras
Hastas: nam nobilis vir, si pauper sit, nihil est.
CHO. Atqui Eteocles ad reconciliationem ipse
Accedit: tui officii *est*, O mater Jocasta, dicere
Tales sermones, quibus reconciliare possis filios.
ETE. Mater, adsum: dans vero tibi hanc gratiam,
Veni. Quid me facere oportet? incipiat aliquis dicere:
Quia circa mœnia et cohortium paria
Currens inhibui civitatem, ut a te audirem
Communem arbitrationem, propter quam factis induciis venire
Hunc recepisti intra muros, persuadens me.
JOC. Expecta. Celeritas non justitiam habet secum:
Tardi autem sermones efficiunt plurima sapientem.
Remitte torvos oculos, et animi flatus:
Non enim intueris præcisum a faucibus caput
Gorgonis, sed pacifice venientem fratrem tuum.
Tu quoque vicissim vultum ad fratrem verte,
Polynices: nam in idem tuens oculis
Dicesque melius, et melius excipies hujus sermones.
Admonere vero vos aliquid sapiens volo:
Quando amicus aliquis iratus amico,
Congrediens, mutuo aspicit,
Oportet tantum ea considerare, propter quæ venit,
Priorum vero malorum nequaquam meminisse.
O fili Polynices, tua oratio prior esse debet;
Tu enim venis adducens exercitum Græcorum,
Passus injusta, ut tu dicis: judex vero aliquis
Deorum fiat et reconciliator malorum.
POL. Oratio veritatis simplex est,
Et non compta oratione egent, quæ justa sunt:
Habent enim in se pondus: injusta autem oratio,
Ægra cum sit per se, medicamentis eget sophisticis.
Ego equidem domui patris prospexi
Et meo *pariter* commodo, ac hujus, et vitare volens execrationes,
Quas Œdipus dixit adversus nos aliquando,
Discessi sponte-mea ex hac terra,
Concedens huic ut regnaret in patria per anni orbem,

Ut ipse regnarem rursus per vices accipiens,
Et non huic inimicitiam et cædes exercens,
Aliquid mali facerem et paterer, quæ fieri solent.
Ipse probans hæc, et invocans deos testes,
Nihil eorum fecit, quæ promisit, sed habet
Ipse regnum et partem meæ domus.
Et nunc paratus sum, mea recipiens,
Exercitum extra hanc terram dimittere,
Et gubernare meam domum per vices accipiens.
Et huic permittere æquale rursus tempus *regendam*,
Et non vastare patriam, neque admovere
Turribus compactarum scalarum gradus ad ascendendum:
Quæ, non consecutus jus, experiar
Facere. Testes vero horum deos voco,
Quod omnia juste faciens, præter jus
Spolior patria iniquissime.
Hæc simplicissima, mater, non perplexos
Sermones colligens dixi, sed e sapientibus
Et rudiusculis *etiam* justa, ut mihi videtur.

CHO. Mihi quidem, etiamsi non in Græcia
Simus educatæ, videris tamen prudenter dicere.

ETE. Si omnibus idem esset pulchrum, egregiumque simul,
Non esset utique ambigua dissensio inter homines:
Nunc vero vel nihil simile, vel nihil æquale hominibus est,
Præter nomina, res vero non est eadem.
Ego enim, mater, non occultans dicam:
Inter astra ascenderem Solis ad currum
Et sub terram *descenderem*, si possem efficere hæc,
Ut haberem Tyrannidem Dearum maximam.
Hoc igitur bonum, O mater, non volo
Alteri concedere magis, quam mihi servare:
Ignavia enim est *in illo*, re majori quisquis amissa
Minorem acceperit. Præterea vero pudet me,
Venientem huc cum armis, et vastantem terram
Consequi, quæ postulat. Thebis enim hoc
Fuerit probrum, si hastæ Mycenææ
Metu traderem sceptra mea, ut hic haberet.
Oportebat vero ipsum non armis reconciliationem,
Facere, O mater: id enim omne conficit oratio,
Quod vel ferrum hostium facere possit.
Sed si vult alioqui habitare hanc terram,
Licet *sane*: illud vero haud volens concedam.
Liceatne mihi regnare, huic ut serviam unquam?
Ad hæc eant mihi ignes, eantque enses,
Jungite equos, campos implete curribus,
Quia non concedam huic meum regnum.

Si enim injuste facere oportet, regni causa
Pulcherrimum est injuste facere in aliis vero pietatem colere oportet.
CREO. Non convenit pulchra dicere in rebus inhonestis,
Non enim *est* hoc bonum, sed res acerba justitiæ.
JOC. O fili, non omnia mala senectuti,
Adsunt, Eteocles: sed experientia
Habet aliquid dicere sapientius quam juvenes.
Quare pessimam Dearum concupiscis
Ambitionem, O fili? ne tu *facias hæc:* injusta *enim est* hæc Dea.
In multas enim familias, et urbes beatas
Intravit, et egressa est cum pernicie utentium:
Propter quam tu insanis. Illud multo melius est, O fili,
Æqualitatem colere, quæ semper amicos amicis
Urbes urbibus et socios sociis
Colligat. Æqualitas enim est acceptum quid hominibus,
Abundantiori vero semper inimicum est
Id quod minus est, et inchoat statim hostilem diem.
Etenim mensuras hominibus et ponderum partes
Æqualitas ordinavit et numeros constituit,
Obscuraque palpebra noctis et lumen solis,
Æqualem meant annuum circulum,
Et neutrum horum duorum victum invidet alteri,
Atque ita sol et nox serviunt hominibus:
Tu autem non sustinebis habere æquam partem regni,
Et huic tribuere suam partem? Tum vero ubi est jus?
Quid Tyrannidem, beatam injustitiam,
Honoras supra modum, et magni facis hoc?
An circumspici est honorificum? at inane equidem
An multum laborare, habens multa in domo,
Vis? quid est Superfluitas: nomen habet tantum:
Nam quæ satis sunt sufficiunt moderatis.
Neque enim homines proprias possident opes,
Sed habentes a diis datas, curamus eas:
Quum autem *illi* volunt, auferunt ipsas rursus.
(Inde opulentia non est stabilis, sed in diem.)
Age, si te interrogem, duas sententias proponens simul,
Utrum regnare, an urbem servare mavis?
Regnare dices? Si vero vicerit te iste,
Et Argivorum hastæ exercitum Thebanum fuderint,
Videbis domitam Thebanorum civitatem hanc,
Videbis etiam multas puellas captivas
Vi raptas ab hostibus.
Acerba igitur hæc potentia, quam habere quæris,
Fiet Thebanis, tu vero ambitiosus.

Tibi quidem hæc dico: tibi vero, Polynices, hæc declaro.
Adrastus contulit in te stultam gratiam:
Et stulte venisti tu quoque, expugnaturus patriam.
Age, si ceperis hanc urbem, quod nunquam, *oro*, fiat
Per Deos quomodo eriges trophæa istius pugnæ?
Quomodo vero primitias dedicabis in sacrificando, capta patria,
Et quomodo inscribes spoliis ad flumen Inachi,
Thebis incensis, Polynices diis hos
Clypeos posuit. Nunquam, O fili, gloriam
Talem tibi contingat a Græcis consequi.
Sin fueris victus et res hujus succedant,
Quomodo Argos redibis, innumeris relictis mortuis?
Et dicet aliquis, O miseras desponsationes,
Adraste, addicens, propter unius puellæ conjugium
Periimus. Duplex malum acceleras, O fili,
Illis privari et his excidere.
Remittite nimiam animi cupiditatem, remittite. Absurditas enim duorum,
Quando eodem pervenerint, maximum malum est.

CHO. O dii, sitis aversores istorum malorum,
Et date compositionem quandam filiis Œdipi.

ETE. Mater, non amplius certamen est verborum, sed perit tempus
Quod est in medio frustra, tua vero diligentia nihil efficit:
Non enim possumus aliter pacisci, nisi prædictis conditionibus,
Ut ego sceptra tenens, rex sim hujus terræ:
Omittens vero longas admonitiones, sine me.
Et tu, Polynices, vade extra hæc mœnia, aut morieris.

POL. Per quem? quis sic est invulnerabilis, qui, in nos ensem
Letalem immittens, non feret similem necem?

ETE. Prope: non procul stans: aspicisne manus meas?

POL. Intueor: timidæ vero res sunt divitiæ, et amans vitæ malum.

ETE. Et ideo cum exercitu venisti ad eum qui nihil est in pugna?

POL. Cautus enim dux præstat audaci.

ETE. Superbus es, confidens induciis, quæ te servant a morte.

POL. Iterum reposco a te sceptra, et partem terræ.

ETE. Non mollimur: ego enim meam habitabo domum.

POL. Tenens plus quam partem? ETE. Ita affirmo: verum discede ex terra.

POL. O deorum aræ paternæ— ETE. Quas tu eversurus ades.

POL. Audite me. ETE. Quis vel audiet te gerentem bellum contra patriam?

POL. Et domus deorum, qui vehuntur candidis equis— ETE. Qui oderunt te.

POL. Expellimur ex patria— ETE. Etenim venisti patriam expulsurus.

POL. Infit tua injustitia, O dii. ETE. Mycenis, non hic deos invoca.

POL. Impius es— ETE. Sed non sum hostis patriæ, sicut tu es.

POL. Qui me expellis carentem parte hæreditatis. ETE. Et insuper interficiam.

POL. O pater, audis quæ patior? ETE. Et qualia facis, audit.

POL. Et tu, O mater? ETE. Non fas est te matris nominare caput.

POL. O urbs. ETE. Profectus Argos, invoca Lernæam aquam.

POL. Vado, ne sis sollicitus: te autem laudo, mater. ETE. Egredere e terra.

POL. Egredior: verum concede mihi ut videam patrem. ETE. Non poteris consequi.

POL. Sed sorores virgines. ETE. Neque has unquam videbis.

POL. O sorores. ETE. Quid has vocas, cum illis sis inimicissimus?

POL. Mater, tu læta esto. JOC. Læta scilicet patior, O fili.

POL. Non amplius sum filius tuus. JOC. Ad multa ego calamitosa sum.

POL. Ille enim injuria me afficit. ETE. Et ego vicissim injuria afficior.

POL. Ubinam stabis ante turres? ETE. Ad quid hoc me interrogas?

POL. Adversus te in acie stabo. ETE. Et me amor habet hujus rei.

JOC. Me miseram! quid facietis, O filii? ETE. Res ipsa ostendet.

JOC. Non effugietis patris diras? ETE. Pereat tota domus.

POL. Quam cito ensis meus cruentus non erit amplius otiosus?
Et terram quæ me aluit, et deos testor,
Quod inhonoratus, miseranda patiens, ejicior e terra,
Sicut servus, nec amplius natus ab eodem patre Œdipo.
Et si quid acciderit tibi, O civitas, non me, sed hunc, accusato:
Invitus enim veni, invitus etiam expellor e patria.
Et tu, Phœbe rex custos viarum publicarum, et vos atria valete,
Et æquales mei et statuæ deorum recipientes victimas:
Nescio enim, an aliquando licebit mihi rursus vos alloqui:
Spes vero nondum obdormiunt, quibus confido cum diis,
Hoc interfecto, me potiturum hac Thebana terra.

ETE. Discedito ex terra. Vere enim nomen Polynicis pater
Indidit tibi divina providentia, cognomen contentionis.

CHO. Cadmus venit in hanc terram (*str.*)
Tyrius, qui quadrupes
Vitula indomitum corpus
Prostravit completum reddens
Oraculum, ubi habitare
Campos eum oraculum
Ferentes-triticum Aonum cecinit,
Pulchrifluum solum ubi et
Humor percurrens rigat jugera
Dirces florifera
Et profundos habentia sulcos arva:
Bacchum ubi peperit mater
* * * connubio Jovis,
Quem hedera circumdata
Flexuosa statim adhuc puerum
Virentibus frondibus
Obumbrantibus beans texit:
Bacchica-festivitate-*celebrandam rem* virginibus Thebanis et mulieribus Eviis.
Ibi sanguinolentus erat draco (*ant.*)
Martis, crudelis custos,
Flumina pulchriflua et alveos
Viridantes oculorum motibus
Passim errantibus custodiens:
Quem ad lavacra profectus
Cadmus interfecit marmore,
Caput sanguineum interfectoris ferarum
Brachii saucians jactibus,
Divæ matre carentis
Palladis consiliis
In terram lapsos jaculatus dentes
In profunda arva:
Unde *mox* emisit terra
Armatum spectaculum supra summos
Fines terræ *i. e. supra terræ superficiem:* ferrea
Vero invidia ipsum rursus conjunxit charæ terræ.
Sanguine vero rigavit
Terram, quæ ipsum lucidis
Ostendit cœli flatibus.
Et te, ex avia (*epod.*)
Io quondam natum
Epaphum, O Jovis fili,
Vocavi, vocavi barbara voce,
Io, barbaris precibus,
Veni veni in hanc terram:
Tui eam posteri condiderunt,

Deæ ubique celebres,
Proserpina et amica
Ceres dea,
Illa quidem omnium Domina, omnium vero tellus altrix
Habitarunt: mitte tædiferas
Deas ad opem ferendam huic terræ:
Omnia enim facilia sunt diis.

ETE. Vade tu et adduc Menœcei filium
Creontem, fratrem meæ matris Jocastæ,
Dicens hæc, quod privata et publica salute terræ
Velim cum ipso conferre consilia,
Priusquam veniamus in pugnam, et ad aciem.
Atqui pedum tuorum labore liberat te præsens:
Video enim ipsum venientem ad domum meam.

CRE. Profecto sæpe excidi spe, videre te cupiens, O rex
Eteocles, undique autem portas Cadmæorum
Et custodes accessi, te quærens.

ETE. Atqui ego volebam te videre, O Creon:
Omnino enim inveni inutiles reconciliationes,
Postquam in colloquium veni cum Polynice.

CRE. Audivi ipsum majus quiddam cogitare quam Thebas,
Affinitateque Adrasti et exercitu fretum.
Verum oportet ista deorum arbitrio permittere:
Quæ vero instant nunc maxime, hæc venio dicturus.

ETE. Qualia sunt ista? non intelligo enim tuum dictum.

CRE. Venit transfuga quidam ab Argivis.

ETE. Dicitne aliquid novi de rebus quæ ibi sunt?

CRE. Quod undique circum densis Thebanam civitatem
Statim armis circumdaturus sit Argivorum exercitus.

ETE. Sunt igitur urbi Cadmæorum efferenda arma.

CRE. Quo? Num juvenescens non vides, quæ oportebat te videre?

ETE. Extra fossas istas, quippe pugnaturis statim.

CRE. Exigua est multitudo hujus terræ; illi vero sunt innumeri.

ETE. Scio illos feroces esse verbis.

CRE. Habet aliquod nomen præ Græcis Argos.

ETE. Confide; cito implebo campos eorum sanguine.

CRE. Velim equidem: sed hoc video magni laboris.

ETE. *Scito*, quod non continebo copias intra mœnia.

CRE. Atqui tota victoria consilii opus est.

ETE. Vis igitur, ut me convertam ad aliquas vias?

CRE. Ad omnes potius, priusquam in periculum semel venias.

ETE. Quid si noctu impetum faciamus in eos ex insidiis?

CRE. Si quidem eventu sperato excidens huc salvus rediturus iterum.

ETE. Nox pariter commoda utrisque, sed audenti magis.

CRE. Res dira est, in periculum incidere noctis in tenebris.
ETE. Verum dum cœnabunt, in eos impetum faciam?
CRE. Terror forte fuerit: oportet autem vincere.
ETE. Vadum vero Dircæum profundum est ad redeundum.
CRE. Omnia sunt deteriora quam bene cavere.
ETE. Quid vero, si equitatu adoriamur exercitum Argivorum?
CRE. Et tibi exercitus curribus undique septus est.
ETE. Quid igitur faciam? An dedam urbem hosti?
CRE. Nequaquam: sed delibera, si quidem es sapiens.
ETE. Quod igitur consilium erit sapientius?
CRE. Aiunt apud hostes septem viros, ut ego audivi—
ETE. Quid mandatum habere ut faciant? istæ enim exiguæ sunt vires.
CRE. Præesse septem cohortibus, ut invadant portas.
ETE. Quid igitur faciemus? desperationem enim non expectabo.
CRE. Et tu ad portas septem viros adversus eos elige.
ETE. Ut præsint copiis, aut hastæ singulari?
CRE. Cohortibus, deligens eos, qui *sint* fortissimi.
ETE. Intelligo, ut prohibeant murorum ascensum.
CRE. Et ducibus socios *addas:* unus enim vir non omnia videt.
ETE. Secundum audaciam eligens, an secundum prudentiam?
CRE. Utrunque; nam alterutrum solum nihil valet.
ETE. Fient hæc *ita*, profectus enim in septiturrem ambitum
Ordinabo duces ad portas, ut dicis,
Opponens pares paribus hostibus.
Nomina porro singulorum recensere longum esset,
Cum sub ipsis muris consederint hostes.
Sed vado, ne simus otiosi manu.
Utinam vero mihi contingat fratrem habere oppositum,
Et congredientem prælio, consequi eum hasta,
(Et occidere, qui venit eversione patriam daturus.)
Et nuptias Antigonæ meæ sororis, et filii tui
Hæmonis, si quid ego fortuna male rem gessero,
Tibi oportet curæ esse: sponsionemque firmam
De qua ante convenit, nunc facio in exitu meo.
Es frater matris meæ: quid multis verbis opus est?
Nutrias eam digne et mea et tua causa.
Pater vero in se ipse stultitiam admisit,
Excæcans se: non valde eum laudo:
Et nos simul imprecationibus suis, si fors fuerit, occidet.
Unum nobis omissum est, si quod oraculum
Tiresias vates nobis dicere posset,
Id ab eo exquirere: Ego vero filium tuum
Menœceum, qui nomen habet patris tui,
Mittam ut ducat huc Tiresiam, O Creon:
Tecum enim lubens in colloquium veniet:

Ego enim artem divinandi vituperavi
Jam coram ipso, ita ut mihi succenseat.
Urbi vero et tibi hæc mando, O Creon,
Si ego vicero quoad mea, cadaver Polynicis
Nunquam sepeliri in hac terra Thebana:
Sed mori qui id sepelierit, etiamsi sit aliquis amicus.
Tibi quidem hæc dico: sed ministris meis dico,
Efferte arma ferreaque indumenta,
Ut in certamen propositum belli
Tendamus jam cum justitia victrici.
Et Cautionem, quæ est utilissima Dearum,
Oremus, ut servet hanc urbem.

CHO. O ærumnose Mars, quare sanguine (*strophe.*)
Et morte delectaris, a Bacchi festis dissone?
Non inter pulchrichoras coronas juvenilis ætatis
Cincinnum pandens, tibiæ ad flatus canis
Carmen, in quo *sint* gratiæ lætificæ.
Sed cum armatis, exercitum Argivorum incitans
In Thebarum progeniem, comissationem minime tibiis congruam præsilis.
Non pedem thyrso concitum cum cervinis pellibus in gyrum agis, sed
Curribus et frænis quadrijugis unungulum equum,
Ismenique ad flumina promovens
Equitationibus exerces, in Argivos fulgere faciens
Spartorum genus,
Scutiferum chorum, armatum,
Adversarium ad lapidea mœnia.
Certe atrox quædam est dea Discordia, quæ hæc
Excogitavit mala regibus terræ hujus,
Labdacidis miseris.
O admirandarum frondium abundantissimum feris nemus, Dianæ nivosæ deliciæ Cithæron, (*ant.*)
Nunquam morti destinatum, filium Jocastæ,
Debueras Œdipum alere infantem ejectum domo,
Aureis fibulis insignem:
Neque virginea ala, montanum monstrum, venire
Luctus terræ, Sphingis, maxime absonis cum carminibus,
Quæ quondam Cadmi quadrupedibus ungulis,
Mœnibus appropinquans, tulit ætheris in inaccessum lumen
Prolem, quam *sphingem* infernus Pluto
Cadmeis immisit: infelix vero lis alia
Oritur liberorum
Œdipi in ædibus et urbe.
Quod enim honestum non est, nunquam fiet honestum,
Neque illegitimi liberi,

Matris partus, et piaculum patris:
Quæ quidem consanguineum in lectum venit.
Genuisti, O terra *Thebana*, genuisti quondam, (*epod.*)
Barbarum ut famam audivi, audivi quondam in sedibus,
A feris nutrito, rubram habente cristam dracone *ortum*
Genus ex dentibus natum, Thebis pulcherrimum decus:
Harmoniæ vero olim ad nuptias
Venerunt cælestes dii, citharaque mœnia Thebarum
Amphioniaque a lyra turris surrexit
Geminorum fluminum vadum circa medium
Dirces, virides-herbas-alentem quæ campum
Ante Ismenum rigat:
Ioque, cornigera avia,
Cadmeorum reges genuit:
Innumeraque bona
Alia aliis permutans
Urbs hæc in summis
Stetit Martis fastigiis.

TIR. Ducito ulterius, O filia: quia cæco pedi
Tu es oculus, sicut stella nautis:
Huc in planum solum vestigium ponens meum,
Præcedito, ne impingamus: imbecillis est pater *tuus*;
Serva mihi tabellas sortium virginea manu,
Quas accepi, servans auguria avium
In sacris sedibus, ubi vaticinor.
O fili Menœceu, nate Creontis, dic mihi,
Quam longa est reliqua urbis via
Ad tuum patrem? quia genu meum defatigatum est,
Crebrum enim promovens gressum ægre conficio.

CRE. Confide; prope enim, O Tiresia, amicos tuos
Appulisti pedem tuum: teneas eum, fili:
Quia omnis spina dorsi, et pes senis, solet
Manus externæ expectare levamina.

TIR. Esto, adsumus; quid vocas me tam celeriter, Creon?

CRE. Nondum obliti sumus; sed convoca robur
Et spiritum collige, ejiciens anhelationem, quam contraxisti in via.

TIR. Labore defatigor, a terra Atheniensium
Huc deductus superiori die:
Nam et illic quoddam erat bellum contra Eumolpum,
Cujus gloriosos victores ego Athenienses feci;
Et hanc auream coronam, quam vides, habeo,
Accipiens primitias spoliorum hostilium.

CRE. Omen reputo victricem tuam coronam:
In magna enim procella positi sumus, sicut ipse scis,
Belli Græcorum, et magnum certamen *est* Thebis.

Rex quidem abiit ornatus armis
Jam ad pugnam Eteocles Argivam:
Et mihi mandavit ut audiam ex te,
Quid facientes, maxime servemus urbem.
TIR. Eteoclis quidem causa clauso ore
Reticuissem oracula, tibi vero, quandoquidem vis audire,
Dicam: Laborat enim hæc terra jam pridem, O Creon,
Ex quo Laius suscepit liberos invitis diis,
Et genuit maritum matri miserum Œdipum;
Illæque cruentæ oculorum rationes
Deorum *sunt* artificium, et demonstratio per Græciam.
Quæ occultare filii Œdipi longo tempore
Volentes, tanquam effugituri Deos,
Erraverunt stulte: neque enim honorem patri,
Neque liberum exitum dantes, hominem miserum
Irritaverunt: edidit enim in eos imprecationes
Diras ægrotansque et præterea ignominia affectus.
Propter quæ ego quid non faciens, quidve non dicens,
Veni in odium filiorum Œdipi?
Prope autem adest mors ipsorum manibus ventura ipsis,
O Creon:
Multi vero mortui juxta mortuos lapsi,
Argiva et Thebana miscentes tela,
Acerbum dabunt luctum terræ Thebanæ.
Tu vero, O misera urbs, simul everteris,
Nisi sermonibus meis aliquis obtemperaverit.
Nam illud quidem plurimum erat, ex filiis Œdipi
Neminem civem, neque regem esse terræ,
Quod malis agitentur geniis, eversuri sunt urbem.
Postquam autem malum potentius fuit bono,
Una restat alia ratio salutis:
Sed—non enim est mihi tutum hoc dicere,
Acerbumque est summam rerum habentibus,
Urbi exhibere pharmacum salutis—
Abeo, valete: Unus enim cum multis
Quod futurum est, si oportet, patiar: quid enim faciam?
CRE. Mane hic, senex. TIR. Ne me prehendas.
CRE. Mane: quid fugis me? TIR. Fortuna te fugit, non ego.
CRE. Dicito salutem civibus et urbi.
TIR. Tu *modo* quidem vis, sed mox non voles.
CRE. Quomodo vero non volo servare terram patriam?
TIR. Vis igitur audire, et studes?
CRE. Ad quid enim aliud me promptitudinem oportet habere?
TIR. Audies igitur jam mea oracula.
Sed prius hoc certo cognoscere volo,
Ubinam sit Menœceus, qui me huc adduxit?
CRE. Ille non procul abest: prope vero te astat.

TIR. Abeat nunc procul a meis oraculis.
CRE. Filius ex me natus tacebit, quæ oportebit.
TIR. Visne igitur, ut eo præsente tibi hoc dicam?
CRE. Audiens enim voluptatem capiet ex re tam salutari.
TIR. Audi igitur nunc oraculorum meorum viam,
Quæ facientes servabitis Cadmeorum urbem:
Mactari a te Menœcea hunc oportet pro patria,
Filium tuum: quandoquidem hanc fortunam ipse arcessis.
CRE. Quid ais? cujusmodi sermonem hunc dixisti, O senex?
TIR. Quæ adhuc immutabilia sunt, et oportet te facere.
CRE. O multa mala parvo tempore affatus.
TIR. Tibi quidem, sed patriæ magna et salutaria.
CRE. Non percepi, non intellexi: valeat urbs.
TIR. Vir iste non amplius idem *est*, sententiam retractat iterum.
CRE. Lætus abi: nihil enim opus est mihi tuis oraculis.
TIR. Num veritas *ideo* periit, quia tu infelix es?
CRE. Oro te per genua et per venerandam canitiem—
TIR. Quare mihi supplicas? non mollienda postulas mala.
CRE. Tace; ne dicas civibus hunc sermonem.
TIR. Jubes me injusta facere? non tacebo.
CRE. Quid igitur facies mihi? occides meum filium?
TIR. Aliis hoc curæ erit, ego vero dicam.
CRE. Unde vero hoc malum venit mihi et filio?
TIR. Recte me interrogas, et in aciem venis verborum.
Oportet nunc in ipso specu, ubi draco terrigena
Fuit custos fontium Dirces,
Mactatum dare lætalem sanguinem inferias terræ,
Propter veterem iram Martis contra Cadmum,
Qui terrigenæ draconis ulciscitur cædem.
Et hæc facientes, habebitis vobis auxiliatorem Martem.
Humus vero pro fructu fructum, et pro sanguine
Sanguinem si acceperit humanum, habetis propitiam
Terram, quæ quondam vobis auro-galeatam spicam
Spartorum edidit: oportet enim mori aliquem ex genere
Hoc, qui natus sit filius ex maxilla draconis.
Tu vero hic nobis reliquus es ex satorum genere
Purus, et ex matre et ex maribus,
Tuique liberi. Hæmonis sed enim nuptiæ
Cædem *ipsius* prohibent: non enim est cælebs:
(Quamvis enim non attigerit lectorum, tamen habet connubium.)
Iste vero juvenis huic sacratus urbi,
Si moriatur patriam terram servabit.
Acerbum vero reditum Adrasto cæterisque Argivis
Faciet, triste fatum oculis objiciens,
Et inclytas faciet Thebas. Ex duabus igitur sortibus elige
Alteram; aut enim filium serva, aut urbem.

Quæ igitur a nobis *dici poterunt*, omnia habes: duc, filia,
Me domum. Quicunque enim utitur divinandi arte,
Stultus est: Etenim si forte dixerit inimica,
Acerbus est iis, quibus vaticinatur:
Dicens vero falsa propter commiserationem consulentium,
Violat deorum jura. Solum Phœbum hominibus
Oportebat vaticinari, qui neminem timet.
CHO. Creon, quid taces, vocem silentio premens?
Etenim mihi non minus quam tibi stupor adest.
CRE. Quid enim dicat aliquis? manifestum quid mea oratio.
Ego enim nunquam eo veniam calamitatis,
Ut cædendum filium addicam civitati.
Omnibus enim hominibus est amans liberorum vita,
Neque aliquis suum ipsius filium dederit ad interficiendum.
Ne laudet me quisquam occidens meos liberos.
Ipse vero,—sum enim in maturitate vitæ,—
Paratus sum mori, patriæ piaculum.
Verum age, fili, priusquam resciscat tota civitas,
Missis improbis oraculis vatum,
Fuge quam celerrime cedens ex hac terra:
Dicet enim principibus et ducibus hæc,
Vadens ad septem portas et ad duces:
Et si anteverterimus, tibi est salus:
Si vero serus fueris, perimus, occideris.
ME. Quo fugiam igitur, ad quam civitatem? ad quem hospitem?
CRE. Ubi quam longissime ab hac terra aberis.
ME. Ergo te dicere convenit, me autem facere.
CRE. Delphos transiens fugito. ME. Quonam me oportet ire, O Pater?
CRE. In terram Ætolorum. ME. Ex illa vero quo fugiam?
CRE. Ad solum Thesprotorum. ME. Religiosam ad sedem Dodonæ?
CRE. Scis. ME. Quod vero tutamen mihi erit?
CRE. Deus ultor est. ME. Unde vero erit copia pecuniæ?
CRE. Ego submittam aurum. ME. Bene dicis, pater.
Discede igitur: ut vadens ad tuam sororem,
Cujus primum ubera traxi, Iocasten dico,
Cum essem privatus matre, et avulsus ab ea orphanus,
Tanquam salutaturus, ibo et vitam servabo.
Sed age, abi; ne, quod ad te attinet, tibi ipsi sis impedimento.
O mulieres, quam bene patri exemi metum,
Decipiens eum verbis, ut consequerer, quæ volo:
Qui ablegat me privans urbem *bona* fortuna,
Et ignaviæ prostituit. Sed ignoscendum est
Seni, res vero mea non meretur veniam,

Proditorem esse patriæ, quæ me genuit.
Ut igitur sciatis, vadam et servabo urbem,
Animamque dabo ut moriatur pro hac terra.
Turpe enim est, ut liberi quidem ab oraculis,
Et non coacti necessitate divinitus,
Stantes ad clypeos non detrectent mori,
Pugnantes pro patria ante turres:
Ego vero, patrem et fratrem prodens
Et urbem meam, tanquam timidus, ex terra
Discedam: ubicunque enim vixero, videbor ignavus.
Non per Jovem, qui est in astris, et Martem cædium autorem,
Qui exortos e terra quondam
Spartos reges hujus terræ constituit.
Sed abibo; et stans in murorum pinnis summis,
Interficiens me ipsum in atrum specum
Draconis, ubi vates jussit,
Liberabo terram: dicta est sententia.
Vado autem, donum mortis non turpe urbi
Daturus, liberabo autem patriam hanc a malo.
Utinam enim accipiens unusquisque quodcunque possit singulus
Bonum hoc consequatur, et in commune conferat
Patriæ, civitates minora mala
Experientes in posterum beatæ essent.

CHO. Advenisti, advenisti, O alata, terræ partus (*strophe.*)
Infernæque Echidnæ,
Cadmeorum prædatrix,
Gemituum autor, multis perniciosa,
Mixta virgo, hostile monstrum,
Furiosis alis
Unguibusque crudivoris:
Quæ quondam ex Dircæis
Locis adolescentes attol-
lens absono cum carmine
Et perniciosis furiis
Attulisti, attulisti dolores patriæ
Cruentos. Cruentus *profecto ille* ex diis,
Quicunque is, qui hæc fecit.
Luctus autem matrum,
Luctus etiam virginum
Resonabant *in* ædibus:
Lugubrem vocem, vocem,
Lugubre carmen, carmen
Alius alium lugebat
Successive per urbem.
Tonitrui autem luctus,

Clamorque erat similis,
Quoties ea urbe, ex hominum conspectu abripuisset
Alata virgo aliquem virum.
Tandem vero venit Pythio missu (*ant.*)
Œdipus miser
Thebanam *in* hanc terram
Tunc *quidem* volentibus, postea autem acerbitas:
Cum matre enim nuptias infelices miser,
Præclaram victoriam adeptus
Ænigmatum contraxit,
Polluit autem urbem:
Per sanguinem vero versat
Execrandum in certamen
Conjiciens imprecationibus
Liberos *suos* miser: Admiramur, admiramur *illum*,
Qui ad mortem abit
Solo pro patrio,
Creonti quidem relinquens luctus,
Sed septem turribus munita claustra *hujus* agri
Præclara victoria insignia redditurus.
Utinam autem sic fiamus matres,
Utinam fiamus prole felices, O amica
Pallas, quæ draconis cædem lapidum jactu confecisti,
Cadmi sollicitudinem
Impellens ad opus,
Unde invasit hunc agrum
Rapinis dæmonum quædam noxa.
NUN. Heus, quis in portis ædium occurrit?
Aperite, mittite Jocasten ex ædibus.
Heus rursus: sero quidem, sed tamen
Egredere, audi, O inclyta uxor Œdipi,
Sedatis luctibus, et lugubribus lacrymis.
JOC. O amicissime, nempe venis ferens aliquam calamitatem,
De mortuo Eteocle, cui ad clypeum
Adstas semper, arcens tela hostium?
Quodnam mihi venisti novum nuncians nuncium?
Mortuusne est, an vivit filius meus? indica mihi.
NUN. Vivit,—ne metuas hoc,—nam liberabo te a metu.
JOC. Quid autem, ambitus septiturres quomodo se habent?
NUN. Stant inconcussi, nec capta est urbs.
JOC. Veneruntne vero ad periculum Argivæ pugnæ?
NUN. Ad ipsum articulum ventum est. Sed Mars Cadmæus
Superior evasit Mycenæis hastis.
JOC. Unum dic, per deos, si quid de Polynice
Scis, quia mihi et hoc curæ est, an videat lumen.
NUN. Vivit tibi par liberorum diei usque huc.

JOC. Sis beatus: quomodo vero Argivorum copias
A portis depulistis inclusi turribus?
Dicito, ut cæcum senem domum
Veniens oblectem, hac terra servata.
NUN. Postquam filius Creontis, qui mortuus est pro patria,
Turribus in summis stans nigrum ensem
Per guttur transegit terræ huic salutiferum,
Cohortes distribuit septem, et cohortium duces
Ad septem portas, custodes Argivi exercitus,
Tuus filius, observatores equites quidem ad equites
Ordinavit, et pedites ad pedites,
Ut laboranti *parti* murorum esset exercitus *nostri*
Defensio. Statim autem arcibus ab arduis
Albis scutis decorum prospicimus Argivum exercitum
Teumessum descruisse: et fossam prope
Cursu adjunxit urbem Cadmeæ terræ.
Pæan vero et tubæ sonuerunt simul
Inde et de mœnibus a nobis.
Et primum quidem adduxit ad Neitas portas
Cohortem crebris clypeis horrentem
Parthenopæus filius venatricis,
Gerens domesticum signum in medio clypeo
Atalantam arcu procul-jaculante aprum
Ætolum conficientem. Ad Prœtidem vero
Portam vadebat, victimas habens in curru
Vates Amphiaraus, non habens signa
Significantia arrogantiam, sed modeste signis carentia arma.
Ad portam vero Ogygiam Hippomedon rex
Ibat, habens signum in medio clypeo,
Variis Argum oculis cernentem,
Alios quidem cum astrorum ortu oculos
Cernentes, alios vero occlusos cum *astris* occidentibus,
Ut postea ipso mortuo videre licebat.
Ad portam vero Homoloida stationem habuit
Tydeus, habens in clypeo pellem leonis,
Setis horrentem; dextera vero facem
Ut gigas Prometheus, ferebat, incensurus urbem.
Ad Crenæam vero portam filius tuus Polynices
Duxit copias: Potniades vero in clypeo
Insigne equæ pernices saltabant præ metu,
Scite in gyrum intus machinis circumactæ
Ad ipsum clypei manubrium, ut furere viderentur.
Non minus vero Marte in pugna audax
Capaneus adduxit cohortem ad portam Electram:
Ferreis vero clypei figuris inerat

Gigas e terra natus humeris totam urbem
Sustinens, vectibus convulsam violenter,
*Ut esset* signum nobis, qualia passura esset urbs.
Adrastus vero erat in *Hebdomis* portis,
Centum viperis clypeum implens pictura,
Hydræ habens in lævo brachio
Argivam jactationem; ex mœnibus vero mediis
Dracones efferebant pueros Thebanos maxillis.
Fui autem spectator horum omnium,
Tesseram ferens ducibus ordinum.
Et primo quidem arcubus et sagittis
Pugnabamus, et fundis longe ferientibus
Saxorumque fragmentis: cum autem essemus superiores pugna,
Clamavit Tydeus et tuus derepente filius,
O filii Danaum, priusquam laceremur jactibus,
Quid cunctamini simul omnes irruere in portas,
Leviter armati, equites, et gubernatores curruum?
Postquam autem audiverunt hanc vocem, nullus erat ignavus;
Multi autem cadebant cruentati capita.
Et e nostris quoque in solum vidisses ante mœnia
Crebros saltatores expirare animam,
Siccam autem rigabant terram fluxu sanguinis.
Arcas vero ille, non Argivus, filius Atalantæ,
Sicut turbo quidam in portam irruens, clamat
Ignem et ligonem, tanquam eversurus urbem:
Sed repressit ipsum furentem marini dei
Filius Periclymenus, dejiciens saxum in caput
Quod implevisset plaustrum, pinnas a propugnaculo;
Flavumque caput comminuit, et suturas
Ossium rupit, statimque rubras genas
Cruentavit: neque referet vitam
Insigni jaculatrici matri Mænali, i. e. *Arcadicæ*, Puellæ.
Postquam autem hanc portam vidit fortunatam,
Accessit ad reliquas filius tuus, sequebar vero ego.
Video autem Tydeum, et crebros satellites clypeatos
Ætolicis hastis in summa ora
Turrium jaculantes, ut murorum
Propugnacula summa relinquerent nostri fugitivi: sed eos rursus,
Tanquam venator, filius tuus colligit.
Et rursus ad turres collocavit. Ad aliam vero portam
Festinabamus, ubi *partem* hanc laborantem liberassemus.
Quomodo autem dicam, quam Capaneus insaniverit?
Longarum enim scalarum gradus

Gestans veniebat, atque hæc superbe protulit,
Ne sacrum quidem ignem ipsum Jovis prohibiturum,
Quominus a summis arcibus capiat urbem.
Et hæc simul dixit, et quamvis saxis peteretur
Ascendebat *tamen*, sub ipsum clypeum contracto corpore,
Scalarum politos gradus transtillorum percurrens.
At jam transcendens pinnas murorum
Ferit eum fulmine Jupiter: strepitum autem edidit
Terra, ut omnes metuerent; at e scalis
Ut-funda-disjiciebantur seorsim alia ab aliis *ejus* membra,
Comæ quidem cœlum versus, sanguis vero in terram,
Manus vero et pedes, ut rota Ixionis,
Volvebantur: ignitum vero in terram cadit cadaver.
Postquam autem vidit Adrastus Jovem inimicum exercitui,
Extra fossam reduxit Argivum exercitum.
Nostri vero vicissim dextrum Jovis signum
Videntes impulerunt curruum vehicula
Equites, graviter armati, et in media Argivorum arma
*Ruentes* commiserunt hastas. Omnia autem mala simul erant:
Moriebantur, cadebant ex suis curribus,
Rotæque saltabant axesque super axes,
Et cadavera cadaveribus cumulabantur simul.
Prohibuimus igitur eversionem turrium terræ hujus
Hodie: an vero felix
Futura sit in posterum hæc urbs, Diis hoc erit curæ:
[Et nunc quidem illam servavit deorum quidam.]
CHO. Pulchrum est vincere: si vero dii melius
Habuerint consilium, ego felix essem.
JOC. Pulchre habent quæ sunt deorum et fortunæ:
Filii enim sunt salvi, et civitas evasit periculum.
Creon vero videtur mearum nuptiarum
Et horum malorum Œdipi pœnas luere infelix,
Filio privatus, urbi quidem feliciter,
Privatim vero acerbe. Sed narrato mihi deinceps,
Quid post hæc filii mei facere statuerint.
NUN. Omitte reliqua; semper enim huc usque es fortunata.
JOC. Hoc dixisti suspiciose; non est omittendum.
NUN. Quid vis majus habere, quam filios salvos?
JOC. An et in posterum prorsus sim futura felix audire *volo*.
NUN. Dimitte me: filius tuus est armigero destitutus.
JOC. Aliquod malum occultas et involvis tenebris.
Nequaquam dicam post bona tua, mala.
JOC. Nisi forte fugiens evaseris in aerem.
NUN. Heu, heu! quare me non sinis post lætum
Nuncium abire, sed vis me dicere mala?

Filii tui agitant facinora
Turpissima, singulari-pugna cernere separatim ab omni acie.
Etenim dixerunt Argivis et Thebanis
Palam, quæ nunquam dicere debebant, verba.
Eteoclesque stans ex celsa prior incœpit
Turri, jubens indicere silentium exercitui.
Dixit autem, O duces Græci soli,
Præstantissimique Græcorum, qui huc venistis,
Et vos cives Thebani, neque Polynicis gratia
Vendite animas, neque nostra causa.
Ego enim ipse hoc *vobis* periculum remittens,
Solus committam meo fratre certamen:
Et si quidem hunc occidero, solus administrabo domum,
Victus vero, huic tradam urbem.
Vos vero omittentes certamen in Argivum agrum
Redibitis, non relinquentes hic vitam.
(Thebanique populi satis est, qui jacet mortuus.)
Tantum dixit: tuus autem filius Polynices
Ex agmine celeriter procurrit, et laudavit *hoc* dictum.
Omnes vero fremitu applauserunt Argivi.
Cadmique populus, utpote hæc justa æstimantes.
His conditionibus sunt factæ induciæ, et in medio utriusque aciei loco
Jusjurandum dederunt duces se iis staturos esse.
Jamque occultabant corpus æneis armis
Duo juvenes senis Œdipi:
Amici vero ornabant, ducem, hujus terræ quidem
Principes Thebani, alterum vero principes Argivorum.
Steterunt autem fulgentes, nec mutaverunt colorem,
Insano impetu cupientes alter in alterum jaculari hastam.
Accedentes vero alii aliunde amici,
Animantes sermone, dicebant hæc:
Polynices, penes te est erigere Jovis statuam
Trophæi signum, et magnam gloriam parare Argis:
Eteoclem vero vicissim: nunc pro patria pugnas,
Nunc præclaræ victoriæ compos factus sceptrum *regni* tenes.
Hæc dicebant, hortantes ad pugnam.
Vates vero mactabant pecudes, et igneas acies
Rupturasque observabant, mobilitatem non coalescentem,
Summamque flammam, quæ duarum *rerum* significationes habet,
Victoriæ *scilicet* signum, et victorum.
Sed, si quod remedium, aut sapientem habes rationem,
Aut philtra incantationum, vade, cohibe liberos

A sævo certamine, quia periculum est magnum,
(Et præmia gravia alioqui lacrymæ tibi erunt:
Privatæ duobus filiis in hoc die.)
JOC. O filia, Antigone egredere ex ædibus:
Non in choreis neque in virginum cœtu
Nunc tibi procedit status fortunæ.
Sed viros optimos et fratres tuos,
Vergentes ad mortem, impedire te oportet,
Cum matre tua, ne mutuo concidant.
ANT. Quem, O mater quæ peperisti, novum horrorem
Amicis insonas ante has ædes?
JOC. O filia, perit vita tuorum fratrum.
ANT. Quomodo dicis? JOC. Constituti sunt in singulare certamen.
ANT. Heu mihi, quid dicis, mater? JOC. Non grata, sed sequere.
ANT. Quo virginali thalamo relicto? JOC. Ad exercitum.
ANT. Pudet me venire in turbam. JOC. Tuæ res non requirunt pudorem.
ANT. Quid igitur faciam? JOC. Solves dissidium fratrum.
ANT. Quomodo solvam, mater? JOC. Mecum procidens ad genua.
ANT. Præcede tu ad locum inter acies medium, non est cunctandum.
JOC. Festina, festina, O filia: quoniam, si præverto
Filios ante pugnam, mea vita erit in luce.
[Sin autem moreris, periimus, moriens]
Et cum ipsis mortuis mortua jacebo.
CHO. Heu heu heu heu (*str.*)
Tremens metu tremens pectus habeo:
Per meum vero corpus
Miseratio miseratio venit matris miseræ.
Duo filii uter nempe utrum cruentabit—
Hei mihi propter labores!
O Jupiter, O Tellus!
Cognatam cervicem, cognatum animum
Per clypeos, per cædes?
Misera ego, misera,
Quemnam igitur mortuum extinctum lugebo?
O terra, O terra, (*ant.*)
Geminæ feræ, sanguineæ animæ,
Hasta sortientes
Casus, casus hostiles mox cruentabuntur?
Miseri, quod unquam singularis prælii in cogitationem venerint!
Vociferatione barbara

Lugubrem sonum
Gratum mortuis cum lacrymis lugens edam.
Prope fortuna, prope cædem *est;*
Decernet *autem* ensis eventum.
Infelix infelix *est* cædes
Propter Furias. 1310
Sed enim Creontem video hunc huc tristem
Ad sedes venientem; missa faciam præsentes luctus.
CRE. Heu mihi, quid agam? an meipsum, an urbem
Lugeam lacrymans, quam undique habet nubes
Talis, ut per Acherontem jam eat?
Meus enim filius pro patria mortuus periit,
Nobile nomen consecutus, sed mihi molestum:
Quem modo rupibus ex draconteis sublatum
Propria cæde confectum miser tuli in manibus,
Vociferatur autem domus tota: ego vero venio vocaturus
Senex sororem anum Jocastam, ut 1321
Lavet et componat filium meum qui non vivit amplius.
Mortuis enim oportet non mortuum
Honores dando, pie colere Deum subterraneum.
CHO. Tua soror egressa est ex ædibus, O Creon,
Puellaque matris Antigone communi gressu.
CRE. Quo, et ob quam calamitatem? significa mihi.
CHO. Audivit filios singulari certamine esse
Ad pugnam venturos pro regia domo.
CRE. Quomodo dicis? ego, cadaver mei filii curans, 1330
Non veni huc, ut hoc etiam scirem.
CHO. At abiit soror tua jamdudum:
Existimo autem certamen de vita, Creon,
Jam commissum esse filiis Œdipi.
CRE. Hei mihi, video quidem signum hoc,
Tristem oculum et vultum nuncii
Venientis, qui omnem nunciabit rem gestam.
NUN. O miser ego, quem dicam sermonem, aut quæ lamenta?
Periimus! CRE. Non speciosis proœmiis inchoas orationem.
NUN. Heu me miserum, iterum clamo: magna enim fero mala.
CRE. Præter ea mala quæ acciderunt? quid dicis? 1341
NUN. Filii sororis non sunt in luce amplius.
CRE. Heu, heu,
Magnos dolores sonas mihi et urbi.
NUN. O domus Œdipi audis hæc,
De filiis extinctis simili clade?
CHO. Ut etiam lacrymaretur, si sensum haberet.
CRE. Heu calamitatem miserrimam,
Heu mala miser: O infelix ego.

NUN. Si scires mala, quæ præter hæc acciderunt.
CRE. Et quomodo possent accidere istis tristiora?
NUN. Mortua est soror tua cum duobus filiis.
CHO. Edite, edite luctum,
Et candidarum manuum planctus supra caput.
CRE. O misera Jocasta, qualem finem vitæ
Et nuptiarum tuarum et ænigmatis sphingis sustinuisti.
Quomodo vero facta est cædes geminorum filiorum,
Et certamen ortum ex diris Œdipi? dic mihi.
NUN. Successus quidem secundos urbis nostræ ante mœnia
Scis: non enim ita procul sunt ambitus murorum,
Ut non scias omnia quæ ibi geruntur.
Postquam igitur armaverunt corpus ferreis armis
Senis Œdipi adolescentes,
Steterunt venientes in locum medium inter acies,
[Duo reges, et duo imperatores,]
Quasi in certamen et singularis pugnam hastæ,
Spectans autem versus Argos, emisit Polynices preces:
O veneranda Juno,—tuus enim sum, postquam nuptiis
Adjunxi *mihi* Adrasti filiam, et *illius* habito terram,—
Da mihi occidere fratrem, et contrariam meam
Dextram cruentare victricem.
[Turpissimam peto coronam, *videlicet* ut interficiam fratrem.
Et multis obortæ sunt lacrymæ, mœrore calamitatis,
Intuebanturque se mutuo obvertentes pupillas.]
Eteocles vero Palladis armatus aureo scuto
Respiciens ad ædem precatus est: O filia Jovis,
Da ut hastam victricem ex manu
In pectus fratris ab hoc brachio jaculer,
(Et interficiam eum, qui venit eversioni patriam daturus.)
Postquam autem missus est, ut fax, Tyrrhenicæ
Tubæ sonitus, signum cruentæ pugnæ,
Prosilierunt contra se mutuo atroci cursu:
Et sicut apri acuentes sævas maxillas,
Commiserunt pugnam, madidi genas spuma:
Impetum autem faciebant hastis; sed sedebant sub clypeis rotundis,
Ut ferrum excideret frustra.
Si vero alter oculum *alterius* eminentem supra clypeum vidisset,
Vibrabat hastam versus os, volens occupare.
Sed scite admovebant clypeorum foraminibus
Oculos, ut esset otiosa hasta.
Plus vero spectantibus stillabat sudoris,
Quam agentibus, propter metum amicorum.

Eteocles autem, pede subjectum saxum
Vestigio transferens, membrum extra clypeum
Ponit: Polynices vero occurrit hasta,
Plagam ferro traditam conspicatus,
Tibiamque transegit Argivam hastam;
Totus autem exercitus Græcus exclamavit.
Et in hoc labore nudum humerum videns,
Prius vulneratus, per pectus Polynicis vi
Transegit hastam, et reddidit voluptatem
Cadmi civibus, sed fregit summam hastam.
Veniens autem ad inopiam hastæ, in crus retro
Cedit, et correptum jecit marmoreum saxum,
Et contudit medium telum. Jam vero Mars æqualis
Erat, amborum manibus privatis hasta.
Postea vero, manubria corripientes gladiorum
Congressi sunt cominus, committentes autem clypeos
Habebant magnum pugnæ tumultum se invicem circumeuntes.
Et forte reputans Eteocles, Thessalicum
Usurpavit commentum ob ejus terræ consuetudinem.
Omittens enim præsentem laborem,
Sinistrum quidem pedem retro refert,
Ante ventris recessui cavens:
Protendens vero dextrum pedem per umbilicum
Demisit ensem, egitque ad spinæ vertebras.
Simul autem flectens latera et ventrem miser
Polynices cum sanguineis guttis cadit.
Hic vero tanquam vincens jam, et victor pugna,
Abjiciens gladium in terram, spoliabat eum,
Non habens mentem ad illum, sed illic *i. e. ad spolia.*
Quod et fefellit eum: adhuc enim exiguum quiddam spirans,
Servans ensem in tristi casu,
Vix quidem, extendit tamen ensem in hepar
Eteoclis, Polynices qui prius lapsus erat.
Terram autem mordicus apprehendentes alter prope alterum
Cadunt ambo, nec discreverunt victoriam.
CRE. Heu, heu, quantum gemo mala tua, Œdipe.
Tuas autem execrationes videtur impleturus esse Deus.
NUN. Audi nunc etiam, quæ præter hæc acciderunt mala.
Quando filii lapsi relinquebant jam vitam,
Tunc mater misera accedit,
(Cum filia virgine, et celeri gressu.)
Videns autem vulneratos letali cæde
Ejulavit: O filii, tarda auxiliatrix

Adsum. Advoluta autem per vices filios
Deplorabat, lugebat magnum laborem suorum uberum
Gemens, et soror *eorum* comes matris simul:
O nutricii senectutis matris, O mearum nuptiarum
Proditores fratres charissimi. Ex pectore autem
Flatum emittens difficilem rex Eteocles
Audivit matrem, et porrigens humidam manum,
Vocem quidem non edidit, sed ex oculis
Salutavit eam lacrymis, ut significaret amorem.
Unus vero adhuc spirabat, intuensque sororem,
Et anum matrem Polynices hæc dixit:
Periimus, O mater: miseret me vero tui
Et sororis hujus, et fratris mortui.
Amicus enim hostis factus est, sed tamen amicus est.
Sepelias vero me, O mater, et tu, soror,
In terra patria, et urbem iratam
Placate, ut eatenus *saltem* consequar
Terram patriam, etsi regnum perdidi.
Compone vero palpebras meas tua manu,
O mater—ponit autem eam simul ipse ad oculos suos—
Et valete: jam enim circundant me tenebræ.
Ambo autem simul exhalaverunt miseram vitam.
Mater vero, postquam vidit hanc calamitatem,
Vehementer dolens rapuit gladium e cadavere,
Et fecit atrocia: nam per medium guttur
Adigit ferrum, inter vero suos charissimos
Mortua jacet, complexa utrumque manibus.
Surrexit autem erectus exercitus in contentionem sermonum,
Nos quidem, quasi vicisset dominus meus,
Illi vero, quasi alter, erat autem contentio inter duces,
Illi enim, Polynicem prius feriisse hasta dicebant,
Hi vero, quod utroque mortuo nusquam victoria esset.
[Interea vero recessit Antigone seorsim ab exercitu,]
Isti vero ad arma ruerunt: bene autem quadam providentia
Consederat Thebanus exercitus in clypeis:
Et antevertimus nondum armis septum
Argivum exercitum, irruentes subito.
Et nullus *impetum nostrum* sustinuit: compleverunt autem campos
Fugientes, fluebat autem sanguis immensus cadaverum,
Cadentium hastis. Ut autem vicimus pugna,
Alii quidem statuerunt trophæum Jovis statuam,
Alii vero exuentes clypeos Argivorum cadaverum,
Spolia intra urbem misimus.

Alii vero cum Antigone mortua
Cadavera ferunt huc, ut lugeant amici.
Urbi vero hæc quidem certamina felicissima
Huic evenerunt, alia vero infelicissima.
CHO. Non ad aures amplius calamitas
Domus venit: licet enim videre
Cadavera mortuorum trium jam
Hæc ante atria, qui communi morte
Consecuti sunt obscurum ævum.
ANT. Non prætendens
Cincinnatis delicata genis,
Nec a virginitate subpalpebralem
Purpuram, ruborem vultus,
Verita feror Baccha Inferorum,
Redimicula rejiciens a mea coma,
Remittens croceam pallam ad pectus laniandum,
Pompæ dux mortuis luctuosa.
Heu! heu! hei mihi mihi!
O Polynices, profecto respondisti tuo nomini.
Hei mihi mihi, Thebæ!
Tua enim lis, non lis, sed cæde cædes
Perdidit domum Œdipi perfecta
Sanguine diro, sanguine tristi.
Quem accentorem,
Aut quem poeticum gemitum ad
Lacrymas, lacrymas, O domus, O domus,
Arcessam,
Ferens hæc tria cruenta cognata cadavera,
Matrem et filios, gaudia Erinnyis?
Quæ domum Œdipi prorsus perdidit,
Quando sævæ et perplexæ subtile carmen intellexit
Sphingis cantatricis interficiens corpus.
Hei mihi, pater!
Quæ Græcia, quis barbarus, aut
Quis superiorum nobilium
Alius sustinuit tot mala
Generis humani
Tales luctus manifestos, O misera
Ut te ploro. Quæ a-
vis aut quercus aut abietis
Summis in ramis
Sedens privatæ ma-
tre (ejulatibus) meis luctibus côncentrix?
Ælinon lamentationibus quæ
Hisce prælugeo solitariam vi-
tam actura om-

ne tempus in stillantibus lacrymis.
* * * clamabone?
Ad quem primum a comæ
Laceratione primitias jacio?
An matris (meæ) ad gemi-
na ubera lactis
An ad fratrum
Perniciosa vulnera duorum?
Heu! Relinque tuam domum,
Efferens cæcum oculum, O pater
Senex, ostende, O Œdipe,
Tuam miseram vitam, qui intra
Domum conjiciens caliginosas tenebras in tuos oculos trahis longam vitam.
Audisne, O in domo vagans senilem pedem miser
In cubili fovens?
ŒD. Quare me, O filia, fulcimentis cæci pedis eduxisti in lucem
Manentem in lecto ex thalamis tenebricosis
Maxime miserandis lacrymis,
Canum et obscurum ætheris simulachrum, aut
Mortuum subterraneum aut
Volucre somnium?
ANT. Miserum nuntii sermonem feres,
O pater, non amplius tibi filii vident
Lucem, neque conjunx, juxta baculis
Quæ pedem tuum cæcum et ministeriis semper laborabat,
O pater, heu mihi.
ŒD. Hei mihi *ob* mea mala!
Præsto est enim gemere hæc, vociferari.
Tres animæ quo fato,
Quomodo reliquerunt vitam? O filia, loquere.
ANT. Non exprobrandi causa, nec insultatione,
Sed cum dolore dico; tuus Genius malus
Gravis gladiis
Et igne et sævis pugnis in filios irruit tuos,
O pater, hei mihi!
ŒD. Eheu eheu— ANT. Quidnam hæc ploras?
ŒD. Liberi! ANT. Vere doleres,
Si intuens currus quadrijugos
Solis, hæc corpora mortuorum
Oculorum tuorum acie considerares.
ŒD. Meorum quidem liberorum manifestum est malum:
Sed misera conjux quonam fato periit, O filia?
ANT. Lacrymas lugubres manifestas omnibus faciens,

Filiis mammas ferebat efferebat supplex *mater* supplices exerens.
Invenit autem filios ad portam Electram
In prato ubi nascitur lotus hastis
Communem Martem
Mater, ceu leones contubernales,
Pugnando committentes, in vulneribus sanguinis,
Jam frigidam libationem cruentam,
Quam Pluto *quidem* sortitus erat, præbuerat vero Mars.
Æneum autem accipiens a mortuis ensem intus
Misit in suum corpus, telo vero filiorum cecidit juxta filios.
Omnes autem hoc die congregavit,
Nostræ domui dolores Deus, O pater, quicunque hæc machinatur.
CHO. Multorum malorum initium fuit Œdipi domui
Hic dies: utinam autem *posthac* sit felicior vita.
CRE. Luctuum quidem jam finem facite, quia tempus *est* sepulturæ
Meminisse: hæc vero, Œdipe, verba
Audi. Principatum hujus terræ dedit mihi
Eteocles filius tuus, dans dotem nuptiarum
Hæmoni, et conjugium filiæ tuæ Antigones.
Non igitur sinam te hanc terram amplius incolere:
Clare enim dixit Tiresias, nunquam,
Te in hac terra habitante, bene acturam urbem:
Quare abi. Hæc vero non dico tibi per contumeliam,
Neque tuus existens inimicus, sed propter malum genium
Tuum timens, ne terra aliquid mali patiatur.
ŒD. O fatum, quam me ab initio genuisti miserum
Et infelicem, si quis alius hominum fuit:
Quem, priusquam venirem ex conceptu materno in lucem,
Nondum genitum me Apollo Laio vaticinatus est
Homicidam fore patris, O miserum me!
Postquam vero natus sum, statim pater, qui me seminavit
Interfici me jubet, existimans me sibi hostem natum esse;
Oportebat enim eum interfici a me: mittit autem me
Desiderantem ubera prædam feris infelicem;
Ubi servatus sum. Utinam vero Tartari
Venisset in profundos hiatus Cithæron,
Qui me non perdidit: sed servire me
Dedit fortuna apud Polybum dominum.
Deinde cum interfecissem meum patrem infelix ego,
In matris veni miseræ lectum,
Filiosque fratres genui, quos perdidi,

Accipiens imprecationes a Laio, et dans liberis.
Non enim tam stultus ego natus sum,
Ut in meos oculos inque meorum filiorum vitam
Sine deorum aliquo hæc comminiscerer.
Sint illa: quid faciam igitur O infelix ego?
Quis comitabitur me dux cæci pedis?
Hæcne quæ mortua est? vivens enim satis scio *fecisset*.
At beatum jugum filiorum? sed non sunt *amplius* mihi.
Verum ipse adhuc juvenis inveniam mihi cibum?
Undè? quare me funditus sic occidis, O Creon?
Occides enim, si me ex *hoc* agro ejicias.
Non tamen, admovens manus ad tuum genu
Timidus videbor: nam meam pristinam generositatem
Non prodam, neque quamvis rem geram male.
CRE. Tibi recte dictum, quod nolis genua mea amplecti,
Ego vero non sinam te habitare *hanc* terram.
Horum vero mortuorum alterum quidem domum oportet
Jam portare, alterum vero, qui eversurus urbem
Patriam cum armis venit, Polynicis cadaver,
Ejicite insepultum extra fines hujus terræ.
Promulgabuntur autem hæc omnibus Thebanis,
Quicunque deprebensus fuerit hunc mortuum aut coronans
Aut terra tegens, morte luet:
(Relinquere autem indeploratum et insepultum, volucribus prædam.)
Tu vero relinquens luctus trium cadaverum,
Recipe te ipsam, Antigone, intra ædes,
Et virginis morem cole diem proximum
Expectans, in qua te expectat lectus Hæmonis.
ANT. O pater, in quantis sumus miseri malis!
Quam te gemo plus quam mortuos!
Non enim pars quidem malorum tibi gravis est, pars vero non gravis,
Sed in omnibus infelix es, pater.
At te interrogo novum tyrannum,
(Quid hunc contumelia afficis patrem expellens terra?)
Quare facis leges de misero mortuo?
CRE. Est Eteoclis sententia hæc, non mea.
ANT. Stulta est, et tu stultus, qui obtemperas istis.
CRE. Quomodo? non est justum exequi mandata?
ANT. Non, si quidem mala sunt, et male dicta.
CRE. Quid vero? non juste hic canibus dabitur?
ANT. Non legitimam enim pœnam exigitis ab eo.
CRE. Siquidem urbis hostis fuit, qui hostis esse non debuerat.

ANT. Annon dedit fortunæ fatum?
CRE. Et nunc sepultura pœnam det.
ANT. Quo peccato commisso, si *suam* Regni partem quæsivit?
CRE. Insepultus erit hic vir, ut scias.
ANT. Ego vero eum sepeliam, etiam si prohibeat urbs.
CRE. Teipsum ergo sepelies cum hoc cadavere.
ANT. At gloriosum *est* profecto duos amicos jacere simul.
CRE. Prehendite hanc, et portate domum.
ANT. Nequaquam, non enim relinquam hoc cadaver.
CRE. Decrevit Deus, O virgo, non quæ tibi videntur.
ANT. Et illud decretum est; non esse contumelia afficiendos mortuos.
CRE. At nullus circa hunc ponet mollem pulverem.
ANT. Quin te, Creon, per matrem hanc Jocasten—
CRE. Inutiliter laboras; non enim consequeris hæc.
ANT. Tu vero saltem cadaver aqua lavare me sine.
CRE. Unum hoc fuerit prohibitorum urbi.
ANT. Sine saltem, ut circa sæva vulnera fascias ponam.
CRE. Nullo modo tu istum honorabis mortuum.
ANT. O charissime frater, saltem os tuum labris applicitis exosculabor.
CRE. Nec adsciscas calamitatem luctu nuptiis tuis.
ANT. An unquam igitur vivens nubam filio tuo?
CRE. Multa necessitas *incumbit:* quo enim effugies nuptias?
ANT. Nox igitur illa habebit me Danaidum unam.
CRE. Vidistine facinus, quam superbe sit minata?
ANT. Testis sit ferrum, et gladius adjuratus mihi.
CRE. Quare vero cupis liberari ab his nuptiis?
ANT. Fugiam una cum miserrimo hoc patre.
CRE. Generosus animus tibi, et præterea stultitia quædam inest.
ANT. Etiam una moriar, ut scias amplius.
CRE. I, non occides filium meum: linque terram.
ŒD. O filia, laudo quidem te propter tuam promptitudinem.
ANT. Sed si nuberem, et tu solus fugeres, pater—
ŒD. Mane felix, ego mea feram patienter mala.
ANT. Quis vero te cæcum curabit, pater?
ŒD. Cadens, ubicunque mihi fatum est, jacebo in campo.
ANT. Ubi autem Œdipus ille, et inclyta ænigmata?
ŒD. Periit: una dies me beavit, et una me perdidit.
ANT. Oportet ergo et me participem fieri tuorum malorum.
ŒD. Turpe est exilium filiæ cum cæco patre.
ANT. Modestæ quidem non *est turpe*, sed honestum, pater.
ŒD. Adducito igitur me, ut attingam matrem tuam.
ANT. Ecce; tange manu charissima anum.
ŒD. O mater, O conjux miserrima.
ANT. Miseranda jacet, habens simul omnia mala.

ŒD. Ubi vero est cadaver Eteoclis et Polynicis?
ANT. Illi duo porrectim tibi jacent juxta se invicem.
ŒD. Appone cæcam manum super vultus infelices.
ANT. Ecce, tange manu tuos mortuos liberos.
ŒD. O chara cadavera, *et* misera miseri patris.
ANT. O charissimum sane nomen Polynicis mihi.
ŒD. Nunc oraculum Apollinis, O filia, perficitur.
ANT. Quod? an dices alia mala præter hæc?
ŒD. Me Athenis moriturum esse exulem.
ANT. Ubinam? quænam te turris Attica recipiet?
ŒD. Sacer Colonus, domus equestris dei.
Sed age, servito huic cæco patri,
Siquidem cupis esse socia hujus exilii.
ANT. Vade in exilium miserum,
Præbe charam manum,
O pater senex, motricem
Me habens, sicut ventum naves-impellentem.
ŒD. Ecce, vado, filia,
Tu sis mea dux misera.
ANT. Sumus sumus miserrimæ
Utique inter omnes Thebanas virgines.
ŒD. Ubi ponam senile vestigium pedis?
Porrige mihi baculum, filia.
ANT. Huc, huc vade mihi,
Huc, huc pone pedem, O pater,
Habens vires, sicut somnium.
ŒD. Heu, heu, miserrimam
Fugam! exulare senem me ex patria!
Heu, heu, atrocia atrocia ego passus sum!
ANT. Quid sustines? quid sustines? non aspicit Justitia malos,
Neque compensat mortalium imprudentiam.
ŒD. Ego sum, musam qui ad Victri-
cem cælestem ascendi
Virginis Sphingis
Ænigma obscurum postquam solvissem.
ANT. Quid Sphingis refers gloriam?
Desine pristinam felicitatem narrare.
Hæ expectabant te miseræ calamitates
Exulem ex patria factum,
O pater, inopiam forte pati.
Lacrymas teneras charis
Virginibus relinquens sequor
Procul a patria terra
Non more virginum errans.
ŒD. O mentem bonam!
ANT. Circa patris calamitates

Nobilem me faciet:
Misera vero ego propter tuas et fratris contumelias,
Qui mortuus periit insepultus extra *paternas* ædes,
Miser! quem, etiamsi me mori oportet, pater,
Tenebricosa terra tegam.
ŒD. Vade ad tuas sodales.
ANT. Abunde lamentationum mihi.
ŒD. Tu vero preces circa aras funde.
ANT. Habent saturitatem meorum malorum.
ŒD. Vade saltem, ubi *est* Bromius sacel-
lumque inaccessum in montibus Mænadis.
ANT. An cui Thebanam cervi pellem indu-
ta ego quondam Semeles
In montibus saltavi sacrum tripudium,
Beneficium ingratum in Deos conferens?
ŒD. O patriæ inclyti cives, videte, *sum* Œdipus ille,
Qui solvi inclyta ænigmata, et vir fui maximus:
Qui solus compescui tyrannidem Sphingis cruentæ,
Nunc ignominia affectus idem, miser, expellor ex terra.
Sed quid hæc gemo, et frustra deploro?
Fatales enim casus oportet ferre mortalem.
CHO. O valde clara Victoria, meam
Vitam teneas,
Nec *unquam* cesses me coronans.

# EURIPIDIS

## MEDÆA

## DRAMATIS PERSONÆ.

NUTRIX.

PÆDAGOGUS.

MEDÆA.

CHORUS MULIERUM.

CREON.

JASON.

ÆGEUS.

NUNTIUS.

FILII MEDÆÆ.

# EURIPIDIS

## MEDÆA.

NUT. UTINAM navis Argo non volasset per
Cyaneas Symplegadas in terram Colchicam,
Neque in saltibus Pelii cecidisset unquam
Secta pinus, neque manus remigassent
Virorum præstantissimorum, qui aureum vellus
Allatum Peliæ iverunt: neque enim mea domina
Medæa navigasset ad turres agri Iolcii,
Animum perculsa amore Jasonis:
Neque persuadens filios Peliæ ut interficerent
Patrem, inhabitaret hanc terram Corinthiam
Cum viro et liberis, placens quidem
Indole civibus ad quorum terram pervenit,
Et ipsa Jasoni concorditer agens in omni re:
Quæ maxima salus est,
Quando conjux a marito non dissidet.
Nunc vero omnia *sunt* inimica, et male se habent charissima:
Nam proditis suis liberis meaque domina,
Jason cubat cum nuptiis regiis,
Ducta Creontis filia, qui princeps est *hujus* terræ.
Medæa vero infelix, contumelia affecta
Clamat jusjurandum, invocat et dexteras *datas*,
Maximam fidem, et Deos testatur,
Qualem gratiam relatam consequatur ex Jasone.
Jacet autem sine cibo, subjiciens corpus doloribus,
Omni tempore contabefaciens corpus lachrymis,
Postquam animadvertit se injuria affectam a viro,
Neque oculos tollens, neque avertens a terra
Faciem: sed ut saxum, aut marinus
Fluctus audit monitus amicorum:
Nisi quando vertens candidam cervicem

Ipsa apud sese deploraverit patrem carum
Et terram et ædes, quibus relictis venit *huc*
Cum marito, qui nunc contumelia-affecit eam.
Et misera agnovit ob ipsam calamitatem,
Quale *sit* non deserere terram patriam.
Odit autem liberos, neque lætatur aspiciens.
Metuo vero ipsam, ne quid novi moliatur:
Nam animus *ejus est* vehemens, nec sustinebit mala
Pati: ego novi eam, metuo autem eam,
Ne acutum transigat gladium per hepar,
Clam ingressa domum, ubi stratus est lectus,
Aut etiam occidat regem et hunc, qui duxit uxorem,
Deinde vero majorem aliquam cladem accipiat:
Est enim vehemens: non facile exercens
Cum ea odium aliquis præclaram victoriam auferet.
Sed isti pueri cessantes a curriculis
Veniunt nihil cogitantes de matris
Malis: nam puerilis animus non solet dolere.
PÆD. Antiquum mancipium domus meæ dominæ,
Quid ad portas hanc agens solitudinem
Stas, ipsa tibi recensens mala?
Quomodo sine te sola Medæa relinqui vult?
NUT. O senex, comes liberorum Jasonis,
Fidelibus ministris calamitati sunt dominorum
Res adversæ, et angunt *ipsorum* animos.
Ego enim eo perveni doloris,
Ut mihi venerit desiderium terræ et cœlo
Dicere calamitates dominæ, (*meæ*,) egredienti huc.
PÆD. Nondum ergo cessat a luctu misera?
NUT. Laudo te: malum inchoatum est, nondum est in medio.
PÆD. O stultus, si licet hoc dicere dè dominis:
Ut nihil novit de recentioribus malis.
NUT. Quid vero est, O senex? ne graveris dicere.
PÆD. Nihil; pœnitet me et priora dixisse.
NUT. Ne celes conservam tuam, per barbam:
Nam reticebo ea, si opus erit.
PÆD. Audivi quendam dicentem, cum non viderer audire,
Accedens ad locum ubi luditur calculis, ubi natu grandes
Sedent, ad sacram aquam Pirenes,
Quod liberos hos e terra Corinthia ejicere
Velit cum matre dominus hujus terræ
Creon. Hic tamen sermo an verus sit,
Haud scio: equidem vellem hoc non sic esse.
NUT. Et patietur Jason hæc liberis *suis*
Accidere, etiam si cum matre dissidium habeat?
PÆD. Veteres novis cedunt affinitatibus,

Et ille non est amicus his ædibus.
NUT. Actum est igitur de nobis, si addamus malum
Novum veteri, priusquam illud exhaustum sit.
PÆD. At tu,—non enim commodum est hæc scire
Dominam,—quiesce et retice hos sermones.
NUT. O liberi, auditisne qualis in vos sit pater?
Non precor quidem ut pereat: est enim dominus meus:
Sed tamen impius in amicos invenitur.
PÆD. Quis vero mortalium non? jam ne non novisti hoc,
Quod quisque se ipsum magis quam proximum amet,
Alii quidem juste, alii vero etiam quæstus gratia,
*Quid mirum igitur* si hos etiam *novi* connubii causa non diligat pater?
NUT. Ite,—intra domum, liberi, bene enim erit.
Tuque tene hos quam longissime abductos,
Neque adducas ad matrem mœstam.
Nam jam vidi eam oculos efferatam
In hos, ut aliquid parare cupientem: neque desistet
Ab ira, bene scio, priusquam fulmine feriat aliquem.
Utinam tamen inimicis, non amicis aliquid faciat.
ME. Infelix ego et ærumnosa propter labores,
Heu me, me, quomodo peream?
NUT. Hoc illud est, chari liberi: mater
Movet cor, movetque bilem.
Festinate celeriter intra sedes,
Neque veniatis proprius in conspectum,
Nec accedatis, sed cavete
Sævum impetum, et horribilem naturam
Animi contumacis.
Ite jam, procedite quam celerrime intro.
Certum enim *est indicium* ab initio sublata
Nubes ejulatus, quod mox incandescet
Majori furore: quid tandem faciet
Iracundus, et implacabilis
Animus, malis punctus?
MED. Heu heu heu heu—
Passa sum misera, passa sum quæ magnis
Digna sunt lamentis: O execrandi
Liberi funestæ matris pereatis
Cum patre, et tota domus pereat.
NUT. Heu me me! heu *me* miseram!
Quid vero tibi filii patris peccata
Participant? cur hos odisti? hei mihi,
Liberi, quam metuo, ne quid vobis accidat!
Sævi *sunt* tyrannorum spiritus, et quodammodo
In paucis coerciti, pleraque obtinentes,

Difficulter iras animo mutato, deponunt.
Nam assuefactum esse ad vivendum moderate
Melius: mihi saltem, si non magnifice,
Tuto liceat consenescere.
Nam, ut hoc primum dicam mediocrium
Nomen vincit, et usu longe
Optima sunt hominibus: sed immoderata
Nullo tempore hominibus timoris expertia sunt:
Et majores calamitates, quando irascatur
Deus familiæ rependit.

CHO. Audivi vocem, audivique clamorem
Infelicis Colchidis.
Nec adhuc *est* placata? Sed, O vetula,
Dicito: nam ad fores medias intra
Domum clamorem audivi.
Neque delector, O mulier,
Luctibus domus,
Quia non grata sunt ea, quæ acta sunt.

NUT. Non sunt ædes: evanuerunt hæc jam.
Jasonem enim tenet, domus principum,
Medæa vero tabefacit vitam in thalamis
Domina, nullius amicorum quicquam
Verbis lenita animum.

MED. Heu heu: utinam flamma cœlestis per meum caput
Eat! Quid enim mihi boni est amplius vivere?
Heu, heu: morte dissolvar,
Relicta odiosa vita.

CHO. Audivisti, O Jupiter, et terra et lux, (*strophe.*)
Vocem, qualem infelix
Canit sponsa?
Quænam tibi insatiabilis
Thori cupiditas, O stulta,
Accelerabit mortis finem?
Ne hoc preceris.
Quod si tuus maritus
Colit novum lectum,
Illi ne ob hoc succenseas:
Jupiter hæc ulciscetur pro te.
Ne nimis tabefacias teipsam,
Plorans tuum maritum.

MED. O magna Themis et reverenda Diana,
Videtis, quæ patior, quæ magno juramento
Obligavi execrandum
Maritum? Quem utinam aliquando et sponsam videam
In ædibus discerptos,
Qui me prius audent injuria afficere.

O pater, O civitas, a quibus discessi
Turpiter, occiso meo fratre.
NUT. Auditis quæ dicit, et ut invocat
Themidem invocari solitam, et Jovem, qui juramentorum
Custos hominibus existimatur?
Non fieri potest ut in aliqua parva re
Domina iram sedabit.
CHO. Quomodo in conspectum nostrum (*ant.*)
Veniat, et dictorum verborum
Vocem accipiat,
Si forte acerbam iram
Et impetum animi remittat?
Meum certe studium non
Desit amicis.
Sed vade, eam
Huc adducito domum
Extra, chara, et hæc dicito:
Propera, priusquam aliquid mali faciat *iis*,
Qui intus sunt: luctus
Enim hic valde augetur.
NUT. Faciam hæc: sed metuo, an persuadeam
Dominam meam:
Laboris tamen gratiam hanc *vobis* largiar.
Quanquam leænæ quæ recens peperit, aspectus
Efferatur in famulos, quum quis
Accedit prope collocuturus.
Stultos autem dicens et insipientes
Homines qui ante nos fuerunt, non erraveris,
Qui hymnos in festivitatibus
Et conviviis et cœnis
Invenerunt, vitæ jucundas auditu voluptates:
Sed nemo hominum horribiles mœrores
Invenit musica et vario nervorum
Cantu sedare, ex quibus cædes
Et graves casus evertunt domos.
Atqui his maxima utilitas esset mederi
Homines cantu: ubi vero sunt læta
Convivia, quid frustra intendunt vocem?
Præsens enim præbet voluptatem per se
Convivii abundantia mortalibus.
CHO. Audivi clamorem cum multis gemitibus lamentationum, (*epod.*)
Miseros vero et tristes dolores clamat
In connubii proditorem malumque sponsum:
Invocat autem Deos injuriis affecta
Et Themidem filiam Jovis, quæ est custos juris jurandi,

Quæ ipsam duxit
In Græciam ex adverso sitam
Per mare nocturnum ad salsa
Ponti claustra nunquam claudenda.
MED. Mulieres Corinthiæ, exivi e domo,
Ne quid reprehendatis me: novi enim multos homines
Qui clari fuerunt, alios quidem oculorum causa,
Alios vero ob externa: alii vero ex eo, quod quieverunt,
Comparaverunt sibi infamiam, et opinionem ignaviæ.
Justitia enim non inest in oculis hominum,
Quisquis, antequam hominis animum manifeste cognoverit,
Odit *semel* intuitus, nulla injuria affectus.
Oportet autem hospitem valde se accommodare civitati:
Neque laudo civem, qui contumax existens,
Amarus est civibus propter imperitiam.
Mihi vero hæc res præter spem contingens
Corrupit animum: perii vero, et vitæ
Voluptate omissa volo mori, amicæ.
In quo enim mihi erant omnia, probe nosti,
Pessimus *omnium* hominum evasit ille meus maritus.
Omnium autem, quæcunque sunt animata et mentem habent,
Nos mulieres sumus miserrima propago:
Quas primum oportet maximis opibus
Comparare maritum, dominumque corporis
Accipere: illo enim malo longe gravius malum,
Et in hoc maximum *est* periculum, aut malum accipere,
Aut bonum. Non enim honesta *sunt* divortia
Mulieribus, neque licet abdicare maritum.
Sed venientem ad novos mores et leges
Vatem esse oportet, quia per se *aliter* haud noverit,
Qualem maxime sit habitura virum.
Et si nobis hæc quidem peragentibus bene
Cohabitaverit maritus, non invitus ferens jugum,
Beata est vita: sin minus, satius est mori.
Vir vero, cum dolet propter res domesticas,
Foras egressus, sedat cordis ægritudinem,
Conversus aut ad aliquem amicum, aut coætaneum:
Sed nos oportet spectare ad unam animam.
Dicunt autem quod nos, periculorum immunem vitam
Vivamus domi, ipsi vero pugnent hasta,
Male sentientes: quia ter ad clypeum
Stare malim, quam semel parere.
Sed enim non eadem ad me et te pertinet oratio:
Tibi enim est hæc urbs et paterna domus
Vitæque commoditas, et amicorum communitas,

Ego vero deserta, et extorris afficior contumelia
A marito, ex agro barbaro abrepta,
Neque matrem, neque fratrem, neque cognatum
Habens, qui me in portum ducat hujus calamitatis.
Tantum igitur cupio a te consequi,
Si mihi via aliqua, et ratio inveniri possit,
Qua maritum jure ulciscar pro his malis,
Illumque, qui dedit ipsi *suam* filiam, et quam duxit,
Ut taceas. Nam mulier circa alia est plena timore
Ignavaque ad prælium, et ad intuendum ferrum:
Sed quando est injuria affecta in matrimonio,
Non est alia mens crudelior.
CHO. Faciam hæc: nam juste ulcisceris maritum,
Medæa. Non miror autem te lugere istam fortunam.
Sed video etiam Creontem, dominum hujus terræ,
Venientem, nuncium novorum consiliorum.
CR. Te torvam, et iratam maritor,
Medæam, jubeo exire ex hac terra
Extorrem, assumptis tecum duobus pueris,
Et nihil cunctari: quia ego autor edicti
Istius sum, neque redibo domum,
Priusquam ejecero te e finibus hujus terræ.
MED. Heu heu: prorsus misera perii.
Inimici enim expediunt jam omnem rudentem *adversus me*,
Neque est effugium commodum hujus mali.
Sed quanquam male tractor, tamen dicam,
Cur me, Creon, ejicis ex hac terra?
CR. Metuo te,—nihil opus est involvere sermones,—
Ne quod insanabile malum facias meæ filiæ.
Multa enim ad hunc metum conferunt:
Es callida et artifex multorum malorum,
Doles vero, quod orbata sit thalamo mariti tui:
Audio insuper te minari, ut mihi nunciant,
Et socero et sponso et nuptæ
Te aliquid facturam. Hæc igitur caveo, priusquam accidant.
Multo enim satius est mihi, mulier, nunc in odium tuum incurrere,
Quam emollitum postea valde gemere.
MED. Heu heu!
Non mihi nunc primum, sed sæpe, O Creon,
Nocuit existimatio et magna mala attulit.
Non oportet autem eum, qui sapiens est,
Liberos edocendos curare, ut nimium sint sapientes:
Præter enim aliam quam habent ignaviam,
Invidiam apud cives *sibi* conciliant odiosam.

Apud stultos enim proferens nova verba
Videberis inutilis, et non sapiens:
At contra illis qui videntur comptum aliquid scire
Præstantior si existimeris in civitate, molestus videberis.
Ego vero ipsa quoque particeps sum hujus fortunæ.
Nam cum sim sapiens, aliis quidem sum invisa,
(Aliis quidem placida, aliis vero moris diversi)
Aliis contra difficilis indolem: et sum non nimis sapiens.
Tu igitur metuis me ne quid mali tibi a me accidat.
Non sic res meæ se habent,—ne metuas me,—Creon,
Ut in viros principes delinquam.
Tu enim qua injuria me affecisti? elocasti filiam *ei*,
Cui te animus impulit. Sed meum maritum
Odi: tu autem, ut opinor, sapienter hæc fecisti.
Et nunc non invideo quod res tuæ præclare se habeant.
Despondete, bene sit vobis: sed jam in hac terra
Sinite me habitare: quamvis enim injuria simus affecti,
Tacebimus, a potentioribus victi.
CRE. Dicis auditu mollia, sed in animo,
Mihi est pavor, ne quid mali moliaris,
Et tanto minus, quam antea, confido tibi:
Nam mulier quæ cito irascitur, similiter et vir,
Facilius cavetur, quam taciturnus sapiens.
Proinde exi quam celerrime, ne facias multa verba:
Quia hoc decretum est, neque habes artem, ut
Apud nos maneas, cum sis mihi infensa.
MED. Ne per genua et filiam tuam recens nuptam.
CRE. Consumis verba: nunquam enim persuaseris me.
MED. Expelles igitur me, neque revereberis Litas *i. e. Preces?*
CRE. Non enim mihi charior es, mea domo.
MED. O patria, quam valde nunc tui recordor!
CRE. Præter liberos enim est mihi longe charissima.
MED. Heu, heu! quam magnum malum hominibus est amor.
CRE. Credo, ut tulerit fortuna.
MED. Jupiter, non lateat te is qui autor est horum malorum.
CRE. Vade, O vana, et libera me curis.
MED. Labor quidem est, sed nos nonne in labore versamur?
CRE. Cito extruderis violenter manu famulorum.
MED. Nequaquam ita, sed rogo te, Creon.
CRE. Negotium facesses, ut videris, O mulier.
MED. Fugiam: non hoc te rogo ut impetrem.
CRE. Quid igitur resistis, et non discedis e terra?
MED. Concede mihi, ut possim tantum hunc diem manere,
Et perficere deliberationem, qua fugiam,
Et viaticum meis liberis, quandoquidem pater
Nihil curat prospicere liberis.

Miserere igitur illos; nam et tu pater liberorum
Es: consentaneum autem est te habere benevolentiam.
Non enim de me sum sollicita, quod in exilium simus ituri,
Illos vero calamitate premi lugeo.

CRE. Animus meus minime est tyrannicus,
Sed verecundia victus multa perperam egi:
Et nunc video quidem me peccare, mulier,
Attamen consequeris hoc: sed prædico tibi,
Si te postera lux Dei viderit
Et liberos tuos intra fines hujus terræ,
Morieris: dictus est sermo hic non irritus.
Nunc igitur, si oportet *te* manere, mane ad unum diem:
Non enim facies aliquid mali eorum, quæ metuo.

CHO. (Infelix mulier,)
Heu heu! misera ob tuos dolores.
Quonam te vertes? quod hospitium,
Aut quam domum, terramve quæ liberet te his malis
Invenies?
Quam te Deus in difficilem tempestatem
Malorum duxit, Medæa.

MED. Ubique male mecum igitur: quis contradicet?
Sed non sic hæc abibunt, ne putetis.
Restant adhuc alia certamina novis sponsis,
Et non exigua mala soceris.
Putas enim me hunc blandis verbis compellaturum fuisse
unquam,
Nisi aliquid lucri captarem aut machinarer?
Neque *sane* allocuta essem, neque attigissem manibus.
Ille vero eo stultitiæ pervenit,
Ut, cum posset ipse evertere mea consilia
Si me ejecisset ex hac terra, concesserit hoc die
Me manere, quo tres ex meis inimicis mortuos
Dabo, patremque puellamque et meum maritum.
Sed cum habeam multas vias interficiendi eos,
Non scio, quam primum aggrediar, amicæ:
Utrum accendam domum sponsæ igni,
An adigam acutum ensem per hepar,
Clam ingressa domum, ubi lectus est stratus.
Sed unum est mihi contrarium: si deprehendar
Ingressa domum et moliens *ista*,
Morte mea risum præbebo meis inimicis.
Optimum est recta via ingredi, qua sumus
Potentes maxime, venenis eos necare.
Esto: et jam sint mortui: quæ me civitas excipiet?
Quis terram tuam et domum firmam
Præbens hospes proteget meum corpus?

Nemo est. Igitur manens adhuc exiguum tempus,
Siquidem aliqua turris tuta nobis apparuerit,
Aggrediar hanc cædem dolo et clam:
Si vero calamitas inevitabilis me exagitet,
Ego correpto gladio, etiamsi mihi moriendum sit,
Occidam eos, vado autem ad extremam audaciam.
Non enim, per dominam, quam ego colo
Omnium maxime et adjutricem elegi,
Hecaten, quæ habitat in penetralibus domus meæ,
Aliquis ex eis gaudens, dolore afficiet meum animum.
Ego autem faciam ipsis nuptias acerbas et tristes,
Et acerbam affinitatem et exilium meum ex hac terra.
Age vero: nulli arti eorum quæ scis, parcas,
Medæa, deliberans et machinans:
Vade ad atrox facinus: nunc est certamen audaciæ.
Vides quæ patiaris? non oportet te derideri
A genere Sisyphi, et nuptiis Jasonis,
Quæ nata es ex præstanti patre, et a Sole.
Et calles *aliquid*: præterea vero natura sumus
Nos mulieres, ad bona quidem ineptissimæ,
Malorum vero omnium artifices peritissimæ.

CHO. Sursum versus fluminum sacrorum vadunt fontes, (*str.* 1.)
Et jus et omnia retro vertuntur.
Viris quidem dolosa *sunt* consilia, deorum vero
Fides non amplius est rata.
Mea quidem vita ut habeat laudem,
Fama convertitur:
Honos venit muliebri generi:
Non amplius infausta fama mulieres premet.
Musæ vero priscorum concident carminum (*ant.* 1.)
Meam celebrantes perfidiam.
Neque enim in mentibus nostris lyræ
Divinum carmen dedit
Phœbus, dux carminum: quia vi-
cissim hymnum cecinissem
In genus masculinum: longa autem ætas habet
Multa de nostra virorumque sorte dicere.
Tu autem navigasti ex domo patria (*str.* 2.)
Furenti animo, gemina maris præteriens
Saxa: in peregrina vero
Terra habitas, vidui
Cubilis amisso lecto
Misera, exul vero ex terra
Ignominia affecta pelleris.
Abiit gratia jurisjurandi, neque amplius pudor (*ant.* 2.)
Manet in magna Græcia, evolavit autem in ætherem.

Tibi autem non est paterna domus,
O misera, ut ad eam iterum appellas
Ex miseriis hisce, conjugio
Quando regnum potentius
Domui supervenit.

JAS. Non nunc primum animadverti, sed sæpe,
Quod aspera ira sit intractabile malum.
Tibi enim cum liceret hanc terram et domum incolere,
Leviter ferenti potentiorum consilia,
Propter verba stulta ejicieris ex hac terra.
Et me quidem nihil movent: neque unquam desines
Dicere, quam malus vir sit Jason:
Ob ea vero quæ dixisti in dominos,
Putes magnum esse lucrum quod tantum exilio puniris.
Ego quidem semper regum iratorum
Iram abstuli, et volebam te manere:
Tu vero non remittis stultitiam, semper dicens
Convicia dominis: itaque expelleris ex hac terra.
Ego tamen ne propter hæc quidem defessus amicorum gratia
Venio, prospecturus equidem tibi, O mulier,
Ne inops cum liberis expellaris,
Neque indigens aliqua re. Exilium trahit multa
Mala secum: quamvis enim tu me oderis,
Non possum tibi male unquam velle.

MED. O pessime omnium,—hoc enim tibi possum dicere,
Lingua summum convicium in ignaviam,—
Venisti ad nos, venisti, qui es invisus
Diis et mihi, et universo humano generi?
Ista non est audacia, neque fortitudo,
Intueri coram amicos, quos injuria affeceris,
Sed gravissimus inter homines morborum
Omnium, impudentia: bene tamen fecisti quod veneris.
Ego enim levabor animo dicens
Tibi convicia, et tu dolebis audiens.
Sed ab iis quæ prima sunt primum incipiam dicere.
Servavi te, ut norunt quicunque Græcorum
Conscenderunt eandem navim Argo,
Missum ut regeres tauros spirantes flammas
Jugis, et seminares letalem segetem:
Et draconem, qui custodiens aureum vellus
Servabat multis voluminibus, ipse pervigil existens,
Occidens attuli tibi lucem salutarem.
Ipsa vero, prodito patre et domo mea,
Peliotem ad Iolcum veni
Tecum, promptior quam sapientior:

Et occidi Peliam eo genere mortis, quod est miserrimum,
Per ejus filias, omnemque tibi metum exemi.
His tamen beneficiis a me affectus, O pessime mortalium,
Prodidisti me, novosque tibi comparasti lectos,
Cum habeas liberos: si enim sine liberis adhuc fuisses,
Ignoscendum tibi esset quod hunc amasses lectum.
Sed evanida est fides jurisjurandi, neque possum scire,
An existimes Deos, qui tunc regnarunt non amplius regnare,
An vero putes nova jura constituta esse hominibus nunc,
Quia tibi conscius es te non servasse mihi fidem.
Hei dexteram manum, quam tu sæpe apprehendisti,
Et hæc genua mea, quam frustra sumus pollutæ
Ab improbo marito, et spe frustratæ sumus.
Age vero, colloquar enim tecum tanquam cum amico,
Existimans me nullum sane beneficium a te accepturam,
Veruntamen: nam interrogatus videberis turpior.
Quo me nunc vertam? an ad domum patris,
Quibus tibi proditis, et patria, *huc* veni?
An ad miseras filias Peliæ? scilicet illæ pulchre
Me reciperent in suas ædes, quarum patrem interfeci.
Sic enim se res habet: amicis quidem domesticis
Sum odiosa, quos vero mihi non oportebat male
Facere, eos, tibi gratificans, inimicos habeo.
Ergo multis Græcis me felicem haberi
Fecisti pro hisce beneficiis: egregium vero te
Et fidum maritum habeo infelix ego,
Si quidem fugiam expulsa ex hac terra,
Orbata amicis, sola cum solis liberis,
Præclara vero gloria *erit tibi* novo sponso,
Mendicos errare filios *tuos*, meque, quæ te servavi.
O Jupiter, quare auri quidem, quod sit adulterinum,
Clara signa hominibus dedisti,
Sed quo oporteat discerni malum virum,
Nullum ne signum inest corpori?

CHO. Gravis quædam ira et ægre sanabilis est,
Quando amici contentionem ineunt cum amicis.

JAS. Oportet me, non segnem esse in dicendo, ut videtur,
Sed, velut navis prudentem gubernatorem,
Summis oris veli subterfugere
Tuam effrænem, O mulier, loquacitatem.
Ego, postquam valde exaggeras tuum beneficium,
Existimo meæ navigationis Venerem
Servatricem esse solam inter homines deosque.
Tibi vero est mens subtilis sed invidiosa
Oratio tractari, quod Amor te coegerit

Sagittis inevitabilibus meum eripere corpus.
Sed non accurate nimis ista persequar:
Quatenus enim me juvisti, non male se res habet.
Atque servatione mei majora beneficia
Accepisti, quam dederis, quemadmodum ego jam dicam.
Primum quidem pro barbara terra in Græca
Terra habitas, et scis jus
Et legibus uti, non pro viribus agere:
Deinde omnes Græci senserunt te esse ingeniosam,
Et adepta ès gloriam: si vero in extremis terræ
Finibus habitares, nulla fieret mentio tui.
Mihi vero neque aurum sit domi,
Nec Orpheo carmen sonare pulchrius velim,
Nisi illustris mihi contingat fortuna.
Atque hæc quidem tibi de meis laboribus
Dixi,—certamen enim tu proposuisti verborum—
At quæ mihi de nuptiis regiis objecisti,
In hoc monstrabo primum quidem quod sim prudens,
Deinde temperans, denique tibi magnus amicus
Et meis liberis: sed mane quieta.
Postquam huc veni ex Iolcia terra,
Multa mecum trahens mala inextricabilia,
Quodnam consilium hoc melius potuissem invenire,
Quam ducere filiam regis, cum essem exul?
Non, quo angeris, odio quidem habens tuum conjugium,
Perculsusque desiderio novæ sponsæ,
Neque certatim numerosam sobolem procreare studens;—
Sufficiunt enim qui nati sunt, nec *ideo* conqueror:—
Sed quod maximum est, ut commode viveremus,
Neque inopia laboraremus, sciens quod
Pauperem omnes amici procul fugiunt,
Et ut liberos educarem, quemadmodum docet meam familiam,
Et gignens fratres liberis ex te *procreatis*
In unum genus committerem, et jungens genus
Beatius viverem. Tibi enim ecquid opus est liberis,
Et mihi conducit futuris liberis
Eos, qui vivunt, juvare. Male consultavi?
Ne tu quidem diceres hoc, nisi te angeret torus.
Sed eo venitis, ut, cum recte se habet
Conjugium, putetis vos mulieres omnia habere,
Quod si contra calamitas aliqua inciderit in conjugium,
Etiam ea quæ sunt optima et pulcherrima, inimicissima *vobis*
Ducitis. Oportebat autem homines aliunde
Gignere liberos, neque esse genus muliebre:

Sic enim homines nullum malum haberent.
CHO. Jason, pulchre tu quidem ornasti tuam causam:
Mihi tamen, etiamsi præter voluntatem *hoc* dicam,
Videris, quippe qui prodidisti tuam uxorem injuste fecisse.
MED. Profecto multum *a* multis dissentio mortalibus.
Mihi enim quisquis, injustus existens, *tamen* sapiens in dicendo
Est, maxima mulcta dignus videtur:
Nam cum glorietur, se dicendo posse ornare injustas causas,
Audet scelesta facere: non est autem admodum sapiens.
Sic et tu ne nunc apud me speciosus sis *verbis*,
Et dicendi peritus: unum enim verbum occidet te.
Oportuit te, siquidem non fecisti malo animo, me prius persuasa
Has nuptias contrahere, non autem clam amicis.
JAS. Præclare vero mihi hac in re tuam navasses operam,
Si tibi nuptias *istas ante* declarassem, quæ ne nunc quidem
Vis remittere magnam iracundiam animi.
MED. Non hoc te movit, sed barbara conjux
Non satis gloriosa tibi in senectute evadebat.
JAS. Hoc itaque probe scias, non propter mulierem
Me duxisse filiam Regis, quam nunc habeo,
Sed ut ante dixi, volens servare
Te, et meis liberis fratres
Regios gignere, propugnaculum domus.
MED. Ne contingat mihi locuples cum molestia vita,
Neque divitiæ, quæ meum animum angunt.
JAS. Nostin', quod contraria optabis, et sapientior eris?
Bona tibi nunquam visa fuisse molesta,
Nec cum felix fueris, infelicem te putasse.
MED. Insulta *mihi*, quandoquidem tibi quidem est refugium,
Ego vero deserta fugiam ex hac terra.
JAS. Tu ipsa hæc elegisti: nullum alium accusa.
MED. Quid faciens? num *alteri* nubens, aut prodens te?
JAS. Imprecationes regibus impias imprecans.
MED. Et diris devota sum in tuis ædibus.
JAS. Sed non litigabo tecum de his diutius.
Si vero vis pueris aut tibi exilii aliquod
Subsidium de mea pecunia accipere,
Dicito: quia sum paratus larga manu dare,
Et mittere hospitibus tesseras, ut tibi bene faciant.
Si hæc non vis stulta es, O mulier:
Desistens vero ab ira lucraberis meliora.

MED. Neque tuis hospitibus utemur,
Neque quicquam accipiemus, neque *quidquam* nobis des:
Improbi enim viri dona juvamen non habent.
JAS. Ego tamen testor deos,
Quod volo tibi liberisque omnia suppeditare:
Tibi vero non placent bona, sed cum contumacia
Amicos repellis; quamobrem dolebis magis.
MED. Vade: præ amore enim novæ sponsæ
Maceraris, tardans extra domum:
Duc eam: fortassis enim, cum Deo autem dicetur,
Eas celebrabis nuptias, quas tu ipse noles.
CHO. Amores quidem nimium immoderate (*str.* 1.)
Venientes non bonum nomen,
Neque laudem conciliant
Viris: si vero sufficienter veniat
Venus, non *est* alia Dea
Æque grata.
Nunquam, O domina *Venus*, adversus me
Emittas ex aureis arcubus
Perungens desiderio, inevitabile telum.
Pudicitia vero me amet, (*ant.* 1.)
Pulcherrimum donum deorum:
Nunquam ambigua certa-
mina et insatiabiles rixas
Animum percellens ali-
um ob torum
Accedere faciat potens Venus, pa-
cataque conjugia colens
Celer damnet lectos mulierum.
O patria, O et domus mea, (*str.* 2.)
Nunquam fiam exul
Habens paupertatis transactu difficilem vitam
Acerbissimam dolorum.
Morte, morte prius domer,
Hanc diem attingens: ma-
lorum enim non est aliud majus, quam
Solo patrio privari.
Vidimus, non ex alienis (*ant.* 2.)
Sermonibus *hæc* possumus referre:
Te enim neque civitas, neque aliquis amicorum miseratus
est quæ passa es
Gravissima malorum.
Pereat invisus, cui sedet
Non colere amicos, puram aperi-
enti clavem pectoris; mihi
Certe nunquam erit amicus.

ÆG. Salve, Medæa: hoc enim exordium
Pulchrius nemo novit alloqui amicos.
MED. Salve et tu, O fili sapientis Pandionis,
Ægeu. Unde accedis solum hujus terræ?
ÆG. Relicto antiquo oraculo Apollinis.
MED. Quare vero ad umbilicum terræ vaticinum ivisti?
ÆG. Quærens quomodo mihi contingat satio liberorum.
MED. Per Deos, ergo sine liberis adhuc trahis vitam?
ÆG. Sumus sine liberis, dæmonis alicujus invidia:
MED. Cum habeas uxorem, an es expers conjugii?
ÆG. Non sumus lecti nuptialis expertes.
MED. Quid igitur dixit tibi Phœbus de liberis?
ÆG. Obscuriora, quam ut possit homo conjicere verba.
MED. Estne fas nos scire oraculum Dei?
ÆG. Maxime, quandoquidem et sapientis indiget mentis.
MED. Quid igitur respondit? dicito, si fas est audire.
ÆG. Ne ego prominentem utris solverem pedem—
MED. Priusquam quid facias, aut ad quam terram venias?
ÆG. Priusquam patrios rursus *ad* lares venero.
MED. Tu vero qua re indigens navigas in hanc terram?
ÆG. Est quispiam Pittheus, rex terræ Trœzeniæ.
MED. Filius Pelopis, ut aiunt, piissimus.
ÆG. Cum hoc Dei oraculum communicare volo.
MED. Est enim vir sapiens, et exercitatissimus in hujusmodi *rebus*.
ÆG. Et mihi charissimus amicorum quos in militia paravi.
MED. Bene igitur tecum agatur, et consequaris quæcunque expetis.
ÆG. Quare vero oculi tui et corpus ita contabuerunt?
MED. Ægeu, pessimus est mihi omnium maritus.
ÆG. Quid ais? dic mihi aperte tuam tristitiam.
MED. Jason injuria me afficit, nulla a me affectus.
ÆG. Quo facinore facto? dic mihi apertius.
MED. Habet aliam uxorem præter me, dominam hujus domus.
ÆG. An igitur ausus est hanc turpissimam rem?
MED. Certo scias: nos vero qui ante eramus amici, inhonorati sumus.
ÆG. Utrum amore captus, an tuum exosus lectum?
MED. Magno sane amore; fidelis non fuit amicis.
ÆG. Eat ergo, siquidem est malus, ut dicis.
MED. Cupivit accipere affinitatem regum.
ÆG. Quis vero dat ei? pertexe hanc orationem.
MED. Creon, qui dominus est hujus terræ Corinthiacæ.
ÆG. Ignoscendum igitur tibi est quod doles, O mulier.
MED. Perii; præter hoc etiam expellor ex hac terra.
ÆG. A quo? hoc aliud rursus novum narras malum.

MED. Creon me exulem expellit ex hac terra.
ÆG. Et permittit Jason? neque hæc quidem laudo.
MED. Verbis quidem non, sed *tamen* pati vult.
Sed rogo te supplex per genas has,
Et tua genua, supplex jam *tibi* fio,
Miserere, miserere mei infelicis,
Neque me desertam *ac* ejectam aspicias,
Sed recipe me hospitam in tuam regionem et domum.
Sic tibi cupido a Diis expleta
Liberorum fiat, et ipse beatus moriaris.
Lucrum autem non scis, quantum inveneris hic:
Vetabo te esse sine liberis, liberos
Procreare ut possis efficiam, talia pharmaca novi.
ÆG. Propter multa tibi hanc gratiam dare
Sum paratus, O mulier, primum quidem propter deos,
Deinde propter liberos, quorum generationem promittis.
In hoc enim ego jam totus extra me sum.
Sic autem mihi habet res: tu cum veneris in agrum nostrum,
Conabor te hospitio excipere quia debeo.
Tantum vero hoc tibi prædico, mulier;
Nolo quidem te ex hac terra abducere,
Quod si ipsa veneris in meam domum,
Manebis ibi tuta, neque cuiquam te dedam.
Ex hoc vero agro tu ipsa discedens effer pedem:
Inculptabilis enim etiam apud hospites esse volo.
MED. Erunt hæc; sed si fides daretur mihi
Horum, haberem omnia præclare a te.
ÆG. Annon confidis? aut quid tibi est molestum?
MED. Confido: sed domus Peliæ est mihi inimica
Et Creon. His autem, si jurejurando mihi devinctus fueris,
Abducere volentibus me ex agro non permittes:
Verbis vero compositione facta et diis jurejurando non obstrictus,
Amicus forte illis fias, et legationibus
Facile obtemperes: res enim meæ sunt infirmæ,
Illis vero sunt opes et domus regia.
ÆG. Ostendisti, mulier magnam providentiam in tua oratione:
Sed si placet tibi hæc facere, non recuso:
Mihi enim hæc quoque tutiora sunt,
Si ostendere possim aliquam excusationem tuis inimicis,
Et tua res erit firmior; præi verbis quos jurem deos.
MED. Jura solum terræ, et Solem patrem patris
Mei, et totum simul genus Deorum conjungens.
ÆG. Quam rem facturum, aut quid non facturum? dicito.

MED. Quod neque tu ejecturus me sis unquam e terra tua,
Neque, alius si quis meorum inimicorum me abducere
Velit, permissurum te id viventem voluntarie.
ÆG. Juro terram, et splendidum lumen Solis,
Et omnes deos, me his staturum, quæ ex te audio.
MED. Satis est: quid autem patieris si non præstiteris hoc jusjurandum?
ÆG. Quæ hominibus impiis solent accidere.
MED. Lætus abi: omnia enim recte se habent.
Et ego *in* tuam civitatem quamprimum veniam,
Ubi confecero, quæ paro, et consecuta fuero, quæ volo.
CHO. Sed te, rex natus ex Maia deductor
Ducat domum, et ea, quæcunque in animo
Habens festinas perficias, quia
Præstans vir,
Ægeu, apud me, visus es.
MED. O Jupiter et Justitia Jovis et lumen solis,
Nunc gloriose-victrices meorum inimicorum, O amicæ,
Erimus, et in *rectam* viam sumus ingressæ:
Nunc demum spes est, meos hostes daturos pœnas.
Hic enim vir, qua parte maxime laborabamus,
Apparuit portus meorum consiliorum:
Ex hoc suspendemus rudentem in puppe,
Euntes in civitatem et urbem Palladis.
Jam vero tibi omnia mea consilia
Dicam: expecta vero non jucunda verba.
Misso aliquo ex meis domesticis, Jasonem
Venire in meum conspectum rogabo:
Ipsi vero venienti blanda dicam verba,
Quod et mihi hæc placeant, et bene se habere
(Nuptias regias, quas prodita me habet,)
Et utilia *hæc* esse, et recte facta:
Petam vero, ut liberi mei maneant,
Non ut relictura hostili in agro
Filios meos inimicis contumelia-afficiendos,
Sed ut dolo filiam regis interficiam.
Mittam enim eos, habentes dona in manibus,
(Et ferentes sponsæ, ne pellantur ex hac terra)
Tenuem vestem et corollam auream.
Et si acceptum ornamentum circundederit corpori,
Misere peribit, et omnis qui attigerit puellam:
Hujusmodi pharmacis perungam dona.
Hic autem finio hunc sermonem:
Ingemisco autem, quale facinus est faciendum
Deinde nobis: interficiam enim liberos
Meos;—nemo est qui possit eos eripere:—

Demumque totam Jasonis ubi miscuero *luctu*,
Exibo ex hac terra, necem charissimorum liberorum
Fugiens, et ausa facinus impiissimum.
Non enim ferendum est, ut derideamur ab inimicis, O amicæ.
Est: quid me juvat vivere? neque mihi patria,
Est, neque domus, nec *ullum* effugium malorum.
Peccavi tunc, quando reliqui
Domum paternam, verbis viri Græci
Persuasa, qui mihi pœnas dabit, Deo volente.
Nam nunquam liberos, quos ex me sustulit, videbit
Deinceps vivos, neque ex nova
Sponsa gignet sobolem, quia malam male
Perire ipsam necesse est meis pharmacis.
Nemo me ignavam et imbecillem existimet,
Neque tranquillam, sed alterius ingenii,
Gravem inimicis et benignam amicis:
Hujusmodi enim hominum vita est gloriosissima.
CHO. Quandoquidem nobiscum communicasti hunc sermonem,
Et tibi prodesse volens et legibus mortalium
Opitulans, dehortor te ab his faciendis.
MED. Non erit aliter: tibi vero venia danda est, quod dicas
Ista, quæ non ea mala pateris, quæ ego.
CHO. An igitur audebis tuos liberos occidere, mulier?
MED. Sic enim maxime cruciabitur maritus.
CHO. Tu vero eris miserrima mulier.
MED. Esto. Superflui sunt intermedii sermones.
Sed age, vade et adducito Jasonem:
Ad omnia enim fidelia te utimur.
Nihil autem dices eorum quæ decrevi,
Si modo bene vis dominæ et es mulier.
CHO. O Erechthidæ quondam beati, (*str.* 1.)
Et deorum filii beatorum,
Sacra terra invictaque *oriundi* indigenæ
Qui depascitis nobilissimam sapientiam
Semper per lucidissimum
Ætherem jucunde ambulantes,
Ubi aliquando castas novem Pierides musas dicunt
Educasse flavam Harmoniam:
Pulchrifluique ad Cephisi fluenta (*ant.* 1.)
Venerem ferunt exhauri-
entem regionem perflasse
Mediocres ventorum dulce-spirantes auras:
Semper autem injicientem
Comis fragrans rose-

orum sertum florum sapientiæ assessores mittere amores,
Omnigenæ laudis adjutores.
Quomodo igitur sacrorum fluviorum (*str.* 2.)
Aut urbs aut amicorum
Ducens *turba* te in patriam
Interfectricem *tuorum* liberorum recipiet,
Non puram? cum aliis
Considera liberorum percussionem,
Considera cædem quam suscipis.
Ne, per genua te omnes
Vehementer oramus,
Ne *tuos* liberos interficias.
Quomodo vero confidentiam aut mentis aut (*ant.* 2.)
Manus erga tuos liberos
Et animi assumes,
Immane admovens facinus?
Quomodo etiam oculis conjectis
In filios, lacrymarum expertem sortem
Continebis? cæde non poteris,
Liberis supplicibus cadentibus,
Madefacere manum exitialem
Quamvis truculento animo.

JAS. Venio vocatus: etenim quamvis *mihi* sis infensa,
Tamen non frustraberis hac re, sed audiam,
Quam rem novam ex me velis, mulier.

MED. Jason, rogo te, ut ea mihi quæ dicta sunt,
Condones: meas enim iras *te* ferre
Æquum certe *est*, quia sunt multa beneficia præstita inter nos mutuo.
Ego enim mecum ipsa rationem inii,
Et conviciata sum *mihi*: misera, quid insanio,
Et irascor illis, qui *rebus meis* bene consulunt?
Inimica vero terræ *hujus* dominis sum facta,
Et marito, qui parat mihi utilissima,
Ducens puellam regiam, et fratres liberis:
Meis gignens? annon *tandem* missam faciam
Iram? quid doleo, cum dii dent bona?
Nonne sunt mihi liberi? scio autem e terra *Thessalica*
Exules nos et egenos *nuper* amicorum.
His animo agitatis, agnovi imprudentiam
Magnam *me* habere, et frustra iratam esse.
Nunc igitur laudo te, sapereque mihi videris,
Qui assumpseris nobis hanc affinitatem: ego vero stulta,
Quam oportebat participem horum conciliorum
Et simul perficere et astare lecto,
Et gaudere, sponsæ tuæ curam habentem:

Sed sumus, quale sumus, non dicam malum,
Mulieres: non igitur oportet te imitari malos,
Neque obtendere stulta pro stultis.
Concedimus, et dicimus nos male sensisse
Hoc, sed nunc melius hæc consideravi.
O liberi, liberi, venite huc, relinquite tecta,
Exite, salutate et compellate
Patrem nobiscum, et reconciliamini simul
Ex priori odio *suscepto* adversus amicos, cum matre:
Fœdus enim est nobis, et *omnis* recessit ira.
Prehendite manum dextram: hei mihi *propter* mala!
Dum cogito de quodam facinore, quod est occultum.
An igitur, O filii, sic et longum viventes tempus,
Charam præbebitis manum? Misera ego,
Ut ad lacrymas proclivis sum, et metus plena.
Post longum tempus enim contentionem quam cum patre habui, abjiciens,
Implevi teneram hanc faciem lacrymis.
CHO. Et mihi ex oculis recentes eruperunt lacrymæ:
Atque utinam non evadat majus malum, quam nunc est.
JAS. Probo hæc, mulier, neque illa improbo:
Consentaneum enim est, fœmineum genus iras concipere
In maritum nuptias diversas insuper *comparantem*.
At in melius tuum mutatum est cor,
Agnovisti vero meliorem, sed sero,
Sententiam; hæc *sunt* facta mulieris sapientis.
Vobis vero, liberi, non inconsulte pater
Comparavit multam salutem cum *deorum favore:*
Existimo enim vos hujus terræ Corinthiacæ
Principes fore cum fratribus adhuc.
Sed crescite: reliqua enim perficit
Et pater et quisquis deorum benignus est:
Utinam vero vos videam bene educatos ad finem pubertatis
Pervenire, superiores meis inimicis.
Heus tu, quid rigas pupillas teneris lacrymis,
Avertens retro candidas genas,
Neque libenti animo a me accipis hunc sermonem?
MED. Nihil est; de liberis hisce cogitans—
JAS. Confide vero: ego enim bene curabo hæc.
MED. Faciam hæc; non diffidam tuis verbis:
Mulier vero est natura molle aliquid, et ad lacrymas proclive.
JAS. Quid autem tantopere ingemiscis propter liberos hosce?
MED. Peperi eos: quando autem *tu modo* optabas vivere liberos,
Miseratio me subiit, an hoc futurum sit.
Cæterum quorum causa mecum in colloquium venisti,

Ea partim quidem dicta sunt, partim vero dicentur.
Quandoquidem principibus *hujus* agri me ablegare placet,
Et mihi hæc sunt optima, cognosco bene,
Neque tibi, neque dominis *hujus* agri impedimento esse
Habitans,—videor enim inimica esse familiæ:—
Nos quidem ex hoc agro abimus in exilium.
Ut autem liberi possint educari tua manu,
Roga Creontem, ne fugiant hanc terram.

JAS. Haud scio an *ei rem* persuasurus sim: sed *tamen* oportet tentare.

MED. Tu vero saltem jube petere a patre tuam
Uxorem, ne *mei* liberi fugiant hanc terram.

JAS. Maxime, et existimo ego me *rem* persuasurum esse ipsi;
Si modo mulierum est aliarum una.

MED. Ego quoque te adjuvabo in hoc labore:
Nam mittam ei dona, quæ pulchritudine superant *res*
Nunc inter homines *exquisitas*, *probe* novi ego, multo,
Tenuem vestem et coronam auream,
Ferentes meos filios. Sed quam celerrime oportet
Aliquem ex famulis huc afferre ornatum.
Erit autem beata *sponsa tua* non *in* una, sed *in* sexcentis *rebus*;
Virum optimum te nacta conjugem,
Et possidens ornatum, quem olim Sol
Pater patris *mei* dat suis posteris.
Sumite hæc dona nuptialia, pueri, in manus,
Et beatæ dominæ sponsæ date
Ferentes: non accipiet contemnenda munera.

JAS. Cur vero, O demens, his evacuas tuas manus?
Putasne domum regiam carere stolis?
Putasne auro? serva, ne des, hæc.
Si enim nos aliquis pretii æstimat
Mulier, anteponet opibus, certo scio ego.

MED. Ne tu mihi *hæc dicas*: muneribus enim vel Deos flecti fama *est*;
Aurum vero potentius est inter homines, quam infinitæ orationes.
Illi favet fortuna, illam nunc auget Deus,
Nova *sponsa* dominatur: meorum vero liberorum exilium
Etiam vita permutaremus, non solum auro.
Verum, O filii, ingressi divites ædes,
Patris novam uxorem dominamque meam,
Supplices orate, exorate ne fugiatis *hanc* terram,
Dantes *istum* ornatum: hac enim re potissimum opus est,
Ut ipsa accipiat in manus hæc dona.
Ite quam celerrime: et matri, de illis quæ cupit consequi,

Afferte bonum nuncium, re prospere gesta.
CHO. Nunc spes nulla amplius *est* mihi liberorum vitæ, (*str.* 1.)
Nulla amplius: eunt enim ad cædem jam.
Accipiet sponsa aureorum redimiculorum,
Accipiet infelix noxam:
Flavam vero circa comam
Ponet Plutonis ornatum
Ipsa manibus accipiens.
Alliciet *eam* gratia divinusque fulgor pepli (*ant.* 1.)
Aureo-fabricatam coronam ut *capiti* circumponat:
Apud inferos autem mox sponsam ornabit:
Tale in septum cadet,
Et sortem mortis *talem*
Accipiet infelix:
Perniciem vero non subterfugiet.
Tu vero, O miser, O infelix sponse (*str.* 2.)
Gener regum, non animadvertens liberis
Adducis perniciosam mortem,
Et uxori tuæ tristem mortem.
O infelix, quantam calamitatem ignoras!
Gemoque tuum dolorem, (*ant.* 2.)
O misera liberorum mater, quæ interficies
Liberos propter nuptiales
Lectos, quibus tibi relictis injuste
Maritus habitat cum alia uxore.
PÆD. Liberi tui, O domina, liberati sunt ab exilio,
Et regia sponsa libens dona manibus
Accepit: inde vero pax est tuis liberis.
ED. Sine.
ÆD. Cur stas perturbata, quum feliciter rem geris?
(Cur retro vertisti tuas genas,
Et non libenter a me accipis hunc sermonem?)
ED. Heu, heu!
ÆD. Hæc non consentiunt cum illis quæ nunciavi tibi.
ED. Heu, heu valde rursus. PÆD. An aliquem casum nunciavi
Insciens, et spe læti nuncii frustratus sum?
ED. Nunciasti, quæ nunciasti; non tibi vitio verto.
ED. Cur igitur oculos dimittis, et lacrymas?
ED. Multa me necessitas, O senex, *hæc facere cogit:* talia enim dii,
Et ego male cogitans machinata sum.
D. Confide tu; reduceris et tu adhuc a liberis.
D. Alios prius *ad inferos deducam*, misera ego.
D. Non tu sola divulsa es a tuis liberis.
Oportet mortalem leviter ferre calamitates.

MED. Faciam hæc: sed ingredere in domum,
Et para pueris, quæ convenit quotidie.—
O filii, filii, vobis quidem jam est urbs
Et domus, in qua me misera relicta,
Habitabitis semper orbati matre.
Ego vero jam vado in aliam terram exul,
Priusquam ex vobis potuerim capere voluptatem, et vos
videre florentes,
Priusquam connubium, et uxorem, et nuptiales
Lectos ornarim, facesque sustulerim accensas.
O me miseram ob meam contumaciam!
Frustra igitur vos, O filii, educavi,
Frustraque laboravi, et consumpta sum laboribus,
Ferens duros dolores in partu.
Profecto quondam infelix habui spem
Magnam in vobis *sitam*, fore ut senio gravem me nutriretis,
Et mortuam manibus recte componeretis,
Suspiciendam mortalibus: nunc vero jam periit
Hæc dulcis cura: nam vobis orbata
Tristem degam vitam acerbamque mihi.
Vos vero matrem non amplius charis oculis
Videbitis, transeuntes in aliud vitæ genus.
Heu, heu! cur me oculis aspicitis liberi!
Cur arridetis hoc extremo risu?
Heu, heu! quid faciam? cor enim disperit,
Mulieres, ut primum vidi lætos oculos liberorum.
Non possem *facere quod statui*. Valeant consilia
Priora: abducam filios meos e terra.
Quid opus me patrem horum, horum malis
Cruciantem, mihi bis tanta mala accersere?
Nequaquam ego *hoc faciam*. Valeant *ista* consilia.—
Verùm quid ago? an volo derideri,
Dimittens meos inimicos impunitos?
Audendum hoc est. Nam ignaviæ meæ est,
Etiam quod et istos molles sermones animo proposuerim.
Intrate, pueri, in ædes: cui vero non
Licet adesse meis sacrificiis, *hæc*
Ipsi curæ erit: manum vero non hebetabo.—
Heu, heu! nequaquam vero, mi anime, ne tu saltem
hæc patres:
Mitte eos, O miser, parce liberis:
Illic nobiscum viventes exhilarabunt te.—
Non per dæmones infernos, qui sunt apud Plutonem,
Nunquam hoc fiet, ut ego inimicis
Filios meos relinquam injuria afficiendos.
Omnino necesse est eos mori: et quoniam hoc oportet,

Nos occidemus *eos*, qui procreavimus *nos*,
Omnino actum est hoc, et non aliter fiet.
Et jam corona in capite est, et in peplis
Sponsa regia perit, *hoc* ego bene scio.
Verum, ego enim vado miserrimam viam,
Et hos longe tristiore via mittam.
Liberos *meos* alloqui volo: date, O liberi,
Date matri dextram manum salutandam,
O charissima manus, et mihi charissimum os,
Et species, et vultus generosi liberorum,
Sitis felices, sed illic; res enim, quæ hic *erant*,
Pater abstulit. O jucundam impressionem,
O teneram cutem, et dulcissimum halitum liberorum.
Ite, ite: non amplius intueri
Vos possum, sed vincor malis.
Et intelligo quidem qualia *sint ea* mala, *quæ* sum ausura:
Sed ira est potentior meis consiliis,
Quæ quidem hominibus causa est maximorum malorum.
CHO. Sæpe jam per subtiliores
Sermones ivi, et ad certamina
Majora veni, quam quæ convenit genus
Muliebre investigare: sed enim est
Musa etiam nobis, quæ versatur nobiscum
Sapientiæ *dicendæ* causa: verum non cum omnibus *habitat:*
Exiguum enim numerum inter multas
Invenias fortasse
Nec a Musis alienum est mulierum ingenium,
Et aio mortalium quicunque sunt
Omnino expertes, nec genuerunt
Liberos, anteire felicitate
Eos, qui progenuerunt:
Qui enim non habent liberos propter ignorantiam,
Utrum res suavis hominibus, an vero ingrata
Sint liberi, cum non habeant,
Carent multis miseriis.
Sed quibus in ædibus est liberorum
Dulce germen, eos video curis
Confici omni tempore:
Primum quidem quo pacto bene *ipsos* educent,
Et unde victum relinquant liberis:
Præterea vero, utrum pro malis,
An pro bonis
Laborent, hoc incertum est.
Unum vero, hoc est omnium extremum jam
Dicam omnibus hominibus malum:

Etenim jam *multi* abunde victum invenerunt *liberis*,
Corporaque liberorum ad pubertatem pervenerunt,
Bonique evaserunt: si tamen occurrat
Dæmon iste, evanidus ad Plutonem
Mors ferens corpora liberorum.
Quomodo igitur prodest præter alios
Hunc etiam acerbissimum dolorem
Propter liberorum mortem
Addere Deos hominibus?
MED. Amicæ, jampridem præstolans eventum fortunæ,
Expecto ab illa parte, quo res sit casura.
Equidem video hunc ex Jasonis
Ministris venientem spiritu quidem commoto,
Significat autem, se novum aliquod malum nunciaturum.
NUN. O quæ dirum facinus impie patrasti,
Medæa, fuge, fuge, neque navalem
Relinquens currum, neque vehiculum terra calcans.
MED. Quid vero mihi dignum hoc exilio *patratum* est?
NUN. Puella regia modo periit
Et Creon qui *eam* genuit, tuis incantamentis.
MED. Pulcherrimum sermonem dixisti, inter benefactores
Et amicos meos posthac jam eris.
NUN. Quid ais? an recte sapis, et non insanis, mulier,
Quæ cum injuria affeceris lares regios
Gaudes audiens, et non metuis hæc?
MED. Ego etiam possum aliquid contra tua
Verba dicere: sed ne nimium properes, amice,
Verum enarra, quomodo perierint: nam bis tantum
Nos delectaveris, si pessime sint mortui.
NUN. Postquam gemina soboles tuorum liberorum venit
Cum patre, et ingressa est nuptiales ædes,
Gavisi sumus, qui tuis laborabamus malis,
Famuli: per aures vero statim ibat multus sermo,
Te et tuum maritum diremisse priorem discordiam.
Osculabatur autem alius quidem manum, alius vero flavum caput
Puerorum: ego vero et ipse præ lætitia
Simul tuos filios comitabar in conclave mulierum.
Domina vero, quam nunc pro te colimus,
Priusquam vidisset par tuorum liberorum,
Habebat promptum oculum in Jasonem:
Deinde vero texit oculos,
Et retro avertit candidas genas,
Abominans ingressum puerorum: sed maritus tuus
Abstulit iram et bilem puellæ,
Hæc dicens: ne sis inimica amicis,

Desisteque ab ira, et *huc* iterum converte caput,
Existimans amicos eosdem, quos maritus tuus:
Accipe vero munera, et roga patrem,
Ut remittat exilium his *meis* liberis, in meam gratiam.
Hæc vero, ut aspexit ornatum, non continuit se,
Sed promisit viro omnia: et priusquam ex ædibus
Procul abirent pater et liberi tui,
Acceptam variam vestem induit,
Ponensque auream coronam supra cincinnos,
Nitidum *ad* speculum componit comam,
Inanimæ corporis imagini arridens.
Deinde ubi surrexisset de solio, perambulat
Ædes, delicate incedens candidis pedibus,
Donis *hisce* vehementer gaudens, multum et sæpe
Cervicem ad erectam oculis respiciens.
Postea vero erat miserabile spectaculum videre:
Nam mutato colore, obliqua retro
Cedit tremens membris, et vix antevertit
Solio illapsa, ne caderet in terram.
Tum vero una ex famulis anus, cum existimaret
Aut Panis iram, aut alicujus *alius* Dei, *in ipsam* venisse,
Ululatum edidit, prius quam videret per os
Exeuntem candidam spumam, et in oculis
Vertentem pupillas, et non amplius in corpore esse sanguinem:
Deinde sono diversam ab ululatu emisit magnam
Ejulationem. Statim vero una quidem in domum patris
Cucurrit, alia vero ad recentem maritum,
Dictura calamitatem sponsæ: tota vero
Domus resonabat frequentibus cursitationibus.
Jam vero accelerans pedem cursus stadialis
Cursor velox metam attigisset,
Quum illa ex muto et clauso oculo
Graviter ingemiscens misera excitabatur;
Nam duplex malum infestabat eam.
Aurea quidem corona, capita imposita,
Emittebat mirabilem vorticem ignis omnia devorantis:
Pepli vero tenues, tuorum liberorum dona,
Devorabant candidam carnem infelicis.
Ipsa vero inflammata fugiebat, surgens de solio,
Concutiens crines et caput huc et illuc,
Volens abjicere coronam: sed firmiter
Vinculis aurum adhærebat, ignis vero, postquam comam
Concussit, magis, *atque* bis tantum emicuit.
Ipsa vero victa malo cadit in terram,
Et præterquam a patre, a nemine potuit facile agnosci:

Nec oculorum enim clarus erat status,
Nec venusta facies, sanguis vero ex summo
Capite stillabat, mixtus igni,
Et caro ex ossibus, sicut piceæ lacrymæ,
Defluebat arcanis morsibus pharmacorum,
Horrendum spectaculum: omnes vero metuebant attingere
Cadaver: fortunam enim habebamus magistram.
Sed infelix pater ignoratione mali
Statim ingressus domum irruit in eam jam mortuam
Et statim cœpit ejulare, et manibus circumdans *eam*
Osculabatur, his *eam* compellans: O misera filia,
Quis Deorum tam turpiter te perdidit?
Quis me senem silicernium orbatum te
Facit? hei mihi! Utinam tecum moriar, filia.
Postquam autem lamentationum et luctuum finem fecit,
Volens senile excitare corpus,
Adhæsit, sicut hedera ramis lauri,
Tenuibus peplis, erat autem horribilis lucta:
Ipse enim volebat excitare genu,
Illa vero retrahebat: si vero per vim trahebat,
Senilem carnem divellebat ab ossibus.
Tandem vero defecit, et infelix dimisit
Animam: non enim amplius malo erat superior.
Jacent autem mortui, filiaque, et senex pater, alter
Prope *alterum;* calamitas inimicis grata.
Quare mihi tua quidem *persona* e tumultu recedat;
Optimum enim hoc pœnæ effugium.
Res vero mortalium non nunc primum arbitror umbram *esse,*
Neque trepidans dixerim, illos, qui de mortalibus sapientes
Videntur esse et indagatores sermonum
Hos maxime stultos esse judicandos:
Nemo enim mortalium est beatus vir:
Opibus vero affluentibus, fortunatior
Alio fieri potest alius, beatus vero nequaquam.

CHO. Videtur Deus multa hoc die
Mala congesturus juste in Jasonem.
O misera, quam miseramur tuam calamitatem,
Filia Creontis, quæ in Plutonis domos
Vadis propter nuptias Jasonis.

MED. O amicæ, decretum est mihi negotium, quum primum
Interfecero liberos discedere ex hac terra,
Neque cunctando prodere liberos
Ut interficiantur ab alia infestiore manu.
(Omnino necesse est eos mori: quia vero oportet,
Nos occidemus *eos,* qui etiam procreavimus.)

*Sed age, O cor, armeris: quid cunctamur*
*Mala dira et necessaria facere?*
*Age, O misera manus mea, arripe gladium,*
*Corripe, vade ad tristem metam vitæ,*
*Et ne sis ignava, neque memineris liberorum,*
*Quod carissimi, quod peperisti: sed hoc saltem*
*Brevi die obliviscaris filiorum tuorum.*
*Postea vero luge: etsi enim occideris eos, tamen*
*Chari fuerunt, sed ego infelix mulier.*
*HO. Io et terra et omnia illustrans* (str.)
*Radius solis, aspicite, videte illam*
*Perditam mulierem, priusquam cruentam*
*Liberis admoveat manum carnificem;*
*Tuo enim ex aureo genere*
*Orti sunt, Deorum vero sanguinem nefas est*
*Cadere ab hominibus.*
*Quamobrem ipsam, O divinum lumen, coer-*
*ce, compesce, expelle ex ædibus cruentam*
*Miseramque Furiam a malis dæmonibus agitatam.*
*'rustra ergo labor perit liberorum,* (ant.)
*t frustra charum genus peperisti, O*
*u, cærulearum quæ reliquisti Symplegadum*
*ɔpulorum inhospitalissimum ingressum.*
*sera, quid tibi animi gravis*
*ignatio accedit, et hostilis*
*les ei succedit?*
*enim sunt hominibus piacula cogna-*
*n intendere homicidis adjun-*
*vinitus immissa mala in domum.*
*quid faciam; quo effugiam manus matris?*
*, charissime frater: actum enim est de nobis.*
*clamorem, audis liberos?*
*ra, O mulier infelix.*
*n domum? depellere necem a*
*nihi placet.*
*, ferte opem, occasio enim postulat;*
*ius jam prope retia gladii.*
*quam es saxum, aut fer-*
*liberorum, quos peperisti,*
*ırricidiali modo occides.*
*enus audio, unam tantum de priscis*
*njecisse manum charis liberis,*
*n divinitus, quando Jovis illa*
*m emisit extra domum insania.*
*cadit in mare cæde*
*npia,*

Pedem supra marinum littus extendens
Moriens vero cum duobus filiis, periit,
Quidnam igitur potest accidere tristius, O
Mulierum conjugia ærumnosa, quanta
Hominibus mala jam attulistis.

JAS. Mulieres, quæ statis prope hanc domum,
Num in ædibus *est* illa, quæ facinus hoc atrox commisit
Medæa istis, an hinc se proripuit fuga?
Oportet enim ipsam aut abscondi sub terra,
Aut attollere volatile corpus in aeris profunditatem,
Nisi regum domui det pœnas.
Num confidit, cum interfecerit principes hujus terræ,
Se posse impunitam aufugere ex his ædibus?
Sed—non tam ipsius, quam liberorum curam gero:
Illam enim punient, quos læsit,
Meorum vero liberorum veni ut servarem vitam,
Ne aliquid mihi faciant Creontis cognati,
Vindicantes impiam cædem a Matre *eorum* perpetratam.

CHO. O infelix, nescis quo malorum veneris,
Jason: nam non dixisses hæc verba.

JAS. Quid est? an vult etiam me occidere?

CHO. Liberi tui manu matris perierunt.

JAS. Heu quid dicis? quam me perdidisti, mulier!

CHO. Cogita igitur tanquam de mortuis liberis tuis.

JAS. Ubinam eos interfecit, intusne, an extra domum?

CHO. Aperi fores, et videbis cædem tuorum liberorum.

JAS. Laxate seras quam celerrime, ministri,
Solvite repagula, ut videam geminum malum,
Hos *liberos* interfectos, et ut illam puniam.

MED. Quid hasce moves, et vectibus moliris portas,
Quærens mortuos, et me, quæ *cædem* patravi?
Desiste ab hoc labore: si vero tibi me opus est,
Dic si quid vis, nunquam vero manu me attinges.
Talem currum Sol pater patris
Dat nobis, propugnaculum contra manum hostilem.

JAS. O scelesta, O maxime invisa mulier
Diis et mihi et universo mortalium generi,
Quæ tuis liberis injicere gladium
Ausa es, quos peperisti, et me filiis orbatum perdidisti:
Et cum hæc feceris, tamen solem aspicis
Et terram, ausa rem impiissimam.
Pereas: ego vero nunc primum sapio, tunc non sapiens,
Cum te ex domo et terra barbara,
Duxi in domum Græcam, magnum malum,
Et patris et terræ, quæ te nutrivit, proditricem.

*Dii vero conjecerunt in me* tuum malum dæmonem;
*Nam occiso jam tuo fratre* juxta focum,
*Conscendisti navem Argo,* habentem pulchram proram.
*Hæc quidem sunt tua* initia, inde vero nupta
*Huic viro, i. e. mihi,* et cum pepereris mihi liberos,
*Propter lectum, et alias* nuptias, eos perdidisti.
*Nulla est Græca mulier,* quæ hoc
*Unquam ausa esset, præ* quibus ego te dignam duxi,
*Quam ducerem,* connubium infestum et mihi perniciosum,
*Leænam, non mulierem,* Tyrrhena
*Scylla sæviorem naturam* habentem.
*Verum—nequaquam* enim te plurimis conviciis
*Pungerem:* talis confidentia tibi innata est:
*Pereas tu,* venefica, et cæde liberorum polluta.
*Me vero decet lugere* meum fatum,
*Qui neque novis* nuptiis fruar,
*Vec liberos, quos* genui et educavi,
*Iabebo,* ut alloquar vivos, sed amisi.
*ı longum* sane produxissem huic contraria
*rationi, nisi Jupiter* pater sciret,
*ıalia* beneficia a me acceperis, et quæ tu vicissim feceris:
*vero* non debebas, meo connubio contempto,
*undam* vitam agere, insultans mihi,
*ue puella regia,* neque qui tibi eam in matrimonium collocavit
*n, impune* me ejicere ex hac terra.
*ıobrem, si libet,* voca me leænam,
*yllam,* quæ in Tyrrheno freto habitavit:
*enim, ut* convenit, cor vicissim sauciavi.
*ɔque doles,* et particeps es malorum.
*:ito:* juvat autem dolor, si tu in me non irrideas.
*, quam* malam matrem habuistis!
*, quam* periistis propter patris cupiditatem!
*nea* manus non perdidit eos.
*:ia, et* novæ tuæ nuptiæ.
*!uisti* propter nuptias eos occidere?
*: exiguum* malum esse putas mulieri?
*:m modesta* sit: tibi vero omnia sunt mala.
*t mortui:* hoc enim te mordebit.
*ınt, hei mihi,* tuo capiti dæmones infesti.
quis cœperit hoc malum.
*: tuum* abominabilem animum.
*mihi:* amarulentumque tuum sermonem odi.
*: facilis* est discessio.

MED. Quomodo igitur? quid faciam? vehementer enim et ego
cupio.
JAS. Sine me hos mortuos sepelire, et lugere.
MED. Nequaquam; quia ego sepeliam eos hac manu,
Ferens in lucum Junonis deæ Acrææ, i. e. arcium custodis,
Ne quis hostium eos contumelia afficiat,
Sepulcrum revellens: huic autem terræ Sisyphi
Constituam præclarum festum et sacrificia
Deinceps pro hac impia cæde.
Ego vero vado in terram Erechthei,
Habitatura cum Ægeo filio Pandionis.
Tu vero, quemadmodum convenit, malus male morieris,
Percussus caput tuum reliquiis navis Argus,
Ubi videris miserum exitum mearum nuptiarum.
JAS. Sed te Erinnys perdat filiorum
Cædisque vindex Justitia.
MED. Quis vero deus, aut dæmon audiet te,
Perjurum, et deceptorem hospitum?
JAS. Hei, hei, scelesta et interfectrix liberorum!
MED. Vade domum, et sepelias uxorem *tuam*.
JAS. Vado, orbatus duobus pueris.
MED. Nondum lamentaris *satis*; expecta et senectam.
JAS. O charissimi liberi. MED. Matri quidem, tibi vero ne-
quaquam.
JAS. Et tamen *eos* occidisti? MED. Ut tibi nocerem.
JAS. Hei mihi: cupio charum os
Miser ego liberorum complecti.
MED. Nunc ipsos alloqueris, nunc salutas,
Tunc repellens. JAS. Da mihi, per Deos
Ut possim attingere tenerum corpus liberorum.
MED. Non licet: frustra a *te hæc* verba sunt projecta.
JAS. O Jupiter, audis hæc, quomodo repellimur,
Et qualia patimur ab execranda
Et interfectrice liberorum hac leæna?
Sed quantum saltem licet et possum,
Hæc lamentor, et concitus feror,
Obtestans deos, quod me
Liberos, quos necasti, prohibes
Attingere manibus, et sepelire mortuos.
Quos utinam ego nunquam genitos
A te perditos vidissem.
CHO. Multarum *rerum* Jupiter *est* dispensator in cœlo,
Multaque præter spem perficiunt Dii:
Et sperata non fiunt,
Eorum vero quæ non sperantur Deus exitum invenit.
Talis evasit hæc res.

# EURIPIDIS

## HIPPOLYTUS CORONATUS.

## DRAMATIS PERSONÆ.

VENUS.

HIPPOLYTUS.

FAMULÆ.

CHORUS EX MULIERIBUS TRŒZENIIS.

NUTRIX.

PHÆDRA.

NUNTIUS PRIMUS.

FAMULA.

THESEUS.

NUNTIUS SECUNDUS.

DIANA.

# EURIPIDIS

## HIPPOLYTUS CORONATUS.

VEN. EGO celebris quidem inter homines, et non ignobilis
Dea vocor Venus, et in cœlo;
Et apud eos, quicunque intra mare finesque Atlanticos
Habitant, videntes lumen solis,
Honore quidem afficio eos, qui colunt meam potentiam,
Everto vero, quicunque superbiunt adversus nos.
Inest enim hoc etiam in deorum genere
Ut gaudeant, cum honore afficiuntur ab hominibus.
Ostendam autem mox veritatem verborum horum:
Nam me Thesei filius, Amazonis progenies,
Hippolytus, discipulus casti Pitthei,
Solus ex civibus hujus terræ Trœzeniæ,
Dicit pessimam esse Dearum.
Et recusat lectos, neque attingit nuptias:
Sed sororem Phœbi Dianam, filiam Jovis,
Honorat, existimans eam maximam esse Dearum:
Semperque habitans cum virgine in viridi silva
Expellit feras e terra velocibus canibus,
Cupide ambiens majora humana consuetudine.
His quidem ego non invideo: quid enim opus est?
Sed tamen ulciscar, ob ea, quæ in me deliquit,
Hippolytum hoc die. Verum cum multa
Antea præpararim, non opus habeo magno labore.
Nam quondam profectum eum ex domo Pitthei,
Ad spectaculum et sacras ceremonias venerandorum mysteriorum,
Pandionis *in* agrum patris nobilis conjux
Conspicata Phædra, occupata est cor
Vehementi amore, *idque* meo consilio.
Et priusquam veniret *in* hanc terram Trœzeniam,
Ad ipsam rupem Palladis, unde prospectus est

*In* hanc terram, ædificavit templum Veneris,
Ardens amore peregrinantis: et propter Hippolytum
In posterum canent Deæ templum fundatum fuisse.
Sed postquam Theseus relinquit Cecropium agrum,
Fugiens piaculum cædis Pallantidarum,
Et navigat *in* hanc terram cum uxore,
Annuum ultro-subiens exilium peregre transigendum,
Ibi sane gemens, et perculsa
Misera stimulis amoris perit
Silentio; nemo autem ex domesticis novit morbum.
Sed non oportet hunc amorem sic abire:
Ostendam autem hoc negotium Theseo, et palam fiet res:
Et hunc juvenem, qui mihi inimicus est,
Pater interficiet imprecationibus, quas marinus
Rex Neptunus præbuit munus Theseo;
Ut nihil frustra ter peteret a Deo.
Illa vero quidem *est* inclyta, sed tamen peribit
Phædra: non enim tanti faciam hujus exitium,
Ut mihi mei inimici non dent
Tantas pœnas, ut mihi recte *res* habeant.
Sed,—video enim filium hunc Thesei
Venientem, relicto labore venationis,
Hippolytum,—ex his discedam locis.
Multus autem cum eo ministrorum a tergo sequens
Cœtus clamitat, celebrans Dianam deam
Hymnis; nescit enim apertas portas
Mortis, et se videre hunc postremum diem.

HIP. Sequimini canentes, sequimini
Jovis *filiam* cælestem
Dianam, cui curæ sumus.

FAM. Veneranda, veneranda, augustissima,
Jovis soboles,
Salve, salve mihi, O puella,
Latonæ et Jovis, Diana,
Virginum multo formosissima,
Quæ in amplo cœlo
Habitas nobiles patre greges,
Jovis auri-copia-fulgentem domum.

HIP. Salve mihi, O pulcherrima,
Pulcherrima in cœlo degentium
Virginum, Diana.
Tibi hanc coronam contextam ex illibato
Prato, O domina, *floribus* ornatam fero;
Ubi neque pastor vult pascere suos greges,
Quo neque venit adhuc ferrum, sed illibatum
Pratum vernum apis peragrat:

Pudor vero rigat rore fluviatili,
Quibus nihil est studio partum, sed ab ipsa natura
Castitatem sortiti sunt in omnibus rebus semper,
Illis decerpere fas est: improbis vero nefas.
Quare, O chara domina, aureæ comæ
Coronam accipe a pia manu.
Soli enim mihi est hoc munus ex mortalibus:
Et tecum versor, et tecum colloquor,
Audiens quidem tuam vocem, sed non videns tuam speciem.
Finem autem vitæ circumeam, sicut incœpi.
ɪᴍ. O rex,—oportet enim dominos vocare non nisi deos—
Num vis aliquod a me accipere bonum consilium?
ᴘ. Maxime: alioqui enim non videremur sapientes.
ᴍ. Scis igitur, quæ lex mortalibus sit constituta?
. Non novi: qua de re vero me interrogas?
. Odisse fastum, et id quod non omnibus est gratum.
Probe scio: quis enim hominum superbus non est odiosus?
In illis vero, qui sunt comes, estne aliqua gratia?
Plurima certe, et quidem etiam lucrum cum parvo labore.
Existimasne vero et inter deos idem obtinere?
Siquidem homines utimur moribus deorum.
ur ergo tu venerandam Deam non salutas?
uam? cave vero, ne quid tuum os offendat.
enerem illam, quæ tuis foribus præsidet.
minus ipsam purus existens saluto.
neranda tamen est, et insignis inter mortales.
is alii dii et homines curæ sunt.
tus esses, si saperes, quantum te opus est sapere.
o deorum mihi placet, qui sit colendus noctu.
i, oportet honorare deos.
omites, et accedentes ad hanc ædem
e cibos: jucundum est post venationem
a plena; et convenit recreare
, ut jungens currui eas
tus cibo exerceam commode:
vero Venerem longum ego valere jubeo.
[Exit Hippolyt.
o,—juvenes enim non imitari oportet
es non ita, ut convenit servis dicere,—
us tuam statuam,
a Venus. Oportet autem veniam dare,
propter adolescentiam habens vehementiorem
i impetum,
atur; dissimula te eum audire:
es enim hominibus oportet esse Deos.
eani quoddam (str. 1.)

Saxum stillare dicitur
Fontem in quo urnæ merguntur, fluentem
Emittens *ex* rupibus,
Ibi erat mihi quædam socia,
Purpureas vestes
Fluviatili rore
Lavans, quas inde supra tergum tepidi saxi
Aprici deposuit *: Unde mihi
Primum fama venit, dominam,
Confectam tabido (*ant.* 1.)
Lecto corpus continere intra
Ædes, tenuesque vestes flavum *ejus*
Caput velare.
Tertium autem ipsam audio
Hunc in ambrosio
Ore diem
Cereris farina corpus castum abstinere,
Occultoque luctu mortis velle
Provehi ad miserum finem.
Tu enim numine possessa es, O puella, (*str.* 2.)
Sive a Pane, sive ab Hecate,
Aut a venerandis Corybantibus,
Aut a matre montivaga, lymphata, *i. e. Cybele.*
Tu vero *etiam* circa multis feris-gaudentem
Dictynnam propter peccata
Impia liborum non immolatorum causa, fatigaris:
Cursitat enim et per mare
Et terram super dumos
Et in humidis vorticibus sali.
Aut maritum, Erechthidarum (*ant.* 2.)
Principem, illum nobilem *virum*,
Regit aliquis in ædibus,
Concubitu seorsim a tuo lecto?
Aut nauta aliquis navigavit
Ex Creta veniens vir
Ad portum tunc maxime hospitalem nautis,
Adferens nuncium reginæ?
Mœrore vero propter mala *nunciata*,
In lecto ligata detinetur anima.
Solet enim cum moroso mulierum (*epod.*)
Temperamento mala misera
Ægritudo cohabitare
*Propter* partus dolores et amentiam.
Per meam ventrem venit aliquando ista aura:
Deam vero cœlestem quæ partus faciles reddit sagittas
Regentem Dianam invocavi.

Et mihi veneranda admodum sem-
per inter Deos versatur.
Sed ecce nutrix vetula ante fores
Hanc portans extra domum:
Tristis autem superciliorum nubes augetur.
Quidnam sit *hoc*, scire cupit animus *meus*,
Quid læserit
Corpus reginæ pristinum colorem mutatum habens.
IT. O hominum mala morbosque odiosos!
Quid ego tibi faciam? quid vero non faciam?
Ecce tibi hæc lux clara, ecce hic aer,
Extraque domum jam *est* morbidi
Cubile lecti:
Huc enim venire, erat omnis sermo tuus:
Brevi vero rursus festinabis in thalamos:
Nam cito mutaris et nulla re gaudes:
Neque tibi placet quod adest, quod vero non adest,
ratius ducis:
acilius autem *est* ægrotare, quam ægrotantem curare;
ud enim est simplex *malum*, cum hoc vero con-
junctus est
lorque mentis manuumque labor.
nis enim hominum vita *est* plena dolore,
ue est requies laborum;
quando aliud quiddam dulcius vita
bræ continentes occultant nebulis.
:c-amantes utique videmur esse
*lucis*, quia hæc fulget per terram,
r imperitiam alterius vitæ,
am demonstrationem rerum sub terra:
autem temere ferimur.
neum corpus, erigite caput:
im membrorum vinculis, O amicæ.
idite *meas* ex pulchris brachiis pendentes manus,
nulæ.
rave habere ornamentum capitis:
ende contortum capillum in humeros.
o sis, filia, neque moleste
us.
m morbum cum quiete
animo feres;
i est homines conflictari cum malis.

roscido fonte
im limpidæ aquæ?
in viridi

Prato reclinata quiescam?
NUT. O filia, quid dicis?
Ne apud turbam hæc dicas,
Effundens sermonem obnoxium furori.
PHÆ. Ducite me in montem: eo ad sylvam
Et ad pinus, ubi ferarum-interfectores
Frequentant canes,
Maculosis cervis insilientes:
Per deos, cupio clamore-excitare canes,
Et juxta flavam comam projicere
Thessalicum hastile, infixum tenens
In manu telum.
NUT. Undenam, O filia, ista deliras?
Quid tibi est negotii cum venatione?
Quid vero fontanos latices expetis?
Etenim juxta arcem est continuus roscidus
Clivus, unde tibi potest esse potus.
PHÆ. O domina marinæ paludis Diana,
Et curriculorum equestrium,
Utinam essem in tuis solis,
Equos Venetos domans.
NUT. Quid rursus hoc stultum profudisti verbum?
Nam modo quidem montem conscendens ad venationis
Desiderium ferebaris, modo vero contra arena
In fluctuum-experta equos *agitare* cupis.
Hæc *profecto* divinatione digna *sunt* multa,
Quisnam Deus te vexet,
Mentemque pervertat, O filia.
PHÆ. Infelix ego, quidnam feci?
Quo aberravi a sana mente?
Insanivi, lapsa sum dæmonis noxa,
Heu, heu, misera!
Nutrix, tege rursus caput meum:
Pudet enim me eorum quæ dixi.
Tege; lacrymæ mihi ex oculis erumpunt,
Et oculi vertuntur ad pudorem.
Nam sana mente frui dolore afficit,
Ipsa vero insania malum *quoddam est:* sed præstat,
Non cognoscentem perire.
NUT. Tego: meum vero quondam mors
Corpus teget?
Multo me docet vita longa.
Oportebat enim mediocres inter se mutuo
Mortales miscere amicitias,
Et non usque ad extremam medullam animæ,
Et amores animorum facile solubiles esse,

Et expelli, et extendi.
Sed affictari pro duabus unam
Animam, grave onus est, sicut etiam ego
Pro ista doleo.
Accurata vero vitæ studia
Plus aiunt nocere, quam delectare,
Et pugnare magis cum sanitate.
Sic id quod nimium est minus laudo
Quam illud, Ne quid nimis:
Et assentientur mihi sapientes.
. Mulier vetula, fidelis nutrix reginæ
Phædræ, videmus miseras tuas calamitates:
Obscurum vero nobis est, quisnam sit hic morbus:
Ex te igitur sciscitari, et audire velimus.
Haud scio interrogans: neque enim vult dicere.
Veque quæ sit origo horum malorum?
'odem redis. Nam reticet hæc omnia.
uam est ægrota, et contabuit corpore!
ıidni contabescat, quæ tertium jam diem impasta manet?
rum a morbo, an mori nitens?
ertum: abstinet autem cibo ad decessionem e vita.
ı miram dixisti, si hæc satisfaciunt marito.
ıltat enim hæc malum, et dicit non ægrotare.
'ero in ejus faciem intuens non perspicit rem?
me; peregre enim est, procul ab hac terra.
ːro nonne vim adhibes, conans
ıscere morbum hujus, et errorem mentis?
tentavi, et nihil plus effeci:
non remittam etiam nunc de meo studio,
ɜens tu quoque possis testis esse,
uerim erga dominos calamitate afflictos.—
:hara puella, priorem quidem sermonem
mur ambæ, et tu placatior fias,
riste supercilium, et asperam consilii viam.
i quid tibi non recte tunc obsecuta sum,
d aliud veniam meliorem sermonem.
ıo laboras occulto malo,
:ce adsunt ad sedandum morbum.
calamitas adsit maribus declaranda,
cis indicetur hæc res.
taces? non oportet te tacere, filia,
'eprehendere, si quid non recte dico,
tis obtemperare verbis.
ıid: huc specta: O me miseram!
tra insumimus hos labores,

Absumus autem a *proposito* tam procul quam prius; neque enim tunc
Verbis demulcebatur hæc, neque nunc obtemperat.
Sed scias tamen—ad hoc pertinacior
Esto mari—si moriaris, prodere te tuos
Liberos, paternæ non participes domus futuros,
Non per reginam equestrem Amazonem
Quæ tuis liberis dominum procreavit
Spurium, sentientem liberalia,—probe ipsum nosti,
Hippolytum. PHÆ. Heu me. NUT. Tangit te hoc?
PHÆ. Perdidisti me, nutrix, teque per Deos
Oro, ut de hoc viro taceas in posterum.
NUT. Vides? recte quidem sapis, sapiens vero, non vis
Filiisque prodesse, et tuam servare vitam.
PHÆ. Amo liberos: sed alia jactor calamitate.
NUT. O filia, puras quidem manus habes a sanguine?
PHÆ. Manus quidem sunt puræ, sed mens piaculum quoddam habet.
NUT. Num ex aliunde-oblato malo inimici alicujus?
PHÆ. Amicus me perdit non volentem non volens.
NUT. An Theseus aliquod peccatum in te peccavit?
PHÆ. Utinam ego nunquam illum læsisse videar.
NUT. Quæ est igitur illa magna res, quæ te cogit mori?
PHÆ. Sine me peccare: nec enim in te pecco.
NUT. Haud profecto volens *sinam*, sed tua culpa deficiam.
PHÆ. Quid agis? Vimne facis, pendens ex manu.
NUT. Et hæc genua non dimittam unquam.
PHÆ. Mala tibi, O misera, si audieris hæc mala.
NUT. An vero mihi majus malum accidere potest, quam te privari?
PHÆ. Perdes: res tamen ista mihi gloriam affert.
NUT. Et deinde occultas bona, supplicante me?
PHÆ. Honesta enim molimur, turpium remedium.
NUT. Ergo si dixeris *hæc*, honoratior videberis.
PHÆ. Abi per Deos, et dimitte meam dextram.
NUT. Nequaquam, siquidem non das mihi donum, quod oportebat.
PHÆ. Dabo; nam revereor tuæ manus religionem.
NUT. Tacebo jam; jam enim tuum est loqui.
PHÆ. O misera, qualem, mater, amasti amorem?
NUT. Quo amavit taurum, filia, aut cur hoc dicis?
PHÆ. Et tu, O misera soror, Bacchi conjunx.
NUT. O filia, quid accidit tibi? cognatis maledicis.
PHÆ. Egoque tertia infelix, quomodo pereo!

NUT. Obstupesco: quonam evadet hæc oratio?
ᴾHÆ. Inde nos, non nuper *sumus*, miseræ.
ıUT. Nihilo magis scio, quæ volo audire.
HÆ. Heu; quomodo tu mihi dixeris, quæ me oporteat dicere?
UT. Non sum vates, ad obscura clare cognoscenda.
ıÆ. Quid *est* hoc, quod inter homines dicunt amare?
ᴛ. Idem, O filia, est dulcissimum et simul acerbissimum.
Æ. Nos sumus expertæ sortem deteriorem.
r. Quid ais? amas, O filia, aliquem hominum?
E. Quisnam est ille Amazonis filius—
: Hippolytum dicis? PHÆ. Ex te hæc, non ex me audis.
. Heu me, quid dicis, filia? Ut me perdidisti!
Mulieres, intolerabilia hæc, non sustinebo
Vivens: ingratum diem intueor, lucem invisam.
Abjiciam, relinquam corpus: discedam
Ex *hac* vita moriens. Valete; non vivo ergo amplius.
'ontinentes enim non volentes *quidem*, sed tamen
mant mala. Venus igitur non est dea:
ɔd si quid aliud majus est dea,
ıæ hanc et me et domum perdidit.
divisti O, audivisti O (*strophe*.)
n audiendos
ginam morbos miseros fatentem.
ıam peream ego, priusquam probitatem
ıergas mentis. Heu mihi, heu, heu!
isera propter hos dolores!
umnæ, quæ nutritis homines!
ti, patefecisti in lucem mala.
am perpetua hæc ærumna te manet?
d novi fiet *in his* ædibus.
ıim est amplius obscurum, quorsum tendat infor-
nium
, O misera puella Cressa.
ɔs Trœzeniæ, quæ extremum hoc
um terræ Pelopiæ habitatis,
e *mecum* alias noctis in longo tempore
quomodo corrupta sit hominum vita.
ᵛidentur non secundum animi naturam,
facere: est enim recta *rerum* cognitio
d sic spectanda *sunt* hæc:
*em* tenemus et novimus,
cimus, alii quidem propter ignaviam,
nteponentes voluptatem honesto
ıam. Sunt enim voluptates multæ vitæ,
ɔnfabulationes et otium, jucundum malum,

Et pudor. Sunt autem duo pudorum genera: alterum quidem, bonum,
Alterum vero, onus domus: quod si appareret, ubi opus esset,
Hæc non essent duo, cum habeant easdem literas.
Hæc igitur ego cum antea cogitassem,
Nullum pharmacum est quo corrumpere
Potui, ut in contrariam mentem reciderem.
Sed dicam tibi etiam meæ mentis viam:
Postquam me vulneravit amor, considerabam, qua ratione
Pulcherrime ferrem ipsum. Itaque cœpi
Ex eo tempore occultare et celare hunc morbum.
Nam nihil fidendum linguæ, quæ aliorum quidem
Hominum cogitationes corrigere novit,
Ipsa vero sibi plurima mala accersit.
Secundo vero hanc *amoris* amentiam fortiter ferre
Castitate vincens *eam* ante decreveram.
Tertio autem, quando *modis* istis non potui
Venerem superare, mori visum est mihi
Optimum: nullus *his meis* obloquetur consiliis.
Mihi enim contingat, neque latere honesta,
Neque turpia facienti testes multos habere.
Ego quidem noram hanc rem, et morbum infamem,
Mulieremque præterea me esse, sciebam bene,
Rem omnibus invisam. Utinam *illa* pereat pessime,
Quæcunque cœpit polluere *conjugales* lectos cum viris
Prima externis! Ex nobilibus autem familiis
Hoc malum cœpit inter fœminas oriri.
Nam cum turpia placent iis qui habentur boni,
Certe valde honesta videbitur esse malis.
Odi autem eas, quæ *palam* verbis quidem sunt castæ,
Clam vero audaciam non honestam nactæ sunt.
Quæ quonam modo, O domina marina Venus,
Intuentur in vultus *suorum* conjugum?
Neque horrent tenebras *malorum* cooperatrices
Tectaque ædium, ne quando vocem edant?
Nos enim hoc ipsum interficit, O amicæ,
Ne unquam deprehendar dedecorasse meum maritum,
Nec liberos, quos peperi: sed ingenui,
Libertate loquendi florentes, incolant urbem
Nobilium Athenarum, clari propter matrem.
Servum enim reddit virum, quamvis quis audaci animo sit præditus,
Quum sibi conscius est maternorum, aut paternorum scelerum.

Solam autem hoc aiunt cum vita perdi,
Si cui justa et honesta mens adsit.
Malos autem homines ostendit aliquando,
Oppositum, velut speculum adolescentulæ,
Tempus. Apud quos ego utinam nunquam videar!
no. Heu, heu. Quam ubique pulchra est modestia,
Et egregiam gloriam inter homines adfert!
vr. Domina, mihi quidem calamitas modo
Tua repente præbuit ingentem metum:
Nunc vero agnosco me esse ineptam. Inter homines autem
Cogitationes posteriores quodammodo sunt prudentiores.
Nihil enim singulare, neque præter rationem.
Passa es; ira enim Deæ in te est grassata.
Amas. Quid hoc est mirum? cum multis hominum.
Deinde vero amoris causa animam perdes?
Haud igitur tutum illis, qui alios amant,
Et quotquot sunt amaturi, si ipsos mori sit necesse:
Nam Venus non est tolerabilis, si cum magno impetu ruat:
)uæ cedentem quidem leniter persequitur,
'uem vero superbum, magnificoeque *de se* sentientem
invenerit,
unc arreptum, (quomodo putas) duriter tractat.
dit enim per aerem, est et in marinis
ctibus Venus, omniaque ex hac sunt nata:
c est quæ seminat, et dat amorem,
ıs *amoris* omnes in terra sumus progenies.
:unque igitur scripta veterum
ɔntes, et qui semper versantur in poematiis,
nt quomodo quondam Jupiter amaverit nuptias
es, et norunt ut aliquando rapuerit
-am lucem spargens Aurora Cephalum inter deos,
r amorem: sed tamen in cœlo
nt, nec fugiunt procul a diis,
iuntur, credo, victi calamitate:
› *hæc* non sustinebis? oportebat igitur te condi-
ibus certis
;enuisse, aut sub dominis diis
ıon acquiesces hisce legibus.
ıs jam valde sana mente præditos,
sua videntes corrupta, speciem præbere non
tium?
ı patres cum liberis qui peccarant,
› Venerem? Inter callida enim
ıominum, ut lateant quæ non *sunt* honesta.
hominee vitam nimis *severam* excolere:
:um quidem, quo tectæ *sunt* ædes,

Nimis exacta cura faciunt semper: in calamitatem vero
Lapsa, quantam tu, quomodo te *hinc* evasuram putas?
Sed, si habes plura bona quam mala,
Cum sis homo, præclare agatur tecum.
Sed, O chara filia, malam mentem habere cessa,
Cessaque *Venerem* afficere contumelia; non enim aliud quam contumelia
Hæc sunt, superiorem diis esse velle:
Fortiter autem amorem tolera: Deus *enim* voluit hæc *ita fieri.*
Laborans vero morbo, morbum hunc bene fini.
Sunt autem incantationes, et verbum demulcens
Invenietur aliquod remedium morbi hujus.
Profecto enim sero *aliquid* viri invenient,
Si nos mulieres nullas artes inveniamus.
CHO. Phædra, hæc quidem dicit utiliora
Ad præsentem calamitatem, laudo vero te.
Sed hæc laus *est* odiosior verbis
Hujus et tibi longe molestior auditu.
PHÆ. Hoc est quod bene constitutas hominum civitates
Et familias evertit, nimis pulchri sermones.
Non enim oportet dicere jucunda auribus,
Sed id, ex quo gloriosus quis evadat.
NUT. Quid *adeo* magnifice loqueris? non verbis speciosis
Opus est tibi, sed viro. Celeriter dispiciendum,
Rectum de te sermonem enuntiantes.
Nisi enim tua vita in calamitatibus verteret
Tantis, et *si* esses impudica mulier,
Nunquam propter lectum et voluptatem tuam,
Huc te adhortarer: nunc vero est magnum certamen
Ut servem vitam tuam, neque hoc invidiæ *est* obnoxium.
PHÆ. O atrocia locuta, non claudes os,
Et non edes iterum turpissimos sermones?
NUT. *Sunt quidem hæc* turpia, sed meliora tamen tibi, quam honesta.
Melior enim *erit* res, si modo te servarit,
Quam illud nomen, quo tu superbiens morieris.
PHÆ. Ne per Deos (bene enim dicis, sed turpia)
Ultra hæc progrediaris; quod recte subjecerim
Animam prudentibus monitis, si vero turpia pulchre dixeris,
In id, quod fugio nunc, delapsa *peribo.*
NUT. Siquidem ita tibi videtur, *esto* oportuit quidem te non spe excidere;
Si tamen *hoc decrevisti,* pare mihi: secunda enim *est* hæc gratia.

ii domi demulcentia philtra
venerunt autem mihi modo in mentem,
ieque turpiter, neque cum læsione mentis
nt hoc morbo, si tu non fueris ignava.
nim jam ab illo quem amas, aliquod
aut sermonem aliquem, aut a vestibus *ejus*
et conjungere ex duobus unum amorem.
item unctile, an potabile *erit*, hoc pharmacum?
, O filia: velis juvari, non doceri.
mihi nimis sapiens videaris.
iere te scito: quid vero vereris?
orum indices Thesei filio.
ia: ego recte curabo hæc.
i mihi, domina marina Venus,
sis. Alia enim, quæ ego cogito,
cere nostris amicis, qui sunt intus.
or, qui per oculos (*str.* 1.)
derium, inducens suavem
uptatem *illis*, adversus quos militas,
iquam cum damno appareas,
moderatus venias.
i ignis, ne-
m supernum telum,
reum
nibus
Jovis.
stra et ad Alpheum, (*ant.* 1.)
i Pythiis delubris,
i boum auget Græcia:
o tyrannum hominum,
is
im thalamorum
on colimus,
*omines*, et per omnes
untem
quando sævit.
im (*str.* 2.)
ertem conjugii,
ie marito fuerat et
ædibus
essam comitem Aten
accham,
, *et* cum fumo,
ymenæis
Venus dedit:
opter nuptias.

O sacer Thebarum (ant. 2.)
Murus, O os Dircæ,
Dicere possitis, simul, quomodo
Venus veniat.
Cum fulmine enim ignito matrem
Bacchi a Jove geniti
Nuptam fato
Letali domuit.
Horribilia enim omnia afflant, apis autem
Velut aliqua provolat.

PHÆ. Tacete, mulieres; perditæ sumus.

CHO. Quid vero est mali, O Phædra, in tuis ædibus?

PHÆ. Cohibete vos: *ut* cognoscam sermonem illorum qui intus *sunt*.

CHO. Taceo: hoc tamen *est* malum exordium.

PHÆ. Heu me, heu, heu!
O me miseram propter mea mala, quæ patior!

CHO. Quam edis vocem? quæ clamas verba? (str. 1.)
Dicito, quæ terret te fama, O mulier,
Animum subito invadens?

PHÆ. Periimus: his autem vos astantes foribus
Audite, qualis strepitus in ædibus accidit.
Tu *stas* ad januam: tecum versatur missa (str. 2.)
Ex ædibus vox.
Dic autem, dic mihi, quidnam accidit mali?

PHÆ. Filius bellicosæ Amazonis clamat
Hippolytus, dicens contra Nutricem gravia mala.

CHO. Audio quidem sonum: clare tamen non possum (ant. 2.)
Percipere qualis.
Per fores transiit, venit tibi vox.

PHÆ. Atqui perspicue sane illam malorum conciliatricem,
Herilis lecti proditricem vocat.

CHO. Hei mihi propter mala! Prodita es, O chara. (ant. 1.)
Quid tibi dem consilii? Arcana enim sunt revelata, et periisti—

PHÆ. Heu, heu! ah ah!

CHO. Prodita *es* ab amicis.

PHÆ. Perdidit me, dicens mea infortunia,
Amice *quidem*, sed non recte curans hunc morbum.

CHO. Quomodo igitur? quid facies, O *mulier* passa incurabilia *mala?*

PHÆ. Haud scio, nisi unum, mori quam primum,
*Quod est* præsentium malorum remedium unicum.

HIP. O terra mater, Solisque exortus,
Qualium sermonum infandam audivi vocem!

NUT. Tace, O fili, priusquam audiat vocem aliquis.

HIP. Non potest fieri ut taceam, cum tam atrocia audiverim.
NUT. Oro te per tuam pulchram dextram.
HIP. Ne admoveas manum, neque attingas vestem.
NUT. O per genua tua te rogo, ne me perdas.
HIP. Quid vero perdam, siquidem, ut dicis, nihil mali locuta es?
UT. O fili, hoc meum dictum non vulgo est acceptum.
IP. Honesta tamen vulgi judicio honestius est dicere.
IT. O fili, jusjurandum ne contemnas.
P. Lingua juravit, mens vero *manet* injurata.
T. O fili, quid facies? perdes tuos amicos?
'. Abominor: nullus *enim* sceleratus est mihi amicus.
'. Ignosce: consentaneum *est* homines errare, O fili.
O Jupiter, curnam, fucatum malum hominibus,
Mulieres sub Solis luce collocasti?
Si enim volebas seminare genus humanum,
Non oportebat hoc fieri ex mulieribus:
Sed homines in tuis templis contra pendentes
ut æs, aut ferrum, aut auri pondus,
iberorum emere semen, secundum censum
ignitatis unumquemque: et in ædibus
beris habitare sine mulieribus:
inc vero primum hoc malum ducere in ædes
lentes, expendimus domus facultates.
'e autem manifestum est, quam magnum malum sit mulier:
r enim qui genuit, et educavit, addens
m, quo malo liberaretur, elocatam mittit:
vero contra malum noxium in ædes recepit
et, ornatum addens statuæ
næ pulchrum, et ornat vestibus
, facultates *suæ* domus exhauriens.
enim necessitatem: unde junctus affinitate claris
us gaudens servat acerbum lectum:
num connubium, soceros vero malos
premit bono *suum* infortunium.
vero, cui nihil *est istorum*, sed inutilis
simplicitatem mulier in ædibus collocatur.
sapientem *mulierem*: utinam vero ne saltem in domo
r quæ plus sapiat, quam oporteat mulierem.
us magis parit astutiam
ibus; mulier vero simplex
entem *exiguam*, stultitiæ *venereæ* est immunis.
bat autem ad dominas venire ancillam,
care cum ipsis muta animantia

Fera, ne quemquam alloqui possent,
Nec ex illo vocem iterum accipere.
Nunc vero malæ quidem *mulieres* mala intus agitant
Consilia, foras vero efferunt ancillæ
Ut et tu nobis patris, O scelestum caput,
Lectorum incestorum venisti ad fœdera concilianda:
Quæ *scelera* ego fluentibus aquis abstergam,
In aures injiciens. Quomodo igitur me haberem malus,
Qui, ne purus quidem esse videor, his auditis?
Probe autem *hoc* scias, te mea pietas servat, mulier.
Nisi enim jurejurando deorum incautus essem deprehensus,
Nunquam me continuissem, quin dicerem hæc patri.
Nunc vero ex ædibus quidem, quamdiu peregre extra *hanc* terram
Theseus *fuerit*, abibo, tacite vero continebimus os.
Videbo autem patris *reversus* pedibus,
Quomodo ipsum sis inspectura et tu et domina tua:
Tuam autem audaciam *jam* expertus cognoscam.
Pereatis. Nunquam vero odio satiatus desinam odisse
Mulieres, neque si quis dicat me *hoc* semper dicere:
Nam profecto et illæ semper sunt malæ.
Aut nunc eas doceat aliquis castas esse,
Aut me quoque sinat in illas invehi semper.

CHO. Infelices O miserum (*ant.*)
Mulierum fatum!
Quam jam artem, aut rationem habemus,
Frustratæ, ad dissolvendum nodum *hujus* argumenti?

PHÆ. Luimus *meritas* pœnas, O terra, et lux!
Quonam fugiens vitabo *præsentes* calamitates?
Quomodo vero, O charæ, celabo malum?
Quis deus auxiliator aut quis hominum
Adjutor, aut particeps injustorum facinorum
Apparebit? nam hoc nostrum vitæ malum
Præsens inexplicabile venit.
O ego miserrima *omnium* mulierum!

CHO. Heu, heu! actum est, nec enim successerunt artes,
Tuæ ancillæ, O domina, male vero se res habet.

PHÆ. O pessima, et corruptrix amicorum,
Quæ fecisti mihi! Jupiter et pater meus
Perdat radicitus, fulmine percutiens.
Nonne dixi an non pro tua mente prospexi,
Ut taceres *ea*, propter quæ nunc ego male affligor?
Tu vero non sustinuisti: quamobrem non amplius gloriosæ
Moriemur: sed opus est mihi jam novis rationibus.

n animum ira concitatum habens
ıtra nos patri peccata tua,
iam Pittheo seni calamitates,)
que terram omnem turpissimis sermonibus.
'eas et quicunque amicis repugnantibus
s est ad non honeste benefaciendum.
potes quidem *jure* mea reprehendere peccata:
m *te* mordet tuum *rectum* judicium superat.
'ero et ego ad hæc, si admittas, respondere.
c, et benevola sum: morbi vero tibi
remedia, inveni non quæ volui.
liciter *rem* gessissem, valde sapiens fuissem:
ı eventus enim, sapere vel non sapere putamur.
ısta *sunt* hæc, mihique sufficientia,
tis nobis, deinde verbis assentiri?
*nis* oratione utimur; ego non sapiens fui:
vel ex his licet *tibi*, filia, servari.
ui; nam et prius non recte
ı mihi, et aggressa es mala.
m de medio secede, et de teipsa
: ego enim mea recte curabo.
ıobiles puellæ Trœzeniæ,
ı mihi præbete deprecanti,
ere, quæ hic audivistis.
stam Dianam, filiam Jovis,
ıquam ex tuis malis prolaturam in lucem.
ːis. Unum vero ego hortans vos
ıitatis inventum remedium habeo,
gloriosam quidem vitam meis liberis,
ver in præsenti casu.
ıim dedecorabo familiam Cretensem,
m in conspectum Thesei,
lluta factis, propter animam unicam.
actura aliquod immedicabile malum?
odo vero hoc ego cogitabo?
lic. PHÆ. Et tu me recte mone.
enerem, quæ me perdit,
'ita hac ipsa die.
incar autem ab acerbo amore.
m etiam alteri malum
discat, in meis malis non
'sse: et hujus morbi mecum
articeps modestior esse discat.
peluncis utinam essem, (*str.* 1.)
am avem
gavo grege faceret.

Tollerer autem supra marinum
Fluctum Adriatici
Littoris Eridanique aquam.
Ubi stillant purpureum
In æstum patris ter miseræ
Puellæ Phaethontis miseratione lacrymarum
Electro pellucidos splendores.
Et ad littus pomiferum Hesperidum (*ant*. 1.)
Cantatricum conficerem *iter*,
Ubi marinus rector purpurei stagni
Non amplius concedit viam nautis,
Venerandum limitem sanciens
Cœli, quod Atlas sustinet,
Fontesque ambrosii scaturiunt
In corte aulæ Jovis,
Ubi beata donans divina submittit
Tellus felicitatem diis.
O albis velorum alis instructa Cretensis (*str*. 2.)
Navis, quæ per marinos
Fluctos maristrepos sali
Adduxisti meam dominam, beatis ab ædibus,
*Ad* infelicissimas nuptiarum delicias.
Certe enim ab utraque *regione*,
Aut e terra Cretensi, infausta
Volavit inclytas Athenas
Munychii vero in littore liga-
verunt contorta funium ini-
tia, et in terram continentem descenderunt.
Quamobrem non licitis amo- (*ant*. 2.)
ribus animum horribiliter Vene-
ris morbo demersa est:
Sæva autem obruta calamitate, tectis
A sponsalibus pendentem
Nectet laqueum circa
Candidam adaptans cervicem,
Deam tristem reveri-
ta, honestamque ambi-
ens famam, depellens-
que molestum ex animo amorem.

N. 1. Heu, heu!
Accurrite omnes, qui prope domum estis:
Domina, Thesei uxor, est in laqueis.

CHO. Heu, heu, actum est: regia jam non est amplius
Mulier, pensilibus in laqueis suspensa.

N. 1. Non festinabitis? Non adferet aliquis anceps
Ferrum, quo solvamus hunc nodum cervicis?

quid agimus? an placet ingredi in ædes,
e dominam ex abstrictis laqueis?
? annon adsunt juvenes famuli?
agere, non est tutum vitæ.
ollocate, extendentes miserum cadaver.
t hæc domi custodia dominis meis.
lix mulier, ut audio:
ut cadaver, ipsam extendunt.
scitisne, quisnam clamor in ædibus?
sonitu ancillarum pervenit *ad me*,
ı me, ut oraculi consultorem, dignatur Familia
tis salutare bene ominatis verbis.
ei senectus aliquid novi passa est?
uidem jam est ætas: sed tamen etiam
o meo dolore has destitueret ædes.
es tibi tendit hæc fortuna,
juniores mortui dolore afficient te.
eorum spoliatur vita liberorum?
tua matre quam acerbissime.
eriit uxor? ex quo casu?
nsilem strangulationis nexuit.
nfecta, an ab aliqua calamitate?
scimus: recens enim et ego ad ædes,
do, tuorum malorum deploratrix.
uid igitur his coronatus sum caput
is, qui sum infelix *Oraculorum Consultor*?
ra, ministri, portarum,
ges, ut videam sortem
e me mortua perdidit.
ra propter misera mala!
ia confecisti *hoc*
nfundat hanc domum.
ciam! O violenter mortuam
su certamen tuæ
!
vero delevit tuam miseram vitam?
er mala, quæ sum passus, O misera *Uxor*,
m malorum! O fortuna,
ihi, et *meis* ædibus accessisti,
acula ex aliqua furia!
o, vita non vivenda:
intueor pelagus malorum
quam possim emergere rursus,
ictus hujus calamitatis.
ser, quam tuam fortunam
ra, prædicans, scopum attingam?

Avis enim ut quædam ex manibus abis,
Saltu mihi acerbo ad Plutonem ruens.
Heu, heu, heu, heu miseranda, miseranda *sunt* hæc mala!
Ex anteacto autem ævo alicunde, consequor
Calamitatem *hanc*, propter peccata *in* deos,
Superiorum alicujus.

CHO. O rex non tibi soli hæc mala acciderunt:
Cum multis aliis perdidisti inclytam conjugem.

THE. Sub terra volo, sub terra caliginem *huic*
Migrans habitare, mortuus *in* tenebris miser,
Orbatus tua charissima consuetudine:
Perdidisti enim *me* magis, quam *ipsa* perieris.
Quidnam audio, unde letalis ille casus
Mulier, accessit *ad* miserum cor tuum?
Dicitne aliquis factum, an frustra turbam
Famulorum meorum continet domus regia?
Heu mihi, mihi, propter te
Miser *sum*, quantum luctum vidi ædium
Non ferendum, nequé dicendum! sed perii:
Domum desertam, et liberos orphanos conjugi
Reliquisti, reliquisti *nos*, O charissima mulierum
Optimaque, quotquot aspicit
Lumen solis, et
Noctis stelliferæ faces.

CHO. Hei miser, O miser! quantum malum habet domus!
Palpebræ meæ lacrymis
Perfusæ madefiunt tuo fato:
Sed et sequens malum horreo jampridem.
Sine, sine.
Quidnam vero istæ literæ ex chara manu
Suspensæ *sibi volunt?* Quid novi significabunt?
An vero de lecto liberisque mihi literas
Scripsit infelix, *aliquid* petens?
Bono sis animo, misera: lectos enim Thesei
Domumque non est ulla quæ sit ingressura mulier.
Atqui notæ palæ aureæ
Hujus non amplius viventis blandiuntur mihi.
Age, explicatis vinculis sigillorum,
Videam quid mihi literæ istæ dicere velint.

CHO. Heu, heu! hoc iterum novum per successionem
Addit Deus malum. Mihi igitur
Vitæ misera conditio propter fac-
tum hoc erit.
Dico enim periisse, neque amplius esse
Heu heu, domum dominorum meorum.

O Deus, si possibile est, ne evertas domum,
Audi vero precantem: ad alicujus enim
Novi mali sinistrum augurium, ut vates, horresco.
THE. Hei mihi! quale hoc aliud malum ad malum accessit
Non ferendum, neque dicendum! O me miserum!
HO. Quid rei est? dicito, si quid mea interest.
IE. Clamant clamant literæ non ferenda. Quo fugiens vitabo
Molem malorum? perditus enim ab eo
Quale, quale vidi in scriptis carmen
Loquens miser!
. Heu, heu, profers sermonem autorem malorum.
. Hoc profecto non amplius intra portas oris
Continebo ægre proferendum noxium, noxium malum:
O civitas!
Hippolytus ausus est attingere thalamum
Per vim, venerando Jovis oculo contempto.
ed, O pater Neptune, quas mihi aliquando
res imprecationes promisisti, una confice
: istis meum filium, diem vero ne effugiat
mc, si modo nobis dedisti imprecationes, eventu ratas.
x, deprecare hæc rursus a diis:
lliges enim te peccasse: pare mihi.
fiet. Præterea vero expellam ipsum ex hac terra,
rum vero fatorum altero mactabitur:
enim Neptunus ipsum ad domum Plutonis
: mortuum, meas imprecationes honorans,
xpulsus ex hac terra vagans
a peregrina miseram vitam deget.
lle ipse filius tuus opportune adest,
ytus: remittens autem malam iram, rex
optime tuæ consule familiæ.
tuum clamorem, pater, veni
: sed tamen rem, propter quam nunc gemis,
, cuperem autem ex te audire.
rei est? tuam conjugem, pater, video,
: hoc dignum est maxima admiratione:
lo reliqui, quæ hanc lucem
quo intuebatur.
t ei? quo modo periit?
ex te audire.—
ntii vero nullus est usus in malis:
æ cupit tua omnia audire
udiendi avidum esse deprehenditur.
icos, ut aliquid amplius quam amicos,
um, O pater, tuas calamitates.
bus peccantes homines temere,

Cur utique artes quidem sexcentas docetis
Et omnia machinamini et excogitatis?
Unum vero non scitis, neque quæsivistis adhuc,
Ut sapere doceatis *illos*, quibus non inest mens?
HIP. Peritum sapientiæ doctorem dixisti, quicumque recte sapere
Non sapientes potis est cogere:
Sed—non opportuno enim tempore subtiliter disputas, pater—
Metuo ne tua lingua excedat modum præ malis.
THE. Heu, oportebat hominibus notam amicorum
Manifestam aliquam esse, et dijudicationem mentis,
Quisnam verus sit et quis non *verus* amicus:
Et omnes homines duplicem vocem habere,
Unam quidem veracem, alteram vero qualemcunque,
Ut quæ cogitaret injusta argueretur
A justa, et tum neutiquam deciperemur.
HIP. An vero apud tuas aures aliquis me calumniatus est
Ex amicis, laboramus autem, quam vis nulli culpæ simus affines?
Obstupesco quidem: nam perterrefaciunt me tua
Verba, a sana mente aberrantia.
THE. Proh humanam mentem, quo progredietur?
Quis finis temeritatis et audaciæ erit?
Si enim ad seculorum rationem augescet,
Et posterior priore longe
Deterior sit, deos adjicere terræ
Oportebit aliam terram, quæ capiat
Eos qui non sunt probi et innocui.
Intuemini vero in hunc, qui cum ex me natus sit,
Polluit meum thalamum, et convincitur
A mortua manifeste, quod fuerit flagitiosissimus.
Ostende igitur, quandoquidem in piaculum venisti,
Tuam faciem hic coram patre.
Tu igitur cum diis, tanquam excellens vir existens,
Versaris? tu castus *es* et incorruptus a malis?
Ego non amplius credam tuæ jactationi,
Tribuens diis præ imperitia desipere.
Jam gloriare, et esu inanimatorum
Indolem cauponare, et habens magistrum Orphea
Bacchare, multorum colens fumos librorum.
Siquidem deprehensus es. Tales autem ego
Omnibus fugiendos esse moneo: venantur enim
Magnificis verbis, turpia agitantes.
Hæc est mortua; hoc tibi saluti esse putas:
At in hoc ipso, O pessime, captus es.

›d jusjurandum gravius, quæ verba
possunt, ut crimen effugias?
quod illa te oderit, et nothum genus
i invisum esse?
ur ipsam malam esse mercatricem vitæ,
ii perdidit seipsam.
quod viris libido quidem non inest,
is vero innata est? ego novi juvenes
iores esse mulieribus,
'enus turbat juvenilem animum:
ıs prodest eis prætensa.
ır quid tuis verbis certans hæc oppono,
ver adsit, *quod est* certissimus testis?
: hac terra quam celerrime exul,
›ficiscaris Athenas divinitus ædificatas,
ines terræ, cui sceptrum meum imperat:
ectus hac injuria a te vincerer,
[sthmius Sinis testabitur a me
sed me frustra gloriari,
is sodales Scironides unquam
it, me gravem esse malis.
nodo dicam felicem esse ullum
nam primaria rursus retroversa sunt.
uidem ira et commotio animi tui
*st:* rem tamen quæ pulchras habet orationes,
volverit, non esset pulchrum.
*n* ineptus, ad verba faciendum apud turbam,
›s vero et paucos peritior.
ı et hoc congruentiam aliquam: qui enim
›ientes
pretii, illi sunt aptiores ad loquendum apud

›e est, veniente calamitate,
solvere; primum autem incipiam dicere,
ıs adortus es ut perditurus,
ıdicturum. Intueris hoc lumen,
ı his non est vir me
etiamsi tu neges.
quidem novi colere deos,
ımicos, malorum rudes,
*est* pudor, neque inhonesta suadere,
subministrare turpia sodalibus:
*um* derisor familiarium, pater,
amicis tam absentibus, quam præsentibus.
*nis sum* immunis, quo me damnasse nunc

In hunc enim diem meum corpus est purum a concubitu,
Neque novi hunc *Veneris* actum, nisi verbis audiens,
Picturaque cernens: neque enim hæc spectare
Promptus sum, habens animum virginalem.
Sane vero mea pudicitia tibi forte *rem* non persuadet.
Oportet te ostendere, quo modo perierit.
Utrum hujus corpus pulchritudine superaret
Omnes mulieres? an me habitaturum tuam domum
Speraverim, accepto hæreditario lecto?
Stultus enim sic fuissem, et plane desipiens.
An *hoc feci*, quod regnare jucundum *sit?* sapientibus
Minime profecto, nisi mentes corruperit
Hominum, quibus placet, monarchia.
Ego enim in certaminibus quidem Græcis vincere
Primus vellem; in urbe vero secundus
Cum optimis amicis semper vivere feliciter.
Rem enim feliciter genere *sic* licet; periculumque absens
Majorem tyrannide largitur voluptatem.
Unum meorum *argumentum* non est dictum, cætera vero habes:
Si enim esset mihi testis, qualis ego sum,
Et certarem ista lucem vidente,
Factis convicisses malos, si indagasses.
Nunc vero Jovem custodem jurisjurandi, et hoc solum terræ
Juro, me nunquam attigisse tuam conjugem,
Neque voluisse, neque in mentem *hoc* mihi venisse.
Alioqui peream inglorius, infamis,
Sine civitate, ædibus, exul errans in terra:
Et neque mare, neque terra recipiat meas
Carnes defuncti, si sum sceleratus vir.
An autem illa metuens, perdiderit vitam,
Nescio: nam mihi non licet dicere ultra.
Fuit prudens, cum *tamen* non posset esse casta:
Nos vero habentes *castitatem*, ea non recte sumus usi.

CHO. Sufficientem dixisti criminis *objecti* depulsionem,
Jusjurandum præbens, non leve documentum, deorum.

THE. Nonne hic est incantator et præstigiator,
Qui confidit morum lenitate se meum
Animum flexurum, cum patrem me ignominia affecerit?

HIP. Atqui *in* te valde hæc miror, pater:
Si enim *meus* tu esses filius, ego vero tuus pater,
Interfecissem profecto te, nec exilio mulctassem,
Siquidem ausus fuisses meam uxorem attingere.

THE. Quam recte hoc dixisti: non sic morieris,
Sicut tu tibi ipsi hanc proposuisti legem:

*Cita enim mors est gratissima* infelici homini.
*Sed ex patria terra exul* errans,
*In terra peregrina miseram* vitam ages:
*Hæc enim est merces* homini impio.
*HIP. Hei mihi, quid facies?* neque tempus indicem
*Contra nos expectabis, sed* me expelles e terra?
*IE. Ultra quidem Oceanum,* et loca Atlantica;
*Si quomodo possim, sic* odi tuum caput.
*P. Neque jusjurandum, neque* fidem, neque vatum
*Dicta explorans,* me indemnatum ex *hoc* agro ejicies?
*:. Hæc epistola, sortes non* expectans,
*Accusat te fideliter:* istis vero supra caput
*Volantibus avibus* longum ego valere dico.
*O Dii, cur igitur* non solvam meum os,
*Qui a vobis, quos colo,* perdor?
*Haudquaquam;* neque sic enim persuasero iis, quibus *me oportet,*
*rustra* autem violarem jusjurandum, quod juravi.
*ei mihi:* ut me interficit tua sanctimonia.
*n* abibis quam celerrime extra patrium solum?
*o igitur miser me vertam?* cujus hospitis
*mum ingrediar,* propter hoc crimen exulans?
*libenter* corruptores fœminarum
*pites et inquilinos* alit pulchrarum.
*heu! hoc* ad hepar, et prope lachrymas est,
*! jam malus* deferor et videor tibi.
oportebat gemere et desperare,
*usus es injuria* afficere uxorem patris tui.
*us,* utinam mihi vocem ederes,
areris, an sim malus vir.
*is* ad testes mutos? clare
s, *quæ non* loquitur, indicat te esse malum.

*liceret mihi* me ipsum aspicere coram
quippe fletu lugeo, qualia mala patior.
*gis* assuefecisti teipsum colere,
*tatem* exercere erga parentes, quod debebas.
*felix,* O acerbi natales!
*rum* amicorum sit unquam nothus.
*is* eum, servi? non auditis
*em* jussisse hunc in exilium pelli?
*ur* aliquis ipsorum me tanget:
, si tibi animus *est,* expelle *me ex hac* terra.
nisi meis pareas verbis:
isericordia tui me subit exilii.
ut videtur: O me miserum!

Quia scio quidem hæc, nescio tamen quomodo *hæc* efferam.
O charissima mihi deorum, filia Latonæ,
Cohabitatrix, socia-venationis, fugiemus igitur
Inclytas Athenas: sed valeat urbs,
Et terra Erechthei: O solum Trœzenium,
Quam multa habes jucunda ad pubertatem transigendam,
Vale, postremum enim te videns alloquor.
O juvenes, quos æquales habui in hac terra, ite,
Salutate nos, et deducite *ex hac* terra:
Quia non alium *me* castiorem hominem unquam
Videbitis, etiamsi hæc non videantur patri meo.

CHO. Certe valde mihi deorum curæ, quoties animum subeunt, (*str.* 1.)
Dolores auferunt:
Scientiam vero quandam spe possidens
Deficio fortunasque hominum, et facta intuens:
Alia enim alias vicibus mutantur
Et hominibus variatur vita
Semper multis erroribus obnoxia.
Utinam mihi precanti divinitus fatum hoc concedat, (*ant.* 1.)
Fortunam cum divitiis
Et animum non vexatum curis:
Et opinio neque subtilis neque iterum absurda contingat:
Faciles vero mores crastinum
Immutans tempus semper
Vitam degam beatam.
Non amplius enim placidam mentem habeo, præter spem et contristor: (*str.* 2.)
Postquam Græcæ
Minervæ clarissimam stellam
Vidimus, vidimus ob patris iram
In aliam terram mitti.
O arena urbani littoris
Et saltus montane, quo *cum* canibus
Celeribus ascendisti, assuetus feras interficiens
Circa castam Dictynnam.
Non amplius jugum equorum Venetorum conscendes (*ant.* 2.)
Quod circa lacum est curriculum
Implens pede equi exercitati.
Ei nocturna Musa chordarum sub jugo
Cessabit in domo paterna:
Sine coronis autem *erunt* mansiones puellæ
Latonæ in profundis frondibus:
Nuptiales vero perierunt * * * exilio tuo

ones de connubio puellis.
› propter tuam calamitatem (*epod.*)
ım
felix: O misera
ustra peperisti: heu,
› Diis:
vos Gratiæ conjugales,
nc miserum e terra patria
ılpæ reum,
›rocul ab his ædibus.
clam hunc Hippolyti video
ristem tendentem ad domum.
ıs dominum hujus terræ Theseum
O mulieres? si novistis, mihi
. Nunquid intra hanc domum?
reditur ex ædibus.
ero rem dignam mæstitia
bus, qui urbem Atheniensium
: fines terræ Trœzeniæ.
st? an nova aliqua calamitas
s urbes invasit?
non amplius *est*, ut ita dicam:
en temporis momento videt hanc lucem *adhuc.*
m aliquis hostiliter cum eo egit,
gem per vim, ut patris, fœde stuprarit?
rii currus perdidit eum,
ones oris tui, quas tu patri tuo
is vovisti de tuo filio.
›tune, quam vere es pater meus,
visti meas imprecationes.
am perierit, dic: quo modo Justitiæ
ıit eum, qui me dedecore affecit?
iuxta littus, quod alluitur fluctibus
uorum pectebamus crines,
ım venit nuncius quidam dicens,
plius in hac terra acturus esset
abens a te mandatum miseri exilii.
nit ferens idem carmen lacrymarum
ı: maximus autem a tergo sequens
ım æqualium simul ibat.
dixit, sedatis luctibus:
›ro? obtemperandum est verbis patris.
ferentes juga curribus,
m amplius est mihi hæc civitas.
es festinabant,
apparatos

Equos ad dominum ipsum stetimus.
Apprehendit vero manibus habenas a sede currus,
Vilibus ocreis inserens pedem.
Et primum quidem diis dixit passis manibus,
Jupiter, peream, si malus sum vir!
Sentiat autem pater, quomodo nos ignominiose tractet,
Vel mortuos, vel lucem intuentes.
Deinde accipiens stimulum in manus, admovit
Equis simul. Nos vero ministri pone currum
Prope frena sequebamur dominum
Illa via, quæ fert recta ad Argos et Epidaurum.
Sed postquam intravimus in locum desertum,
Est quoddam littus ultra hanc terram,
Situm jam ad mare Saronicum.
Inde quidam sonitus, tonitru Jovis subterraneum,
Emisit vehementem fremitum, horribilem auditu:
Caput autem statuerunt erectum, et aurem in cœlum
Equi: erat vero, in nobis metus ingens,
Undenam esse sonitus: sed in marinum
Littus intuentes, vidimus ingentem
Fluctum cœlum attingentem, ut adimeretur
Meis oculis prospectus littoris Scironii:
Texit autem Isthmum, et petram Æsculapii.
Deinde vero intumescens, et undique spumam
Plurimam effundens-cum-sonitu, marino æstu,
Venit ad littus, ubi erant quadrigæ:
Et cum ipsa procella, et gravi tempestate,
Fluctus ille emisit Taurum, ferum monstrum,
Cujus sonitu terra omnis plena
Horribiliter resonabat: intuentibus autem
Hoc spectaculum apparebat pejus sono:
Statim autem equos gravis invasit metus:
Et dominus quidem in re equestri
Multum versatus, corripuit manibus habenas,
Traxit autem ut remum vir nauticus,
Loris pone circumdatis ligans corpus:
Sed equi mordentes frænos in igni factos, suis mandibuli
Violenter ferunt, neque manum rectoris,
Neque lora, neque bene compactos currus
Curantes. Et si quidem in plana
Terræ habens gubernacula flectebat cursum,
Apparebat anterius, ut Hippolytus retro iret,
Taurus, perterrefaciens insano metu quadrijugum curru
Quod si ferebantur versus petras, animo furentes,
Tacite appropinquans currui, simul comitabatur
Eousque, donec turbavit et retroegit,

ns curvaturam rotæ saxo,
utem erant confusa ; et radii sursum
saliebant axiumque clavi,
miser loris implicitus,
vinctus vinculo inexplicabili,
uidem charum caput ad petras,
iens vero corpus, et clamans horribilia auditu :
equi nutriti in meis præsepibus,
rdatis, O misera patris imprecatio !
sens vult servare virum optimum ?
em volentes, tardo pede
us. Ille vero solutus e vinculis
lororum, nescis quomodo,
ans adhuc exiguam vitam ;
ccultati sunt, et infelix caput
id scio ubinam terræ montosæ.
O rex, sum quidem famulus tuorum ædium,
eo nunquam adduci potero,
tuum filium esse improbum ;
tum genus mulierum suspendatur,
iteris impleat omnem in Ida monte
andoquidem scio eum esse probum.
Perfectæ sunt calamitates novorum malorum,
necessitatisque effugium.
n viri, qui passus est hæc,
um istis verbis. Nunc autem reveritus
lum, propterea quod est ex me natus,
tor, neque contristor his malis.
itur ? ferre, aut quid oportet misero
gratificari animo tuo ?
meo consilio usus,
delis in tuum filium infelicem.
n, ut, videns coram,
avit se polluisse meos lectos,
cam, deorumque calamitatibus.
nflexibilem animum et hominum
ius : simulque
rus pluma circumfundens,
i,
uper terram et valde resonans
mare,
pido, quem furenti corde
s
naturam
montibus diligentium,
et quæcunque terra alit,

Quam sol ardens videt,
Et viros. Universorum enim
Regium honorem, Venus,
Horum sola obtines.
DIA. Jubeo te nobilem Ægei
Filium audire;
Diana vero filia Latonæ compellat te.
O Theseu, cur miser istis delectaris,
Cum injuste interfeceris tuum filium,
Falsis verbis persuasus uxoris
Incerta: manifestam vero nactus es culpam.
Cur non sub terræ tartara occultas
Corpus erubescens?
Aut alatus sursum transferens vitam
Pedem hunc extra noxas elevas?
Quia cum bonis viris, tibi non
Possidenda est pars vitæ.
Audi, Theseu, statum tuorum malorum;
Etsi nihil proficiam, tamen dolore afficiam te.
Sed *huc* veni, ut ostendam animum filii
Tui justum; ut in bona fama moreretur,
Et uxoris tuæ furorem, aut aliquo modo
Generositatem: a Dea enim invisissima
Nobis, quotquot virginitas voluptati est,
Morsa stimulis, amavit tuum filium.
Ratione autem superare Venerem conans,
Nutricis periit non volens machinis,
Quæ tuo filio, jurejurando interposito, indicat morbum.
Hic autem, ut justum erat, non obtemperabat
Verbis, neque rursum male tractatus a te,
Irritam fecit fidem jurisjurandi, cum esset pius.
Illa vero, timens ne proderetur,
Scripsit falsas literas, et perdidit
Dolo tuum filium, sed tamen rem persuasit tibi.
THE. Heu, heu! DIA. Mordet te, Theseu, hæc oratio sed expecta,
Audiens quæ sequuntur, ut plus plores.
An non scis te imprecationes ratas habuisse a patre?
Quarum unum tu, O pessime, transtulisti
In filium tuum, cum posses in inimicum aliquem.
Pater quidem marinus, recte sentiens
Dedit, quantum oportuit, quandoquidem promisit:
Tu vero in illum, et in me malus videris,
Qui neque fidem, neque vocem vatum
Expectasti, neque explorasti, neque tempori longo
Deliberationem tribuisti, sed citius, quam te oportebat,

iones emisisti in filium, eumque occidisti.
peream. DIA. Fecisti atrocia, sed tamen
ites horum veniam consequi.
us voluit, fierent ut ista,
ram *suam*. Diis hæc est lex;
t *adversario* studio
occurrere, sed cedimus semper.
rto scito, si non timuissem Jovem,
venissem ego eo dedecoris,
omnium mihi charissimum mortalium
em. Tuum vero peccatum
norantia liberat a malitia:
o uxor *tua* defuncta præcidit
probationes, ne tuum persuaderent animum.
ime tibi hæc mala confluxerunt,
i dolor: pios enim Dii
gaudent: sed malos
iberis, et domibus perdimus.
r ille jam venit,
niles
aput fœde tractatus.
rumna, qualis accidit
libus
aitus invadens.
eu, heu!
b injusto patre
e dilaniatus sum.
hei mihi mihi!
: per meum caput,
o salit spasmus.
tum corpus quiete recreem.
O odiosum jugum equorum, quos mea

, et occidisti.
er Deos, placide, servi,
nanibus corpus laceratum.
tit ad dextram lateribus?
lite; æqualiter autem trahite,
execratum
Jupiter, Jupiter, hæc vides?
, et cultor deorum,
nentia cunctos supero,
festam mortem, prorsus
frustra vero labores

ercui.

Heu, heu, heu, heu!
Et nunc dolor me, dolor invadit.
Dimittite me miserum;
Et veniat mihi Orcus Medicus.
Perditis me, perditis infe-
licem: ancipitem ensem cupio
Ut me dissecem,
Et sopiam meam vitam.
O infelicem patris mei imprecationem,
Priscorum progenitorum
Et pollutorum cæde cognatorum
Malum terminatur in me, neque cunctatur:
Et venit in me,—curnam? illum, qui nullo mo-
do est *horum* malorum causa.
Hei mihi, mihi! quid dicam?
Quomodo vero liberabo vitam
Meam ab hoc immedicabili malo?
Utinam me miserum consopiat
Plutonis atra nocturnaque necessitas.

DIA. O infelix, quali calamitati adstrictus es!
Generosus autem animus ille tuus te perdidit.

HIP. (Sine.) O divinum halitum odoris! etenim licet in malis
Sim, tamen sensi te, et levatus sum corpore.
Estne in his locis dea Diana?

DIA. O miser, adest tibi charissima dea.

HIP. Videsne me, Domina, quam sim miser?

DIA. Video; sed non fas est me lacrymas emittere ex oculis.

HIP. Non amplius est tuus venator, neque minister.

DIA. Non profecto; sed mihi dilectus periisti.

HIP. Neque agitator equorum, neque *tuarum* statuarum custos.

DIA. Venus enim veteratoria sic machinata est.

HIP. Heu mihi! Agnosco jam deam, quæ me perdidit.

DIA. Questa est de honore, infesta enim tibi fuit, quid castus eras.

HIP. Una perdidit, ut sentio, nos tres.

DIA. Patrem, et te, et tertiam, uxorem patris.

HIP. Deploro igitur et patris infortunia.

DIA. Deceptus est consilio deæ.

HIP. O infelix tu, pater, propter hanc calamitatem!

THE. Perii, fili; nec *ulla* mihi voluptas *est* vitæ.

HIP. Doleo magis tuam vicem, quam meam, propter hoc erratum.

THE. Utinam vero, fili, pro te mortuus essem.

HIP. O dona acerba patris tui Neptuni!

THE. Utinam nunquam venissent mihi in meum os!

HIP. Quid vero? interfecisses me *nihilominus*, adeo tu eras iratus.

THE. Mente enim *tunc* eramus a diis privati.
HIP. (Heu!) utinam *et* mortalium genus Deos execrari posset!
DIA. Sine: non enim, non sub caliginem terræ
Deæ Veneris vehementia neglectæ
Irruunt iræ in tuum corpus,
Propter tuam pietatem, et bonam mentem.
Ego enim ipsius alium hac mea manu,
Qui longe charissimus *ipsi* fuerit mortalium,
His telis inevitabilibus ulciscar.
Tibi vero, O miser, pro his malis,
Maximos honores in urbe Trœzenia
Dabo: nam puellæ imputatæ ante nuptias
Tibi tondebunt crines, per longum ævum
Maximum luctum lacrymarum lucranti.
Semper vero virginum de te musicum
Studium erit, nec ignotus cadens
In te amor Phædræ tacebitur.
Tu vero, O fili senis Ægei, suscipe
Tuum filium in ulnas, et attrahe;
Invitus enim eum perdidisti. Homines vero
Consentaneum est peccare, diis permittentibus.
Et te adhortor, ut non odio prosequaris tuum patrem,
Hippolyte: habes enim fatum quo periisti.
Et vale: nam non fas est mihi intueri mortuos,
Neque polluere oculos anhelitu moribundo:
Video enim te jam vicinum esse huic malo.
HIP. Læta et tu vade, beata virgo:
Longumque relinquas leviter consuetudinem.
Querelam vero in patrem dimitto, *sic* te volente:
Nam et ante *semper* tuis obtemperavi verbis.
Heu, heu! venit mihi caligo jam in oculos.
Accipe me, pater, et erige corpus.
THE. Hei mihi, fili, quid mihi facis misero?
HIP. Perii, et jam video portas inferorum.
THE. An relinquens pollutam mentem meam?
HIP. Nequaquam, quandoquidem te libero ab hac cæde.
THE. Quid ais? dimittis me liberum a culpa necis?
HIP. Testor Dianam sagittis *feras* domantem.
THE. O charissime, quam generosus es erga patrem!
HIP. O pater, vale et tu, vale plurimum.
THE. Heu mentem tuam piam et bonam!
HIP. Opta te consequi tales genuinos liberos.
THE. Ne utique deseras me, fili, sed fortis sis.
HIP. Quicquid erat mihi forte, abiit: perii enim, pater:
Tegito autem faciem meam quam celerrime peplis.

H[illegible] [illegible] Paiadis,
E[illegible] [illegible]ga amor!
D[illegible] [illegible] tan mala!
L[illegible] [illegible]-cabos
[illegible]

[illegible] tempestas:
[illegible] tardia
[illegible]

# EURIPIDIS

## ALCESTIS.

# DRAMATIS PERSONÆ.

APOLLO.

ORCUS.

CHORUS SENUM PHERÆORUM.

ANCILLA.

ALCESTIS.

SERVUS.

ADMETUS.

EUMELUS.

HERCULES.

PHERES.

# EURIPIDIS

## ALCESTIS.

AP. O DOMUS Admeti, in qua sustinui ego
Servilem mensam boni-consulere, quamvis essem deus.
Jupiter enim, interfecto filio meo, causa,
Æsculapio, pectoribus immisso fulmine:
Cujus *causa* ego iratus, fabros dialis ignis
Occidi Cyclopas: itaque me servire pater
Mortalem apud virum horum mulctam coegit.
Cum igitur venissem in hanc terram, boves pavi hospitis,
Et servavi hanc domum usque in hunc diem.
In pium enim virum pius incidi,
Filium Pheretis, quem liberavi a morte,
Parcis deceptis. Promiserunt enim mihi deæ,
Admetum præsentem mortem effugiturum esse,
Alio cadavere inferis facta permutatione dato.
Cumque omnes exploraret et circumiret amicos
Patrem et anum matrem, quæ ipsum peperit,
Neminem tamen invenit præter conjugem, quæ vellet
Mori pro ipso, et non amplius intueri hanc lucem;
Quæ nunc in ædibus manibus gestatur
Agens animam: eam enim in hoc die
Fatale est mori et discedere ex vita.
Ego vero, ne me piaculum in domo deprehendat,
Relinquam ædium harum charissima tecta.
Jam enim hunc Orcum video prope *nos esse*,
Sacerdotem mortuorum, qui ipsam ad inferos
Est deducturus: convenienter autem advenit
Hunc diem observans, quo fatale est eam mori.
[illegible] Ehem, ehem, ah, ah!
Quid tu ad ædes has? Quid tu versaris hic,
Phœbe? rursus injuste facis, inferorum honores
Carpens et tollens?

Non satis tibi fuit fatum Admeti
Impedire, Parcas dolosa
Decipienti arte? nunc vero iterum
Manum arcu armans excubas,
Quæ hoc promisit, maritum libe-
rans ipsa pro eo mori, Peliæ filia.

AP. Bono sis animo: jus enim et rationes bonas habeo.

ORC. Quid igitur arcu opus est, si jus habes?

AP. Usitatum est mihi semper hæc gestare.

ORC. An etiam injuste his ædibus opitulari?

AP. Angor enim calamitatibus amici viri.

ORC. Et defraudabis me etiam hoc altero mortuo?

AP. At ne illum quidem per vim tibi abstuli.

ORC. Quomodo igitur supra terram est non autem sub terra?

AP. Quia uxorem permutavit, ad quam abducendam tu nunc venis.

ORC. Et quidem abducam sub terram ad inferos.

AP. Accipiens *eam tibi*: nescio enim, an tibi persuadere possim.

ORC. Occidere, quemcunque oporteat; ad hoc enim constituti sumus.

AP. Non: sed cunctantes *senes* interficere.

ORC. Capio rationem et studium tuum.

AP. Licetne igitur, ut Alcestis ad senectutem perveniat?

ORC. Non licet: me quoque honore delectari putes.

AP. Certe non plus una anima poteris auferre.

ORC. Quum juvenes obeunt, majorem consequor gloriam.

AP. Si vero anus moriatur, splendidius sepelietur.

ORC. Utilem divitibus, Phœbe, legem ponis.

AP. Quid dixisti? an etiam fefellisti præditus sapientia?

ORC. Redimerent, quibus facultas adest, ut senes morerentur.

AP. An non igitur placet tibi dare mihi hoc beneficium?

ORC. Non certe: nosti enim meos mores.

AP. Infensos hominibus, et diis invisos.

ORC. Non potes omnia obtinere, quæ non convenit te *habere*.

AP. Certe tu mitesces, quanquam sis valde crudelis.
Talis vir ad hanc Pheretis domum venit,
Mittente Eurystheo equestrem ad
Currum Thraciæ ex locis frigidis,
Qui in his Admeti ædibus hospitio exceptus
Per vim tibi hanc mulierem eripiet:
Nec tibi a nobis erit gratia,
Et tamen hæc facies, et mihi eris invisus.

ORC. Etiamsi tu multa dicas, nihil tamen plus obtinebis:
Hæc enim mulier descendit in Plutonis domos.
Accedo autem ad eam, ut gladio sacra auspicer:
Iste enim *est* sacer diis inferis,

[illegible] capillum capitis.
[illegible] ante atria?
[illegible] Admeti?
[illegible] prope est,
[illegible]
[illegible], an vivens
[illegible] Peliae filia
[illegible] quidem et omnibus aliis optima
[illegible]
[illegible] fuisse. (str.)
[illegible] vel ejulatum, vel
[illegible] in aedibus,
[illegible] confecta?
[illegible] quidem servorum
[illegible]
[illegible] inter fluctus hujus calamitatis,
[illegible]!
[illegible], si esset mortua: non
[illegible] ex aedibus cadaver elatum disparuit.
[illegible] SE. 1. Non praegestio. SE. 2. Quid tibi animum adiit?
[illegible] exequias Admetus
[illegible] conjugis peregisset? (ant.)
[illegible] ante fores
[illegible], ut receptus est mos,
[illegible] pro defunctorum foribus,
Comaque nulla ad vestibulum
Secta est, quae profecto mortuorum
In luctu cadit: non juvenilis
Plangit manus mulierum.
[illegible] Atqui haec est rata dies—
[illegible] Quid hoc ais?
[illegible] Qua fatale erat eam sub terram ire.
[illegible] Attigisti animum, attigisti etiam mentem.
[illegible] Decet quando boni tristantur
Lugere, quicunque
Bonus existimatur ab initio. (str.)
Verum neque navem
Est quo terrarum aliquis
Mittens, vel in Lyciae,
Vel ad siccas
Hammonis sedes
Hujus miserae liberare possit
Animam: fatum enim crudele appropinquat:
Deorum vero ad aras
Nullam amplius habeo

Sacerdotem, ad quem accedam.
Solus vero si in hac luce esset (*ant.*)
Oculis videns
Phœbi filius *Æsculapius*, relictis
Rediret *Alcestis* tenebricosis sedibus
Et portis Plutonis;
Mortuos enim resuscitabit,
Priusquam eum interfecit a Jove vibratum
Telum ignis fulminei.
Nunc vero quam vitæ
Spem expecto?
Omnia enim nunc tentata sunt regi-
bus, ad omnes autem aras deorum
Cruenta sacrificia plene cumulantur,
Et tamen horum malorum nullum est remedium.
Sed ecce quædam famularum ex ædibus egreditur
Lacrymans: quem eventum audiam?
Lugere quidem, si quid heris accidit,
Veniam meretur: utrum autem adhuc sit viva mulier,
An vero perierit, scire velimus.
AN. Et vivam dicere, et mortuam licet tibi.
CHO. Quomodo autem idem potest mortuus esse et vivere?
AN. Jam *morti* est vicina, et agit animam.
CHO. O miser, quali qualis existens *uxore* privaris!
AN. Nondum hoc scit dominus, priusquam acciderit.
CHO. Nulla spes igitur servandæ vitæ superest?
AN. Fatalis enim dies violenter accedit.
CHO. Num igitur fiunt illi solennia?
AN. Ornatus est paratus, quo eam sepeliet maritus.
CHO. Scito nunc *illa*, quod gloriose morietur,
Et longe optima mulier omnium, quæ sub sole sunt.
AN. Quomodo vero non optima? quis vero contradicet?
Quid convenit aliud fieri præstantissimam
Mulierem? quomodo enim magis ostendat ulla
Se magni facere maritum, quam si velit pro eo mori?
Et hæc quidem universa civitas novit:
At quæ domi egit, miraberis audiens.
Postquam enim sensit fatalem diem
Adesse, fluviali aqua candidum corpus
Lavit, et accipiens ex cedrinis arcis
Vestes et ornamenta, decore se ornavit,
Et stans ante focum precabatur:
O domina,—ego enim infra terras eo,—
Postremum te adorans petam,
Ut orphanos meos cures: et alteri quidem charam
Jungas conjugem, alteri vero generosum maritum.

uemadmodum *ipsorum* parens perit,
oriantur immature, sed felices
atrio jucundam vitam impleant.
; porro aras, quæ erant in ædibus Admeti,
llasque coronavit et precata est,
ı myrti ramis frondem,
tu, sine gemitu, neque venturum
utabat florentem colorem cutis.
ro irruens in thalamum, et in lectum,
crymari cœpit et dixit hæc:
quo virgineam solvi ego
am cum hoc viro, pro quo *jam* morior,
enim te odi. Perdidisti tamen me
erita enim te prodere, et maritum,
.lia vero aliqua mulier te possidebit,
ı castior, sed fortasse felicior.
autem *eum* advoluta: totus vero lectus
anante rigabatur proluvie.
ıtem multarum lacrymarum habuit satietatem,
ra thalamum, discedens a lecto,
ssa ex thalamo *eodem* rediit,
in lectum iterum atque iterum.
. matris veste pendentes
lla vero suscipiens in ulnas,
ıs alium, tanquam jam moritura.
famuli in ædibus plorabant,
ıerantes. Illa vero dextram
ıgulis, et nullus erat tam vilis,
oqueretur, et compellaretur ab eo vicissim.
t in ædibus Admeti.
uidem periisset; nunc vero cum *mortem*

m habet, cujus nunquam obliviscetur.
gemet Admetus,
oportet privari bona conjuge?
manibus habens charam conjugem,
ı, ne se deserat, impossibilia
umitur enim, et contabescit morbo
ıta, miserum manuum pondus.
paululum adhuc spirans,
ndidum lumen solis,
rursus, et nunc postremum
ue solis sit visura.)
ım nunciabo præsentiam:
subditi bene volunt dominis,
dant in malis.

Tu vero es vetus amicus dominis meis.
CHO. O Jupiter! quis tandem exitus ex malis (*str.* 1.)
Erit et remedium fortunæ
Quæ *nostris* adest dominis!
Egreditur aliquis? an radam comam,
An atrum cultum vestium
Induemus jam?
AN. Manifesta quidem, Amici,
Manifesta certe: sed tamen Deos precemur:
Deorum enim *est* potentia maxima.
O rex Apollo,
Invenias aliquam Admeto malorum vitandorum rationem,
Largire jam, largire *eam:*
Nam et antehac invenisti, nunc quoque
Fias liberator ex morte,
Mortiferumque profliga Plutonem.
CHO. Papæ, heu, heu! Io! io! (*ant.* 1.)
Fili Pheretis, qualia pate-
ris uxore tua privatus!
Heu, heu, digna et hæc *sunt* cæde,
Et plus, quam laqueo collum
Sublimi admovere.
Non tantum enim charam,
Sed *etiam* charissimam conjugem mortuam
Hoc die cernes.
Vide! vide!
Hæc ex ædibus jam et maritus egreditur.
Geme, O vociferare,
O Pheræa tellus, optimam hancce
Mulierem contabescentem morbo
Sub terra, infernum ad Plutonem.
Nunquam firmabo nuptias voluptatis
Plus habere, quam doloris,
Conjecturam faciens et ex iis in quæ antea *vidi*,
Et hanc regis fortunam videns,
Qui amissa optima conjuge
Hac non vitalem
Vivet posthac vitam.
AL. O Sol et lumen diei, (*str.* 2.)
Et cælestes turbines
Nubium volitantium—
AD. Videt te et me, ambos calamitosos,
Nihil in deos peccantes, pro quo moriaris.
AL. O terra et atriorum tecta (*ant.* 2.)
Nuptialesque thalami
Paternæ Iolci!

ıam, O misera, ne me prodas:
deos rerum dominos ut tui misereantur.
mem, video, scapham (str. 3.)
n autem portitor,
ınum ad contum,
ne jam vocat: quid, inquit, cunctaris?
ı remoraris: me talia
lerat.
acerbam hanc mihi navigationem
misera, quam acerbe affligimur!
, abducit me quis:—non vides? (ant. 3.)
ortuorum,
superciliis
ns alatus Pluto.
dimitte: qualem viam ego miser-
or.
ı amicis, horum vero mihi maxime
ıibus hic luctus communis est.
mittite me jam. (str. 4.)
, non valeo
ɔpe mors adest: tenebrosa vero
los serpit.
ri, non amplius jam (ant. 4.)
jam mater vestra
ti, Io!
:n intueamini.
ıdio hunc tristem sermonem,
orte mihi majorem.
:lis me deserere,
, quos derelinques,
ecipe:
ıa, ego non amplius ero:
est, ut vivam, vel non vivam:
ıicitiam veneramur.
:s enim quomodo se res meæ habent,—
ibi, priusquam moriar, quæ volo.
afficiens, et pro mea
ıs te ut lucem hanc aspicias,
cum liceret mihi non mori,
ım Thessalum, quemcunque vellem,
num beatam regno,
·e a te avulsa
ɔis patre: nec peperci mihi,
:ns dona, quibus oblectarer.
ıs, et mater te prodiderunt,

Cum ipsis, quoad ætatem, pulchre sederet mori,
Pulchre etiam servare filium, et gloriose mori.
Solus enim ipsis eras: nec ulla spes erat,
Te mortuo, ipsos genituros aliam sobolem.
Et ego vixissem, et tu reliquum tempus,
Nec tu orbatus tua conjuge gemeres,
Neque liberos orbos educares: verum hæc quidem
Deorum aliquis effecit, ut ita se haberent.
Sed sit ita. Tu vero nobis hanc memento habere gratiam:
Nunquam enim a te dignam postulabo:—
Nam nihil est vita preciosius:—
Justam tamen, ut ipse dices: hos enim amas
Non minus quam ego liberos, siquidem sapis:
Hos patere dominos meæ domus *esse*,
Et non superinducas novercam his liberis,
Quæ cum me deterior sit mulier, ex invidia
Meis et tuis liberis manus injiciet.
Ne facias igitur hæc, abs te peto:
Noverca enim *uxori* succedens liberis *est* inimica
Prioribus, nihilo mitior quam vipera.
Et filius quidem masculus patrem habet magnum propugnaculum,
(Quem jam affatus est, et compellatus est vicissim.)
Tu vero, O filia mea, quomodo educaberis honeste?
Qualem nacta conjugem tui patris?
Ne tibi aliquam turpem imponens famam,
In ipso pubertatis flore corrumpat tuas nuptias:
Non enim mater te unquam nuptui dabit,
Nec in partu tuo *te* confirmabit animum addens, O filia,
Præsens, ubi nihil *est* matre gratius.
Oportet enim me mori: et hoc non in crastinum,
Neque in tertium *diem* Parcæ malum adventat.
Sed statim inter mortuos numerabor.
Valete hilares: et tibi quidem, marite,
Licet gloriari te habuisse optimam conjugem,
Vobis vero, liberi, vos esse matre natos optima.

CHO. Bono sis animo: pro hoc enim dicere non vereor.
Faciet hæc, si modo de sano mentis statu non excidit.

AD. Fient hæc, fient, ne metuas: postquam *enim* ego te
Et viventem habui, et mortua mea conjux
Sola vocaberis, et nulla pro te unquam
Sponsa Thessala me compellabit virum suum.
Nulla est tam nobili patre nata,
Nulla alioqui forma eminentissima mulier.
Satis enim liberorum *habeo;* horumque fruitionem precor

contingere: te enim non fruimur.
em luctum non tantum annuum,
vita mea duraverit, O conjux,
; quidem quæ me peperit, odioque habens meum
iomine enim erant amici, non re.
ins charissima pro mea
ti *me:* an non igitur gemere adest,
e talem conjugem?
o comessationes et convivarum sodalitia,
et musam, quæ occupavit meam domum.
inquam amplius attingam barbitum,
iam erigam canere ad Libycam
enim eripuisti mihi oblectationem vitæ.
manu artificum corpus tuum
lecto collocabitur,
ɔ et circumjiciens manus,
ı nomen, charam in ulnis
ere conjugem, quamvis non habeam.
idem opinor oblectationem, sed tamen onus
uriam; in somnis vero
ɔlectabis me. Gratum enim est amicus
videri, quocunque tempore adfuerit.
Orphei adesset lingua, et carmen,
:eris, aut ejus maritum
ırmine ab inferis reducere te possem,
: nec me Plutonis canis,
:or animarum Charon qui ad remum *sedet*
ıriusquam te in vitam reducerem.
e expecta, quando moriar,
lomicilium, ut mecum habitatura.
n in iisdem cedrinis arcis mea
ant *et* ut latera componant prope
tinam enim ne mortuus quidem unquam
sim, quæ sola mihi fuisti fida!
ınc luctum, ut amicus cum amico,
:er hanc una tecum feram: ipso enim

m audivistis hæc
:m, se nullam aliam ducturum unquam
neque me neglecturum.
ɔ *eadem*, et faciam hæc.
accipe liberos ex manibus meis.
certe munus ex amica manu.
s mater pro me liberis.
:essitas orbatis te talem me esse.
vere me decebat, ad inferos eo.

AD. Hei mihi, quid igitur faciam te orbatus?
ALC. Tempus minuet tibi luctum: mortuus nihil est.
AD. Duc me tecum per deos oro, duc ad inferos.
ALC. Nos sufficimus, quæ pro te morimur.
AD. O fatum, quali conjuge me privas!
ALC. Atqui tenebricosi mei gravantur oculi.
AD. Perii igitur, si me jam reliqueris, mulier.
ALC. Ut non amplius viventem nihil me dixeris *esse*.
AD. Erige faciem, ne relinquas tuos liberos.
ALC. Non quidem volens, sed valete, liberi.
AD. Intuere eos, intuere. ALC. Nihil amplius sum.
ALC. Quid agis? deseris *nos?* ALC. Vale. AD. Perii miser.—
CHO. Excessit, non amplius est Admeti conjux.
EUM. Hei mihi propter calamitatem! (*strophe.*)
Mater jam ad inferos abiit, non amplius est, O
Pater, sub sole.
Deserens autem vitam meam
Fecit me orphanum misera.
Vide enim, vide palpebras et
Resolutas manus.
Audi, audi, O
Mater, *te* obsecro.
Ego te ego, O mater,
Nunc saltem vocor tuus ad tuum ca-
dens os pullus.
AD. *Vocas* neque audientem, neque videntem: itaque ego
Et vos gravi calamitate percussi sumus.
EUM. Ego juvenis, O pater, (*antist.*)
Relinquor a chara solusque matre: O
Tristia utique passus
Ego mala * * *
* * * * * *
Tuque mecum, soror puella,
Eadem sustines: (O) pater
Frustra, frustra, uxorem du-
xisti, neque *ad* senectæ
Finem pervenisti cum ista;
Prius enim est mortua, te autem moriente,
O mater, domus periit.
CHO. Admete, necesse est hanc calamitatem ferre:
Tu enim neque primus, neque postremus mortalium
Uxore bona privatus es: scias autem,
Quod omnibus nobis mors debetur.
AD. Scio sane, nec subito hoc malum
Advolavit: cum vero scirem hæc cruciabar jampridem.
Sed—cadaveris enim faciam solennem elationem,—

una per vices canite
ırmen inferorum implacabili Deo.
ero Thessalis, quibus ego præsum,
cipes esse luctus hujus mulieris
ıa, et nigra veste:
ıe si qui jungitis, et singularibus
secate cervicis jubam.
ero ne per urbem, neque lyræ strepitus
n integris mensibus:
llum aliud charius cadaver sepeliam
neque quod sit plus de me meritum: digna

ɔnore a me afficiatur, siquidem pro me est
sola.
ı, (*str.* 1.)
ı Plutonis regno
n domum colas.
Pluto nigricomus
ad remum
ıaculum senex
leductor sedet,
longe optimam mulierum
trans paludem Acherontiam
ıi.
ɔetæ canent, (*ant.* 1.)
ı habente septem fides
mnis sine lyra cantatis celebrantes
lo annuum Carnei

ɔ cœlum
tem luna,
beatis Athenis.
ti moriens cantilenam
toribus.
me esset, (*str.* 2.)
ɔmittere
utonis tectis
ıentis
ɔrnali remo!
ica, et chara mulierum,
uisti
a permutare
levis
er te, mulier!
vum elegerit maritus connubium,
nihi erit

Odiosus liberisque tuis.
Cum *ejus* mater non voluerit (*ant.* 2.)
Pro filio terra condere
Corpus, neque patre sene
* * * * * * * * * *
Quem genuerunt, nec sustinuerunt defendere
Detestandi, habentes canam comam:
Tu vero in pubertate juvenili
Pro viro juvene moriens abis.
Tali contingat mihi potiri
Conjuge chara lecti socia:
Hæc enim sors in vita *est* rara:
Certe mecum sine molestia
Per omne ævum viveret!

HER. O hospites, hujus Pherææ terræ incolæ,
Admetum in ædibus an invenio?
CHO. Est domi filius Pheretis, O Hercules.
Verum dicito, quæ causa te *in* Thessalorum regionem
Mittit, ut *ad* hanc Pheræorum civitatem accedas?
HER. Tirynthio Eurystheo quendam conficio laborem.
CHO. Et quo vadis? cui adstrictus es errationi?
HER. Ad quadrijugum currum Diomedis Thracis auferendum.
CHO. Quomodo igitur *hoc* poteris? an es inscius hospitis?
HER. Inscius; nondum veni *in* Bistonum agrum.
CHO. Non poteris fieri dominus equorum sine pugna.
HER. Sed non erat mihi possibile labores *istos* recusare.
CHO. Interfecto igitur eo redibis, aut *interfectus* ibi manebis.
HER. Non hoc certamen primum curram ego.
CHO. Quid vero lucri-facies victo domino?
HER. Equos adducam Tirynthio regi.
CHO. Non facile *est* frænum injicere genis.
HER. Nisi spirent ignem e naribus.
CHO. At homines lacerant rapidis genis.
HER. Pabulum dicis montanarum ferarum, non equorum.
CHO. Videbis præsepia sanguine conspersa.
HER. Ipse vero, qui aluit, cujus patris filium se jactat?
CHO. Martis, *Thracarum* peltarum auro-abundantium Rex.
HER. Et hunc meo fato congruum laborem narras,—
Durum enim semper *est*, et in arduum tendit,—
Nempe oportet me cum filiis, quos Mars genuit,
Pugnam committere, primum quidem cum Lycaone,
Deinde vero Cyçno, hoc vero tertium venio
Certamen commissurus cum equis, et domino.
Sed nemo est, qui Alcmenæ filium
Unquam visurus sit metuentem hostilem manum.
CHO. Atqui ecce dominus hujus terræ

:greditur ex ædibus.
ovis, Perseique a sanguine *orte*.
, rex Thessalorum, Admete.
ıidem: scio te mihi esse benevolum.
em tonsura hac lugubri insignis es?
sum hodie quoddam cadaver.
arceat malum a tuis liberis.
:dibus liberi, quos ego genui.
ortasse ævo maturus *obiit*, si modo obiit.
et mater mea, O Hercules.
Alcestis tua uxor obiit?
le ea possum respondere.
ıortua, an de viva dicis?
:st, et dolore afficit me.
scio; obscura enim dicis.
ım, quod subire eam oportet?
sensisse pro te mori.
itur adhuc est, siquidem hæc promisit?
: *tempus* uxorem luge, in hoc differ.
ıriturus, et qui mortuus est, non amplius in

*n* interesse existimatur inter esse et non esse.
, Hercules, ego vero aliter.
ras? quis amicorum mortuus est?
ieris modo meminimus.
gena, an quæ tibi cognata fuerit?
ed tamen erat necessaria *meis* ædibus.
tur in tuis ædibus vitam amisit?
:st pupilla, patre mortuo.
n invenissemus te, Admete, non dolentem!
facturus hunc subsuis sermonem?
iam domum ibo.
rex: ne tantum *mihi* veniat malum.
ugentes, veniat, molestus *est*.
ıortui: sed tu veni in ædes.
d lugentes epulari hospites.
tium cœnacula sunt, in quæ te introdu-

tibi maximam habebo gratiam.
:re in alterius viri domum.
ırum ædium externis *i. e. posticis*
is, et *horum* præfectis dic,
sit copia: intus vero claudite
lias aularum; non decet *enim* epulantes
ı neque dolore affici hospites.
ɔosita tanta calamitate,

Admete audes? excipere hospites? num insanis?
AD. An si ex ædibus ipsum et urbe expulissem
Hospitem *ad me* profectum, magis me laudares?
Non certe, nihilo enim mea calamitas
Minor fieret, et ego essem inhospitalior.
Et ad mala, aliud hoc accederet malum,
Quod mea domus vocaretur inhospitalis.
Ego enim optimum hunc habeo hospitem,
Quum *in* Argorum siticulosum eo solum.
CHO. Quomodo igitur celasti præsentem calamitatem,
Cum vir amicus venerit, sicut tu dicis?
AD. Nunquam voluisset intrare *meam* domum,
Si quod meorum rescivisset malorum.
Atque huic quidem, opinor hæc faciens, sapere non videor,
Neque laudabit me: mea autem non sciunt
Atria repellere neque contemnere hospites.
CHO. O multorum hospita et liberalis (*str.* 1.)
Viri semper domus,
Te quoque Pythius bonus lyræ magister Apollo
Dignatus est habitare,
Et sustinuit opilio tuis
In domibus fieri,
Per obliquos colles
Canens tuis pecudibus
Pastorales hymenæos.
Et simul pascebantur oblectatione carmi- (*ant.* 1.)
num maculosæ lynces,
Ivit autem linquens Othryum saltum leonum
Fulva cohors:
Saltavit autem circa tuam citharam,
O Phœbe, vario-villo-præditus
Hinnulus supra alticomas
Abietes saliens levi pede,
Gaudens læto carmine.
Ergo ovibus ditissimam (*str.* 2.)
Domum habitas circa pulchrifluam
Bœbiam paludem; arvisque terram
Et camporum solo fines
Circa solis occiduum
Stationem cœlum
Molossorum habet,
Et marinum Ægæona ad littus
Importuosum Pelii tenet imperio.
Et nunc, aperiens domum, (*ant.* 2.)
Accipiet hospitem humidis palpebris,
Plorans charæ conjugis cadaver in

Ædibus recens-mortuum: nam
Generosa natura effertur ad pudorem.
In bonis enim omnia
Insunt sapientiæ *dona*.
In mea vero anima fiducia sedet,
Pium virum læta sorte potiturum.

AD. Virorum Pheræorum O benevola præsentia,
*Mei* quidem ministri cadaver jam omni cultu ornatum
Ferunt sublime ad sepulturam et rogum:
Vos vero mortuam, ut fert consuetudo,
Salutate egredientem postremam viam.

CHO. Atqui video tuum patrem senili pede
Venientem, et famulos in manibus tuæ conjugi
Ferentes ornatum, mortuorum grata munera.

PHE. Venio malis tuis tecum laborans, fili:
Bonam enim,—nemo contradicet,—et pudicam
Conjugem amisisti: verum hæc quidem
Ferre necesse est, quanquam sint latu *gravia*.
Accipe vero hunc ornatum, et sub terram
Eat: hujus corpus honore affici decet,
Quæ mortua est pro tua vita, fili,
Et fecit ne orbarer liberis, neque permisit
Me privatum contabescere lugubri senecta;
Omnibus vero fecit laudatissimam vitam
Mulieribus, ausa hoc generosum facinus.
O quæ servasti hunc meum filium, et rursus erexisti
Nos cadentes, vale, et in Plutonis ædibus
Bene sit tibi! dico tales nuptias
Utiles esse mortalibus, aut uxorem ducere non expedire.

AD. Non venisti vocatus a me ad hoc funus,
Neque tuam præsentiam mihi gratam esse dico.
Et tuum ornatum hæc nunquam induet:
Non enim tuarum rerum indigens sepelietur.
Tunc te dolere oportuit, quando ego peribam.
Tu vero extra cedens, et relinquens juvenem mori
Juniorem, cum tu es senex, jam deflebis hunc mortuum?
Non fuisti igitur vere mei corporis pater.
Neque illa, quæ dicitur me peperisse, et vocatur
Mater me peperit: sed a servili sanguine
Suppositus sum clanculum uberibus tuæ conjugis.
Ostendisti quis es, ut experimentum veniens,
Neque existimo me esse filium tuum.
Profecto omnes excedis timiditate,
Qui tam grandis natu, et ad vitæ metam veniens
Non voluisti, neque ausus es mori
Pro tuo filio: sed hanc sivistis

Mulierem alienigenam, quam ego et matrem
Et patrem meum juste solam existimarim *esse*.
Atqui decertasses hoc egregium certamen,
Si mortuus esses pro tuo filio, breve enim tibi
Omnino reliquum erat tempus vitæ concessum;
Et ego vixissem et ista reliquam ætatem,
Nec orbus *uxore* gemerem mea mala.
Atqui omnia, quæ viro beato contingere possunt,
Potitus es: juventutem quidem egisti in regno,
Et ego eram tibi filius hæres hujus regni,
Itaque non moriens sine liberis, aliis hanc domum
Relicturus eras orbam diripiendam.
Haud tamen dicere poteris, quod me velut contemptorem tuæ
Senectæ morti prodideris, qui nempe observantissimus
Tui semper fuerim, et pro his mihi gratiam
Talem et tu et mater mihi retulistis.
Fac igitur *alios* liberos quam ocyssime procrees,
Qui te senem alant, et mortuum te
Ornent, et in publico statuant cadaver.
Non enim ego te hac mea manu sepeliam:
Mortuus enim sum quantum in te *est:* si vero, nactus alium
Servatorem lucem aspicio, hujus dico
Et filium me esse et charum senectutis curatorem.
Frustra igitur senes optant mori,
Vituperantes senectam, et longum vitæ tempus.
Si enim prope veniat Mors, nemo vult
Mori, senectus vero non amplius est ipsis gravis.

CHO. Desinite: satis enim est præsens calamitas,
O fili: patris vero ne exasperes mentem.

PHE. O fili, quem tu gloriaris, utrum Lydum, an Phrygem,
Pecunia-comparatum *servum* tuum *te* conviciis exagitare?
An nescis me *esse* Thessalum exque Thessalo
Patre natum, vere liberum?
Nimis me contumeliose tractas, et juveniles sermones
Jaciens in nos non ita abibis jaciens.
Ego enim te *meæ* domus dominum *futurum* genui,
Et educavi ut juvarem, non ut pro te morerer:
Non enim hunc paternum morem accepi,
Ut parentes morerentur pro liberis, neque Græcis receptum.
Tibi enim ipsi sive sis infortunatus, sive fortunatus,
Natus es: quæ vero a nobis oportebat te habere, hæc habes.
Imperas enim multis, et multorum jugerum arva tibi

Relinquam: nam et hæc accepi a patre *meo*.
Qua igitur injuria te affeci? qua re te privo?
Ne moriaris pro hoc viro, neque ego pro te.
Gaudes videns lumen? et putas patrem non gaudere?
Certe reputo longum apud inferos
Tempus, brevis enim *est* vita, sed tamen dulcis.
Impudenter autem tu digladiatus es ne morereris,
Et vis *nunc* prætergressus fatalem diem,
Hac occisa: deinde *vero* meam timiditatem
Accusas, O timidissime, a muliere victe,
Quæ pro te pulchro adolescentulo mortua est?
Astute autem hoc excogitasti, ut nunquam moriaris,
Modo usque persuaseris mori præsentem
Uxorem pro te: deinde vero exprobras amicis,
Qui hæc nolunt facere, cum tu ipse sis timidus?
Tace: et existima, si tu tuam amas
Vitam, et omnes *suam* amare: si vero nobis male
Dixeris, audies multa, et non falsa mala.
CHO. Nimis multa dicta sunt et nunc, et ante, mala:
Deinde vero, senex, filium tuum maledictis insectari.
AD. Vitupera, quippe a me vituperatus: si vero doles, audiens
Verum, non oportebat te in me delinquere.
PHE. Magis utique peccassem si fuissem mortuus pro te.
AD. Idemne vero est juvenem mori, et senem?
PHE. Debemus una anima vivere, non duabus.
AD. Atqui Jove longius vivas in tempus.
PHE. An imprecaris parentibus, nulla injuria affectus?
AD. Sentio enim te amare longam vitam.
PHE. At nonne tu hoc cadaver pro te effers?
AD. Indicia tuæ, O ignavissime, timiditatis.
PHE. Nequaquam a nobis periit: non dices hoc.
AD. (Heu!) Utinam hoc viro indigeas aliquando.
PHE. Duc *uxores* multas, ut plures pro te moriantur.
AD. Tibi hoc *est* probrosum: tu enim non voluisti mori.
PHE. Dulcis *est* lux ista Dei, dulcis *est*.
AD. Malum *est* hoc tuum ingenium, nec virile.
PHE. Nonne rideres vetulum efferens cadaver?
AD. Morieris certe inglorius quum morieris.
PHE. Male audire mortuus non curo.
AD. Heu, heu! senectus quam plena *est* impudentiæ!
PHE. Hæc non erat impudens: hanc nactus es stultam.
AD. Abi tu, et sine me sepelire hoc meum cadaver.
PHE. Abeo: tu ipse vero, qui es ipsius interfector, *ipsam* sepelies.
Et insuper pœnam dabis tuis affinibus:
Vel certe Acastus non amplius erit inter viros *habendus*,

Nisi pœnas de te sumpserit pro sanguine sororis.

AD. Pereas nunc ipse, et tua conjux;
Liberis-orbi, vivo filio, sicut digni *estis*,
Senescite: nunquam enim meoum venietis sub idem tectum
Habitare: si vero deceret me per præcones interdicere *tibi*
Tua paterna domo, interdicerem.
Nos vero— præsens enim malum *est* ferendum—
Eamus, ut in rogo ponamus cadaver.

CHO. Io, Io!
O misera, propter audaciam, O generosa
Et longe præstantissima, vale: benevolus vero te
Subterraneus Mercurius et Pluto excipiat!
Si quid vero et illic plus contingit bonis,
Horum particeps
Plutonis conjugi assideas.

SER. Multos quidem jam ex omni terra
Hospites in Admeti ædes profectos scio,
Quibus adposui cibos: verum nondum hoc hospite
Deteriorem in hanc domum recepi.
Qui primum quidem lugentem herum videns
Introivit, et ausus est transire fores.
Deinde vero non modeste accepit
Quæ præsto zenia, cognita calamitate *domus*:
Sed siquid non afferremus, ultro jubebat ferre.
Arripiens autem hederaceum poculum in manus,
Bibit merum vinum nigræ matris,
Donec calefecit ipsum circumdans flamma
Vini: et coronat caput myrti ramis,
Absurda latrans, erat autem geminum melos:
Hic enim cantabat mala, quæ in Admeti *domo erant*,
Nihil curans, nos vero servi plorabamus
Heram: oculum tamen non ostendebamus hospiti
Madefacientes: sic enim mandaverat Admetus.
Et nunc ego quidem in ædibus convivio excipio
Hospitem, versutum furem et prædonem quendam,
Hæc vero *domina* ex ædibus abiit, nec *eam* sum prosecutus,
Neque extendi manum, lugens meam
Dominam, quæ mihi et omnibus servis erat
Mater: liberavit enim *nos* ex innumeris malis,
Molliens viri iram: nonne igitur hunc hospitem
Juste odi, qui luctus tempore advenit?

HER. Heus tu: quid ita tueris serium et cogitabundum?
Non oportet tristem ministrum hospitibus
Adesse, verum excipere *eos* animo comi.
Tu vero amicum virum heri *tui* præsentem cernens,
Tristi vultu et contractis superciliis

terni mali curam gerens.
:, ut fias sapientior.
naturam res mortalium habeant?
ıuc nescire: unde didicisses? itaque ex me

ines debent mori,
ɪrtalium est qui sciat,
rus in crastinum diem futurum:
fortunæ incertus est, quo evadat,
potest, neque arte ulla deprehenditur.
:um audiveris et didiceris ex me,
ısum, bibe, quotidianam
ducas esse, reliqua vero fortunæ.
.urimum suavissimam dearum
talibus: comis enim est hæc dea.
hæc omitte, et obtempera verbis
› videor tibi recte præcipere:
puto. Itaque, magnam mœstitiam omittens,
ı, limen hoc supervadens,
ıs: et certo scio, quod ex
i et contracta mente,
e impulsio poculi incidens, *i. e. libera com-*

:tem mortales, decet nos mortalia sapere,
et austeris
i me utantur judice,
ı vita, sed calamitas.
ıunc autem rem gerimus,
me et risu non *est* digna.
*est* alienigena; ne nimium
i enim hujus domus vivunt.
ondum scis mala, quæ *sunt* in sedibus.
ıus fefellit me.
ıium est amans hospitum.
um cadaver non oportuit me genio in-

o *cadaver hoc* valde et nimis domesticum

tatem aliquam domesticam ille non dixit

›bis curæ sunt mala dominorum.
xternorum malorum est initium.
tristarer videns te convivantem.
m injuriam accepi ab hospitibus meis?
s opportune venisti, ut *te* exciperemus;
n luctu: et rasuram vides

Et nigras vestes. HER. Quis ergo est mortuus?
Num aliquis liberorum, an senex pater mortuus est?
SER. Imo vero conjux Admeti periit, O hospes.
HER. Quid ais? et nihilominus tamen me hospitio excipitis?
SER. Verebatur enim te repellere ab hac domo.
HER. O miser, qualem amisisti conjugem!
SER. Periimus omnes, non illa tantum.
HER. At sensi quidem, videns oculos lacrymantes
Et rasuram et faciem: sed persuasit mihi
Dicens, se peregrinum funus ad sepulturam prosequi.
Invito autem animo has supervadens fores
Bibi in domo viri hospitalis,
In hac fortuna versantis, et commessatus sum, caput
Coronis redimitus. Sed tua culpa est, quod non dixisti,
Tanto malo *vestram* domum invadente,
Ubi eam sepeliit? ubi inveniam eam vadens?
SER. Recta via, quæ ducit Larissam,
Videbis tumulum politum extra suburbium.
HER. O cor quod multa sustinuit, et O mea anima,
Nunc ostende, qualem te filium Tirynthia
Alcmena Electryonis filia Jovi genuerit.
Oportet enim me *nunc* servare recens-mortuam
Mulierem et restituere in hanc domum
Alcestin, Admetoque gratiam referre.
Profectus igitur mortuorum regem alis nigrantem,
Orcum observabo, et spero me inventurum ipsum,
Bibentem apud tumulum de victimarum mactatarum sanguine.
Et si insidiis illi structis ex *mea* sede properans
*Eum* corripiam, et undique complexus premam meis manibus,
Nullus est, qui mihi ipsum eripiat
Dolentem latera, priusquam mulierem mihi dimiserit.
Si vero hac præda frustratus fuero, et non venerit
Ad cruentam molam, descendam ad inferos,
In obscuram domum Proserpinæ et Plutonis,
Et postulabo: et confido me reducturum esse sursum
Alcestin, ut tradam eam in manus mei hospitis,
Qui me excepit hospitio, nec abegit,
Quamvis esset gravi calamitate percussus,
Sed occultavit, generosus animi, venerans me.
Quis ex omnibus Thessalis magis est isto hospitalis?
Quis etiam ex Græciæ incolis? Quamobrem non dicet se ingrato
Benefecisse viro, cum ipse sit animo generoso.
AD. Io, io!

ssus, tristisque aspectus
ædium: hei mihi, æ, æ!
ı? ubi consistam? quid dico? quid vero non?
jueam perire?
lde infelicem mater me peperit.
ɔ mortuos, illos amo,
m habitare expeto.
ætor lucem intuens,
ı pedem eundo figens:
lem mihi ereptum
s tradidit.
ɔcede: abi *in* latebras ædium. (*str.* 1.)

;na lamentis.
CHO. Es in dolore, bene scio.
CHO. Nihil tamen juvas mortuam.
ıi!
intueri charæ conjugis
ıem) coram, triste *est*.
ı quæ sauciavit meum animum.
omini majus malum accidere potest, quam

gem? utinam nunquam uxore ducta
m hac *istas* ædes!
ælibes et sine liberis mortales.
na est: pro hac dolere,
nus:
em morbos, et nuptiales
astatos
aspicere, cum licuisset sine liberis
semper vivere.
ıeluctabile venit. (*ant.* 1.)
o. Nullum vero finem facis dolorum.
Tristia quidem *sunt hæc* latu: sed tamen—
. Perfer, non *enim* tu primus amisisti—

s enim alia calamitas
mortalium.
t O dolores propter amicos
Cur prohibuisti,
ı in cavam sepulchri fossam,
præstantissima
?
s pro una Pluto
fidelissimas,
dem infernam.

CHO. Mihi quidem erat cognatus, cui filius lamentatione dignus (*str.* 2.)
Periit in ædibus
Unicus: sed tamen
Ferebat *hoc* malum moderate, quamvis esset sine liberis,
Canas ad comas
Jam præceps existens et ætate provecta.

AD. O facies ædium, quomodo ingrediar?
Quomodo vero habitabo, mutata
Fortuna? Hei mihi: magnum enim *est* discrimen.
Tunc enim cum tedis ex monte Pelio sectis,
Et cum cantu intro ibam,
Charæ conjugis manum tenens.
Perstrepensque carmine sequebatur sodalium cœtus,
Illam quæ jam est mortua et me beatos esse prædicans,
Quod nobiles et utrinque
Ex nobilissimo genere conjuges essemus:
Nunc autem lamentatio hymenæo contraria,
Et *pro* candidis vestibus atræ vestes
Me deducunt intro,
In desertum thalami cubile.

CHO. Ad prosperam tibi sortem venit nondum experto mala (*ant.* 2.)
Hic dolor: sed servasti
Vitam *tuam* et animam.
Obiit uxor,
Reliquit amorem;
Quid novi hoc *est?* Multos
Jam spoliavit mors uxore.

AD. O amici, conjugis fortunam beatiorem
Mea esse duco, quamvis non sic visam nihilominus:
Hanc enim nullus dolor attinget posthac,
Et cum magna gloria liberata est a multis doloribus.
Ego vero, quem non oportebat vivere, prætergressus fatum,
Tristem degam vitam: nunc primum intelligo.
Quomodo enim sustinebo ingressum hujus domus?
Quem compellaturus, et a quo compellatus,
Jucundum habebo ingressum? quo me vertam?
Solitudo enim quæ intus *est* perdet me,
Uxore vacuos quum aspiciam lectos
Sellasque, in quibus sedebat, et in ædibus
Squalidum solum, liberi vero genubus
Accidentes plorabunt matrem alii vero dominam
Gement, qualem amiserint ex domo.
Domi quidem talia; foris vero me

Thessalorum agitabunt, et cœtus
mulierum: non enim sustinebo
›njugis meæ coætaneas.
:ro mihi inimicus est dicet hæc:
turpiter viventem, qui non sustinuit mori,
conjugem pro se prodens præ ignavia,
'tem: deinde tamen se virum esse putat;
:ntes, cum ipse noluerit
n famam præter reliqua mala
Quid igitur mihi vita optanda *est*, amici,
ıti et male rem gerenti?
Musas (*str*. 1.)
speculans ivi, et
:tans studia
ıitate potentius
ıllum pharmacum
abulis, quas Orphei conscripsit
quæcunque Phœbus
›steris tradidit
rumnosis
*mnas* præbens mortalibus.
*lecessitatis* nec ad aras (*ant*. 1.)
*d* simulachrum Deæ
audit victimas.
:randa, violentior
prius in vita!
uid Jupiter annuerit, tecum hoc perficit.
Chalybes
*ur* vi tu domas,
fractæ
ıdor.
*e*, inevitabilibus manuum cepit Dea vin-
(*str*. 2.)
: non enim reduces unquam ab Inferis
:os ad superos:
thi pereunt

chara, quando nobiscum erat,
ıortua nobis chara est:
ı vero omnium
sociam tori *in* ædibus.
ıorum ut vita defunctorum *merus* agger
(*ant*. 2.)
conjugis: diis at similiter
viatorum.

Et aliquis obliquam viam
Vadens hoc dicet:
Hæc quondam obiit pro viro,
Nunc vero est beata Dea,
Salve, O veneranda, et bona des *nobis.*
Tales ipsam salutabunt voces.
Atqui, ut videtur, hic Alcmenæ filius,
Admete, ad tuam domum venit.
HER. Ad virum amicum libere loqui oportet,
Admete, et non reprehensiones in pectore retinere
Tacentem: ego enim tuis malis volebam
Prope distans explorari amicus:
Tu vero non dixisti propositum cadaver
Tuæ conjugis; sed me excepisti hospitio,
Tanquam curam habens alieni mali.
Et coronavi caput, et libavi diis
Libationes tuis ædibus mœrentibus.
Quamobrem queror sane, queror hæc passus:
Non tamen te volo contristare malis.
Cujus vero rei causa venio, huc reversus denuo
Dicam. Hanc mulierem serves mihi acceptam,
Donec adducens Thracios equos huc
Rediero, interfecto tyranno Bistonum.
Nactus vero sortem, quam avertant Dii, utinam enim redeam
Do hanc ancillam tuæ familiæ.
Venit autem in meas manus *cum* multo labore:
Invenio enim aliquos publicum certamen
Ponentes athletis, dignum labore,
Unde abduco hanc, præmium victoriæ
Accipiens: illis enim, qui *in* levioribus vincebant, licebat
Equos abducere, illis vero, qui *in* gravioribus
Vincebant, *in* pugilatu et lucta, armenta;
Mulier vero præterea sequebatur: *mihi* vero incidenti,
Turpe fuisset gloriosum hoc lucrum negligere.
Verum, ut dixi, tibi oportet curæ esse hanc mulierem:
Non enim furtivam, sed cum labore adeptus
Venio; tempore autem et tu mihi gratias ages fortasse.
AD. Neque te contemnens, neque inter inimicos ponens
Celavi meæ conjugis miseras calamitates:
Sed fuisset mihi dolor hic additus dolori,
Si ivisses ad alius hospitis ædes:
Satis enim mihi fuit hoc meum deplorare malum.
Mulierem vero, si quo modo licet, oro te, rex,
Alium aliquem, qui non sit passus, qualia ego,

iube Thessalorum: multi vero tibi *sunt*
inter Pheræos: ne redigas mihi in memoriam
*n* mala.
em, videns hanc in domo,
ymis esse: ne dolenti mihi dolorem
atis enim *mea* calamitate gravor.
rte ædium educabitur juvencula?
ncula est, ut ex veste et ornatu videtur.
itur in virorum habitabit tectis?
do pura, versans inter juvenes,
est facile juvenes, O Hercules,
ego vero tui providam curam gero.
*am*, in thalamum mortuæ?
lo admittam hanc in lectum illius?
metuo reprehensionem, et ex civibus,
reprehendat, quod *uxorem* de me benemeritam
ı alterius juvenculæ lectis jaceam,
ıortuæ—digna enim est quæ a me colatur—
habere rationem. Tu autem, O mulier,
e tandem tu sis, similem habere te Alcestidi
lum scito, et esse similem corpore.
aufer per deos a meis oculis
rem, ne me occidas perditum.
n ipsam intuens, conjugem intueri
ıscat autem animum, et ex oculis
ıpunt: O me miserum,
num luctum hunc acerbum esse experior.
non possem laudare *præsentem* fortunam:
m *te*, quisquis sis tu, sustinere quod deus dat.
tantam vim haberem, ut tuam,
lucerem ex inferorum ædibus
t tibi hoc præstarem officium!
ım voluntatem: sed ubi hoc fieri potest!
st mortuos redire in vitam.
ısgrediaris modum, sed feras moderate.
ılios monere, quam miseriam sustinere.
oficies, si semper gemere velis?
ed amor quidam *ad hoc* me rapit.
mortuum, elicit lacrymas.
t multo magis quam dicere possum.
m conjugem: quis contradicet?
non amplius delectetur *vita*.
et, nunc vero malum tuum adhuc juvenescit.
is, si tempus est mori.
t te a luctu et desiderium novarum nup-

AD. Tace: quid dixisti! nunquam *hoc* putassem.
HER. Quid? non duces igitur uxorem, sed manebit viduus torus?
AD. Nulla *mulier* est, quæ cum hoc sit cubitura.
HER. Num speras aliquid te prodesse mortuæ?
AD. Illam decet honore affici, ubicunque est.
HER. Laudo quidem *hoc*, laudo: sed stultitiæ obnoxius es.
AD. Ut nunquam virum hunc sponsum vocaturus.
HER. Laudo, quia conjugi fidus es amicus.
AD. Moriar, si illam prodidero, quamvis non sit amplius *in vivis*.
HER. Recipias sodes in domum istam generosam.
AD. *Ne*, oro te per Jovem patrem tuum.
HER. Atqui peccabis, non faciens hoc.
AD. Faciens autem, mordebor dolore *in* corde.
HER. Obtempera: fortasse enim in commodum aliquod gratia excidet.
AD. (Heu!) Utinam ex certamine hanc nunquam accepisses.
HER. Cum tamen ego vinco, tu una mecum vincis.
AD. Recte dixisti, sed mulier hæc abeat.
HER. Abibit, si oportet, sed primum vide, an sit utile.
AD. Oportet, tu mihi nisi irasceris.
HER. Sciens quiddam et ego, tantum adhibeo studium.
AD. Vince itaque: non tamen grata mihi facis.
HER. Sed erit tempus, cum laudabis nos: obtempera solum.
AD. Deducite, siquidem oportet hanc recipere in ædes.
HER. Non committam hanc mulierem ministris.
AD. Tu igitur ipse ipsam introducito, si placet, in domum.
HER. Imo vero ego in tuas manus tradam.
AD. Non attingam *eam*: licet vero intrare domum.
HER. Commendo eam tantum tuæ dextræ.
AD. Cogis me, rex, non volentem facere.
HER. Ausis, extendere-manum, et attingere hospitam.
AD. Atqui extendo *eam*, ut Gorgoni caput-resectæ.
HER. Habes? AD. Etiam habeo. HER. Serva nunc eam: et Jovis
Filium olim dices esse egregium hospitem.
Intuere eam, nunquid videatur esse similis
*Tuæ* conjugi: et tu beatus jam recede a dolore.
AD. O dii, quid dicam? miraculum hoc insperatum est:
Conjugem cerno hanc meam revera.
An aliquod Dei procax gaudium me percellit?
HER. Non est *ita*: sed intueris hanc tuam conjugem.
AD. Vide tamen, ne hoc sit aliquod inferorum spectrum.
HER. Non præstigiatorem hunc hospitem adscivisti.
AD. Sed, num video conjugem, quam sepeliebam?

ıs: non miror autem te fortunæ tuæ non cre-

m, alloquar ut meam uxorem vivam?
: habes enim quod voluisti.
mæ conjugis facies et corpus,
præter spem, existimans fore ut nunquam te
:m.
vidia vero nulla deorum adsit!
Jovis generose fili,
et pater, qui te genuit, *te*
enim mea restituisti solus.
ıanc reduxisti ex inferis in istam lucem?
ɔugna cum rege dæmonum.
ım Orco te commisisse dicis pugnam?
ı tumulum ex insidiis *eum* corripiens manibus.
ulier hæc muta stat?
s tibi hujus compellationes
ısquam diis inferis
icata, et venerit tertius dies.
gitur eam: et cum sis justus
Admete sis pius erga hospites.
› vero propositum certamen
ˈ regi conficiam *hinc* discedens.
scum et sis meus convictor.
:, nunc enim oportet me properare.
:, et viam eas prosperam!
et omni impero tetrarchiæ,
felicem rerum eventum instituant
ırent boves-mactantibus supplicationibus.
meliorem vitam traducti sumus
it antea: haud enim negabo *nunc* me bea-

ırmæ rerum divinitus evenientium,
:er spem dii perficiunt.
.ntur eventura, non sunt perfecta,
vero exitum invenit Deus.
:c res.

# EURIPIDIS

## ANDROMACHE.

# DRAMATIS PERSONÆ.

ANDROMACHE.

FAMULA.

CHORUS EX PHTHIIS MULIERIBUS.

HERMIONE.

MENELAUS.

MOLOSSUS.

PELEUS.

ORESTES.

NUNCIUS.

THETIS.

# URIPIDIS

## ANDROMACHE.

ŒÆ terræ decus, Thebana civitas,
ıdam dotis cum opulentis deliciis
giam domum Priami,
x Hectori, ad liberos creandos,
ıe, suspicienda quidem priore tempore,
si quavis alia, calamitosissima mulier,
que erit unquam.)
ım quidem Hectorem ab Achille
vidi, et filium, quem peperi marito,
projectum ab arduis turribus,
ræci ceperunt solum Trojæ:
erva, liberrimæ
ea habita, in Græciam veni,
ptolemo munus belli
ı ex præda Trojana donum.
Phthiæ et urbis Pharsaliæ
npos habito, ubi marina
vit cum Peleo separatim, hominum
uentiam: Thessalicus vero populus hunc

eum, propter nuptias deæ.
ıanc habuit filius Achillis,
init regere terram Pharsaliam,
ɔtrum non volens accipere.
edibus unicum pario puerum marem,
ı filio Achillis et meo domino:
m, quamvis jacerem in malis, tamen
r adblandiebatur, vivo filio,
ı aliquod præsidium et auxilium in malis:
Lacænam Hermionem ducit
aversatus meum servilem lectum,

Malis ab ipsa miseris exagitor:
Dicit enim, quod eam occultis pharmacis
Faciam sterilem et invisam viro,
Et ego pro ea velim tenere domum
Hanc, ejectis lectis ipsius per vim:
Quos ego primum non volens accepi,
Nunc vero reliqui: magnus Jupiter hoc sciat,
Quod non volens huic sum facta socia toro.
Sed non persuadeo ei: vult enim me occidere,
Et pater *ejus* Menelaus in hac re juvat filiam.
Et nunc in ædibus est, ex Sparta veniens
Propter hoc ipsum: ego vero territa
Ædibus vicinum Thetidis in sacellum
Hoc profecta sedeo, si forte me prohibeat mori:
Peleus enim *hoc* ipsum, posterique Pelei
Colunt, monumentum nuptiarum Thetidis.
Meum autem unicum filium ablego clam
In alias ædes, timens ne *cæsus* moriatur.
Nam pater ejus non adest me
Ut juvet, et puero nihil prodest, absens
In terra Delphica, ubi Apollini pœnam
Solvit furoris, per quam aliquando ad Pythonem profectus
Postulavit Phœbum, ut ob patrem suum cæsum rependeret pœnas:
Si quo modo priora peccata deprecans
Efficiat sibi deum propitium in posterum.
FAM. Domina, ego etenim non vereor hoc nomine
Vocare te, siquidem *hoc* dignabar et in domo
Tua, quando habitabamus solum Trojæ.
Eram autem benevola tibi et tuo marito viventi,
Et nunc venio afferens tibi novos sermones,
Metu quidem, si quis Dominorum sentierit,
Sed miseratione tui: nam atrocia molitur
Adversus te Menelaus et filia, quæ tibi *sunt* cavenda.
AND. O charissima conserva, es enim conserva
Huic, quæ prius regina fuit, nunc vero est infelix,
Quid faciunt? quas insidias struunt nunc,
Volentes occidere me longe miserrimam?
FAM. O tu misera, filium tuum volunt
Occidere, quem extra domum clam ablegasti.
AND. Heu mihi! rescivit meum filium ablegatum
Undenam? O misera, ut perii!
FAM. Haud scio, hæc vero ego ex illis sensi:
Menelaus autem extra domum abiit ad tuum filium.
AND. Perii igitur! O fili, interficient te

:orreptum vultures: et qui vocatur
Ihuc Delphis moratur.
certe te non futuram fuisse adeo infelicem,
ɪente; nunc vero es amicis destituta.
:nit fama de Peleo, quod sit venturus?
:nior, quam ut possit te juvare præsens.
:ersivi eum non semel tantum.
o putas te curare aliquem tuorum nunciorum?
is igitur tu mihi ire nuncia?
) dicam, si diu absim extra domum!
nultas artes: es enim mulier.
ı *est:* nam Hermione est non segnis custos.
:gasne amicis tuis dum in malis sunt?
m: ne hoc objicias mihi.
quia non est vita magni æstimanda
ervæ, etiamsi quid patiar mali.
: nos vero, quibus immoramur semper
luctus, et lacrymas
*usque* extendemus: nam innata est
ı consolatio præsentium malorum
t ea semper in ore et lingua.
m mihi non unum, sed multa gemere,
'bem, et interfectum Hectorem,
'uram fortunam, cui sum alligata,
statum indigne prolapsa.
:em mortalium oportet beatum appellare,
mortui videris extremam
nodo *ea* finita descenderit ad inferos.
lium Paris non nuptias, sed aliquam Aten
·i sociam Helenam in thalamum.
:m, O Troja, ferro et igni captam
velox Mars Græciæ habens-mille naves,
seræ maritum Hectorem, quem circa murum
ɪxit filius marinæ Thetidis:
:x thalamis ducta sum ad littus maris,
caput tristi servitute.
m lacrymæ defluxerunt mihi de corpore,
reliqui
alamos, et maritum in pulvere:
isera, quid me oportebat amplius intueri

:rvam? A qua afflicta,
ıam Deæ supplex circumdans manus,
icut gutta scaturiens ex saxo.
e solum Thetidis et templum insides (*str.* 1.)
ris,

Ego Phthia tamen veni ad te Asiaticam genere,
Si quod tibi possem
Remedium difficilium malorum invenire,
Quæ te et Hermionem in odiosam rixam incluserunt,
O misera, de lectis
Geminis lectorem participem
Existentem apud filium Achillis:
Cognosce fortunam, expende præsens malum, in quod venis. (ant. 1.)
Cum dominis certas,
Existens Iliaca puella, natis ex Lacedæmone?
Relinque recipientem oves
Domum marinæ deæ: quænam *est* tibi
Utilitas afflictæ consumere deformatum corpus
Propter violenta imperia dominorum?
Potentia vero dominorum tibi persuadebit.
Quid laboriose contendis, cum nihil possis?
Quin ito, relinque splendidam sedem Nereidos deæ, (*str.* 2.)
Agnosce vero quod sis in peregrina *terra*,
Ancilla, in aliena urbe,
Ubi neminem vides amicorum
Tuorum, O infelicissima,
O modis omnibus misera sponsa.
Venisti enim, Iliaca mulier, miseranda *ad* nostras ædes: (ant. 2.)
Sed metu meorum dominorum
Sumus quieti, tuam vero *fortunam*
Feram cum miseratione,
Ne filia filiæ Jovis
Videat me tibi benevolam esse.
HER. Ornatum aurearum deliciarum circa caput
Et vestitum corporis hunc variorum peplorum,
Non ab Achillis, neque Pelei
Domo primitias prædæ habens huc veni,
Sed ex Lacæna Spartana terra
Menelaus pater mihi hæc donat
Cum magna dote, ut liceat libere loqui.
Vobis igitur his respondeo verbis:
Tu autem, cum sis serva et captiva mulier
Vis nobis ejectis ædes tenere
Hasce, sum autem invisa viro propter tua pharmaca,
Venter enim sine fœtu propter te mihi perit:
Callidum enim *est* in hujusmodi rebus
Ingenium mulierum: a quibus ego te prohibebo,
Et nihil te juvabit ista domus Nereidis,
Non ara, non templum, sed morieris.

Si vero quis hominum, aut deorum te servare velit,
Oportet te pro priore beata superbia,
Expavescere humilem, et accidere ad meum genu,
Et verrere meam domum, ex aureis
Vasis dispergentem Acheloi rorem,
Et cognoscere, ubi terrarum sis: hæc enim non sunt Hector,
Non Priamus, non aurum, sed Græca civitas.
Eo vero venis stultitiæ, misera tu,
Quæ cum filio patris, qui interfecit tuum maritum,
Audes dormire et liberos ex interfectore
Parere. Tale *est* omne barbaricum genus:
Pater enim filiæ, et filius matri miscetur,
Sororque fratri, et per cædem charissimi
Vadunt, et horum nihil prohibet lex.
Quæ ne apud nos introducas: non enim *est* honestum
Unum virum habere habenas duarum mulierum,
Sed intuens in unam lecti sociam Venerem,
Est contentus, quicunque non vult male habitare.

CHO. Invidiosa quædam res est fœminarum sexus,
Et nuptiarum sociis infesta maxime semper.

AND. Heu, heu!
Mala res hominibus juventus, et in juventute
Quisquis mortalium injustitiam habet.
Ego vero metuo, ne quod ego tibi serviam
Repellat a dicendo, cum habeam multa justa *argumenta*,
Si vero contra vicero, ne propter hoc accipiam *aliquod* detrimentum:
Qui enim spirant magna præstantiores rationes
Ægre ferunt ab inferioribus:
Tamen non convincat prodens meipsam.
Dic, O juvencula, qua te firma ratione
Confidens a legitimis nuptiis repello?
An quod Lacæna civitas, Phrygibus inferior est,
Fortunaque supero, meque liberam vides?
An juventute, et vigenti corpore,
Et magnitudine urbis, et amicis elata,
Volo tenere tuam domum pro te?
Utrum, ut ego pro te pariam pueros
Servos, mihique miseram appendicem?
An aliquis meos liberos patietur
Phthiæ reges esse, si tu non parias?
Amant nimirum me Græci, et propter Hectorem,
Et ipsa per me obscura, et non fui regina Phrygum.
Maritus odit te, non propter mea pharmaca,
Sed quia non es idonea ad conversandum *cum ipso*.

Nam et hoc est philtrum: non forma, O mulier,
Sed virtutes delectant maritos.
Tu vero si quid pungeris, Lacæna urbs
Est aliquod magni, Scyrum vero nullo loco ponis,
Et ostentas divitias inter inopes; Menelaus vero tibi
Major est Achille: propter hæc profecto odit te maritus.
Oportet enim mulierem, etiam si malo viro data sit,
Boni consulere, et non decertare *cum eo* de fastu.
Si vero in Thracia, circumfusa nive
Haberes maritum regem, ubi per vices lectum
Dat multis *mulieribus* unus vir communicans,
An occideres istas? At *sic* insatiabilem cupiditatem concubitus
Omnibus mulieribus impingens deprehendereris.
Turpe certe *hoc*: quanquam graviori viris morbo
Hoc laboramus, sed pulchre eum administramus.
O charissime Hector, sed ego tua causa
Amabam tecum *easdem*, si quid te seduxit Venus,
Etiam jam sæpe ubera tuis spuriis
Præbui, ut tibi nihil darem acerbi.
Et hæc faciens virtute *mihi* conciliabam
Maritum: tu vero neque guttulam ætherei roris
Tuo viro assidere sinis metuens.
Ne matrem *tuam* amore-virorum, O mulier,
Studeas superare: nam malarum matrum
Mores oportet fugere liberos, quibus inest mens.
CHO. Domina, quantum tibi adest facultas,
Tantum pare *mihi*, ut cum hac *Andromache* verbis compositione facias.
HER. Quid arroganter loqueris, et venis in certamen verborum,
Quasi tu quidem *sis* casta, ego vero non *sim* casta?
AND. Haud certe *casta es* ob ea saltem verba, quibus nunc es usa.
HER. O mulier, tuus animus ne adsit mihi.
AND. Es juvencula, et loqueris, de turpibus.
HER. Tu vero non loqueris, sed facis contra me, quantum potes.
AND. Non tacite dolebis de concubitu?
HER. Quid? An non ista sunt ubique summa mulieribus?
AND. Recte quidem utentibus: sin minus, non *sunt* honesta.
HER. Non regimus urbem Barbarorum legibus.
AND. Et illic turpia et hic habent dedecus.
HER. Callida tu, callida *quidem es*: sed tamen oportet te mori.
AND. Vides statuam Thetidis in te respicientem?
HER. Quæ certe odit tuam patriam propter mortem Achillis.
AND. Helena mater tua eum perdidit, non ego.
HER. An vero ulterius etiam attinges mea mala?

AND. Ecce taceo et comprimo os.
HER. Illud dic, cujus causa *huc* veni.
AND. Dico ego te non tantum sapere, quantum oportet.
HER. Relinques hoc purum templum marinæ deæ?
AND. Si non moriar: sin autem, nunquam relinquam.
HER. Hoc quidem fixum est, nec expectabo maritum donec redeat.
AND. Sed ne ego quidem me prius tibi dedam.
HER. Ignem tibi admovebo—nec loci rationem habebo—
AND. Accende igitur tu: dii enim hæc videbunt.
HER. Et corpori gravium vulnerum dolores.
AND. Jugula, pollue sanguine Deæ aram, quæ persequetur te.
HER. O barbara tu pecus, et dura audacia,
Perferes igitur mortem? Sed ego te sede
Ex hac cito volentem excitabo;
Talem habeo escam ad te eliciendum: sed enim verba
Occultabo, res vero ipsa cito hanc *escam* indicabit.
Sedeas firma: nam etsi undique te teneret
Liquefactum plumbum, *hinc* excitabo ego te,
Priusquam veniat filius Achillis, cui tu confidis.
AND. Confido: mirum autem *est*, adversus quidem serpentes feros
Remedia mortalibus aliquem Deorum constituisse,
Quæ vero sunt vipera, et igne *deteriora*,
Nullus remedia invenit adhuc adversus mulierem
Malam: tale sumus hominibus malum.
CHO. Certe magnorum dolorum autor extitit, (*str.* 1.)
Quando venit (in) nemus Idæum
Maiæ et Jovis filius,
Trijugum currum Dearum
Ducens illum pulchrijugum,
Odioso certamine
Formæ armatum
Ad stabulum bubulci
Et ad solitarium pastorem adolescentem
Et ad stabuli desertos lares.
Illas vero, quando venerunt ad arboreum saltum (*ant.* 1.)
Montanorum fontium abluerant
Nitentia corpora in aquis:
Venerunt et ad Priamidem, exces-
sibus sermonum inimicorum
Se invicem cædentes.
Venus vicit verbis comptis,
Voluptatem quidem afferens,
Sed amaram vitæ confusionem Phrygum urbi
Miseræ, et pergamis Trojæ.

Utinam vero abjecisset perniciem supra caput (*str.* 2.)
Quæ quondam peperit Parin,
Priusquam habitare Idæum montem faceret,
Quando eum apud laurum sacram
Clamavit Cassandra occidendum esse,
Magnam noxam orbis Priami.
Quem non accedebat? quem non rogabat
Principum ut occideret infantem?
Non *enim* super Trojam venisset jugum (*ant.* 2.)
Servile, neque tu, mulier,
Haberes sedem domus herilis:
Solvisset autem Græciæ miseros
Labores, quos apud Trojam
Decem-annis-errantes tulerunt juvenes hastis:
Et lecti non fuissent relicti deserti,
Nec senes orbati liberis.

MEN. Venio capto tuo filio, quem in aliam domum
Clam mea filia exposuisti.
Tu enim jactabas hoc Deæ simulacrum servaturum,
Et hunc et eos qui occultaverunt: sed inventa es
O mulier, minus sapere hocce Menelao.
Et nisi relinquens deseras hoc solum,
Iste interficietur pro tuo corpore.
Hoc ergo cogita, utrum mori velis,
An hunc perire pro tuo peccato,
Quod peccas contra me et meam filiam?

AND. O opinio, opinio, sexcentis jam mortalibus
Qui nihil erant vitam fastu extulisti.
Quibus vero nominis decus est a veritate,
Felices duco; sed qui a mendaciis hoc habent *habere*
Non putabo, tantum ob fortunam sapere videri.
Tu enim quondam lectissimis Græcorum imperans
Trojam abstulisti a Priamo, adeo ignavus existens?
Qui filiæ juvenculæ ex verbis
Tantum *ferociæ* spirasti, et cum misera muliere
Serva venisti in certamen: non judico dignum
Neque te Troja, neque Trojam te amplius.
Qui videntur recte *sentire*, extrinsecus sunt
Splendidi, intus vero omnibus hominibus similes,
Nisi si quid opibus *præstent:* hoc enim multum potest.
Menelae, age jam absolvamus sermones:
Sim interfecta a tua filia, et me perdidit:
Non poterit amplius effugere cruentum cædis piaculum.
Apud populum vero et tu lues
Cædis, opera enim a te commodata te coget infamiam:
Sin ego effugero ne moriar,

An filium meum occidetis? at quomodo pater
Filio mortuo hoc æquo animo feret?—
Non adeo ignavum eum Troja vocat—
Sed vadit quo oportet: Peleo enim dignas
Res et Achille patre videbitur facere.
Expellet autem tuam filiam ex ædibus: et tu nuptui dans
Alteri, quid dices? utrum quod malum virum
Fugiat hujus modestia? sed verum audiet.
Quis vero ducet eam? an ipsam sine viro domi
Tenebis viduam canam? O miser vir,
Non vides affluxus tantorum malorum?
Quot vero Concubinis filiam tuam molestatam
Malles invenire, quam pati, quæ ego dico?
Non oportet ob parvas *res*, magna *sibi* parare mala,
Neque, si nos mulieres sumus nocens malum,
Viros fieri similes mulieribus natura.
Nos enim utrum veneficiis lædimus tuam filiam,
Et ventrem *ejus* abortire facimus, ut ipsa dicit,
Volentes, non inviti, nec ad aram quidem
Procidentes, ipsi judicium subibimus
Apud tuos generos, quibus non minorem
Pœnam debeo, addens orbitatem.
Nos igitur *sumus* tales: sed tui animi
Unum sane metuo: *nam* propter contentionem ex muliere-ortam
Et infelicem perdidisti Phrygum urbem.

CHO. *Audacter* sane es locuta, ut mulier, ad viros,
Et tuam modestiam absumsit contemptus.

*MEN.* Mulier, ista sunt parva et imperio
Meo non digna, ut ais, neque Græcia.
Sed bene scias, quo quis opus habet,
Hoc cuilibet pluris est, quam Trojam capere.
Et ego filiæ,—judico enim ista *esse* magna,
Ne privetur connubio,—sum adjutor.
Nam alia quidem ut minora ferat mulier:
Sed excidens viro, excidit vita.
Convenit autem illum *i. e. Neoptolemum,* imperare meis servis,
Et meos, meque præterea illius *servis.*
Amicorum enim nihil *est* proprium, qui amici
Vere sunt, sed bona *sunt communia.*
Expectans autem absentes, si non constituam
Mea quam optime, ignavus sum, et non sapiens.
Sed surgens cede ex hoc templo deæ:
Quia, si tu moriaris, puer iste effugiet mortem,
Te vero non volente mori, hunc interficiam.

Necesse autem *est* ex duobus alterum relinquere vitam.
AND. Heu mihi, acerbam sortitionem et electionem mihi
Vitæ proponis: et eligens misera,
Et non eligens, infelix sum.
O qui magna causam ob parvam moliris,
Audi: quid me interficis? quare? quam urbem
Prodidi? quem tuorum liberorum interfeci ego?
Quam domum incendi? dormivi coacta
Cum domino, et tamen me, non istum, interficies,
Autorem horum, at principium omittens,
Ad finem, qui est posterior, impetu ferris?
Heu mihi propter ista mala! O misera mea patria,
Quam indigna patior! quid vero mihi opus erat parere,
Et addere duplex onus ad hoc onus?
Sed quid hæc deploro, quæ vero *sunt* ante pedes
Non indago neque perpendo mala?
Quæ necem Hectoris raptati curru
Vidi, et misere inflammatum Ilium,
Et ipsa serva in naves Argivorum ascendi,
Crinibus abstracta: quando autem veni
In Phthiam, conjux iis, a quibus Hector erat cæsus, fio,
Quid igitur mihi potest esse suave vivere? ad quid oportet me respicere?
Utrum ad præsentem, an ad præteritam fortunam?
Unus iste filius erat mihi reliquus, oculus vitæ:
Hunc sunt interfecturi, quibus ista placent.
Non certe propter meam miseram vitam;
In hoc enim *est* spes, si servetur:
Mihi vero *est* turpe non mori pro filio.
Ecce relinquo aram, jam in manus me dedo
Jugulare, trucidare, vincire, collum suspendere.
O fili, ego mater tua, ne tu moriaris,
Eo ad Plutonem: si vero vitaris mortem,
Memineris matris, qualia passa perierim,
Et patrem tuum osculans,
Lachrymaque stillans et manus circumjiciens,
Dicito, qualia fecerim. Omnibus enim hominibus sunt
Liberi vita: quisquis vero ipsos vituperat, non expertus,
Minus quidem dolet, sed cum sit infelix, beatus est.
CHO. Miseratus sum, *hæc* audiens; miserabiles enim calamitates
Mortalibus omnibus, quamvis *quis* externus sit.
Oportet igitur te tuam filiam in reconciliationem educere,
Menelae, et istam, ut liberetur a malis.
MEN. Comprehendite mihi istam, circumplicantes manus,
Servi: sermones enim non gratos audiet.
Ego tibi, ut puram aram deæ relinqueres,

Proposui filii mortem, qua te dolose induxi,
Ut venires in meas manus ad necem.
Et tuas quidem res sic se habere scias:
Sed de isto puero mea filia judicabit,
Utrum velit eum interficere, an non.
Sed vade in hanc domum, ut liberos
Discas non afficere contumelia, serva existens.

AND. Heu mihi! dolo me decepisti, sumus circumventæ.

MEN. Prædica *hoc* omnibus: non enim negamus.

AND. An sunt hæc apud vos, qui ad Eurotam habitatis recta?

MEN. Et iis, qui in Troja, ut qui injuria affecti sunt, vicem rependant.

AND. Deos vero non deos *esse*, nec vindictam habere putas?

MEN. Quum hæc erunt, tunc feremus? te vero occidam.

AND. An et pullum hunc ab alis auferens?

MEN. Non: sed filiæ dabo, si velit, occidendum.

AND. Heu mihi! quomodo igitur te deplorabo, O fili?

MEN. Nimirum certa illum spes non manet.

AND. O omnibus hominibus inimicissimi mortalium,
Spartæ incolæ, dolosa conciliabula,
Mendaciorum principes, fraudulenti sutores malorum,
Tortuosa, et nihil sani, sed omnia per ambages
Cogitantes, immerito floretis in Græcia.
Quid *sceleris* non est in vobis? nonne plurimæ cædes?
Nonne turpis quæstus cupidi *estis?* nonne alia quidem dicentes
Lingua, alia vero sentientes deprehendimini semper?
Pereatis. Mihi vero mors non adeo gravis *est*,
Ut tibi videtur: illa enim *mala* me perdiderunt,
Quando misera urbs Phrygum est consumpta
Et meus inclytus Maritus, qui te sæpe hasta
Fecit malum nautam pro *milite* terrestri.
Nunc vero contra mulierem apparens terribilis miles
Interficis me: interfice: quia non delinitum te saltem
Et tuam filiam mea lingua dimittam.
Quoniam tu quidem es magnus in Sparta,
Nos vero in Troja. Si vero *jam* sum in adversa fortuna,
Ne propterea gloriare: quia et tu potes in eam incidere.

CHO. Nunquam geminos lectos laudabo mortalium (*str.* 1.)
Neque liberos, qui habent diversas matres,
Litem ædium, et tristes dolores.
Maritus *in* nuptiis mihi sit contentus uno
Lecto viri non communicato *cum aliis*.
Neque enim in urbibus duo imperia (*ant.* 1.)
Facilius possunt ferri quam unum:
Est enim onus supra onus, et seditio civibus.

Inter fabros etiam duosque hymnorum artifices,
Litem Musæ solent excitare:
Et quando celeres flatus ferunt nautas, (*str.* 2.)
Ad gubernaculum duplex consilium pectorum
Magnaque multitudo sapientiorum infirmior *est*
Quam *una* mens minus sapiens, quæ rerum potestatem sola habet.
Unius potentia *esto* inque *privatis* ædibus et in urbibus,
Quum *rei bene gerendæ* facultatem nancisci volunt.
Demonstrat *hoc* Lacæna ducis (*ant.* 2.)
Menelai *filia*: namque per ignem venit alteri lecto,
Et interficit miseram puellam Iliacam
Et puerum propter stultam discordiam.
Cædes est impia, injusta, ingrata: adhuc tibi, O veneranda,
Adveniet pœnitentia horum factorum
Atqui video hoc conjunctum
Par ante domum,
Sententia capitali condemnatum.
O misera mulier, et tu infelix, puer,
Qui moreris propter thalamum matris,
Nullo modo *culpæ* particeps,
Neque criminosus existens Dominis.
AND. Ecce ego, manus cruentas laqueis colligata, (*str.* 3.)
Mittor sub terras.
MOL. Mater, mater, ego vero sub tua
Ala simul demittor.
AND. Et victima peritura, O terræ
Phthiæ principes! MOL. O pater,
O veni auxiliator amicis.
AND. Jacebis jam, O fili, O chare,
Circa ubera tuæ matris
Mortuus sub terra et cum mortua.
MOL. Hei mihi mihi! quid patiar miser
Certe ego, tuque, mater!
MEN. Ite sub terram: etenim ab hostilibus (*str.* 4.)
Venitis turribus: duo vero moriemini
Ob duas necessitates; te enim noster
Calculus interficit, puerum vero mea filia
Istum Hermione: etenim *est* stultitia
Magna relinquere hostes hostium,
Cum liceat *eos* occidere
Et auferre domo terrorem.
AND. O marite, marite, utinam tuam (*ant.* 3.)
Manum et hastam auxiliatricem
Haberem, fili Priami!

MOL. Infelix, quod ego mortis
Deprecatorium carmen inveniam?
AND. Precare tu, genibus domini
Appropinquans, O fili. MOL. O chare,
O chare, remitte mihi mortem.
AND. Liquesco lacrymis pupillas,
Rigo, tanquam præruptæ rupis
Gutta solis expers misera ego!
MOL. Hei mihi, mihi! quodnam ego malorum
Remedium expeditum inveniam?
MEN. Quare ad me volveris, *ut* ad marinum saxum (*ant.* 4.)
Aut *ad* fluctum sic precibus supplicans?
Nam meis natus sum emolumentum,
Tibi vero nihil quod me conciliet habeo, siquidem
Consumpta magna parte meæ vitæ,
Trojam cepi, et tuam matrem:
Qua fruens
Ad Plutonem infernum descendes.
CHO. Atqui video hunc Peleum prope *nos*,
Propere dirigentem huc senilem pedem.
PEL. Vos interrogo, et hunc cædis magistrum,
Quid hæc et quomodo? quam ob causam laborat
Domus? quid agitis facientes *hæc* sine judicio?
Menelae, expecta: ne propera sine judicio.
Præcede tu citius; haud enim, ut videtur mihi,
Moram hæc res *requirit*, sed juvenile
Robur cupio recipere, si unquam alias.
Primum quidem secundo vento, tanquam velis,
Huic aspirabo. Dic, quo jure, manus
Laqueis ligantes isti ducunt te
Et filium? nam ut quædam ovis agnum sub se fovens peris,
Nobis absentibus et domino tuo.
AND. Isti, O senex, cum filio morituram
Me sic dicunt, ut vides: quid tibi dicam?
Nam non unius vocationis studio te
Accersivi, sed per sexcentos nuncios.
Sis autem fortasse audiens discordiam quæ est in domo
Cum hujus filia, propter quæ etiam ego pereo.
Et nunc me ab ara Thetidis, quæ generosum
Filium tibi peperit, quam tu venerandam colis,
Ducunt avulsam, neque ullo jure
Judicantes, neque absentes ab ædibus
Expectantes, sed meam solitudinem
Scientes et hujus pueri, quem nullius mali autorem,
Volunt occidere cum me misera.
Sed obsecro te, O senex, ad tua

Genua cadens, manu enim non licet mihi
Attingere tuum charissimum mentum,
Libera me, per Deos: alioqui, moriemur,
Turpiter quidem vobis, nobis vero misere, O senex.

PEL. Jubeo vos laxare vincula, priusquam aliquis lacrymet,
Et hujus manus geminas dimittere.

MEN. Ego vero alius te non inferior veto,
Et in hanc *mulierem* longe majorem potestatem habens.

PEL. Quomodo? an nostram domum reges profectus
Huc? Non *est* tibi satis imperare incolis Spartæ?

MEN. Ego cepi ipsam captivam ex Troja.

PEL. Sed meus filius filii accepit eam honorarium munus.

MEN. Nonne mea sunt illius, et illius mea?

PEL. Ad bene faciendum, non autem male, neque ad vi interficiendum.

MEN. Nunquam abduces hanc ex mea manu.

PEL. Cruentabo vero tuum caput hoc sceptro.

MEN. Attinge, ut noris, et accede ad me.

PEL. Tune igitur *habendus es* inter viros, O pessime et ex malis *orte?*
Tuine inter viros aliqua ratio haberi debet?
Qui ab homine Phryge privatus fuisti uxore,
Linquens domum non clausam, et sine servis,
Quasi haberes castam mulierem in ædibus,
Quæ omnium est pessima. Neque si velit aliqua,
Puella Spartana, possit esse casta,
Quæ relinquentes domos cum juvenibus,
Nudis femoribus et tunicis laxatis
Cursus et palæstras, non tolerandas mihi,
Communes habent: deinde an mirari oportet,
Si non educatis mulieres castas?
Helenam convenit hæc interrogare, quæ ex ædibus,
Tuum relinquens *Jovem* conjugalem, lascive-profugit
Cum viro juvene in aliam terram.
Deinde propter illam Græcorum exercitum
Tantum congregans duxisti ad Ilium:
Quam oportebat te conspuentem non movere hastam,
Cum invenisses malam, sed sinere ibi manere,
Mercedemque dantem, nunquam in ædes *eam* recipere.
Sed neque huc feliciter appulisti tuum animum.
Et perdidisti multos et præstantes viros,
Et fecisti *multas* anus orbatas liberis in ædibus,
Canisque parentibus abstulisti generosos liberos.
Quorum ego infelix unus, percussorem autem te,
Tanquam aliquem Genium malum, Achillis intueor.
Qui solus ne vulneratus quidem venisti ex Troja,

Et pulchra arma in pulchris involucris
Similia illuc et huc portasti rursus:
Ipse quidem cecini ducturo uxorem, ut neque tecum
Affinitatem contraheret, neque in ædes reciperet
Pullum malæ mulieris: effingunt enim
Materna vita: quamobrem considerate,
Proci, ut ex bona matre *natam* filiam ducatis.
Præterea vero in fratrem quam contumeliosus fuisti,
Jubens interficere filiam stultissime?
Adeo timuisti, ne non haberes malam conjugem.
Capta autem Troja,—nam et huc tua causa veniam,—
Non interfecisti uxorem, redactam in tuam potestatem:
Sed postquam vidisti ubera, abjecto gladio,
Osculum accepisti, adulans canem proditricem,
Victus a libidine, O ignavissime tu.
Deinde profectus in ædes meorum liberorum
Diripis *ipsis* absentibus, et mulierem miseram
Interficis turpiter et puerum, qui plorantem te
Et tuam filiam in ædibus faciet,
Etiamsi ter spurius fuerit: sæpe vero
Aridum solum melius evadit, quam quæ pinguis erat terra,
Et multi nothi *sunt* præstantiores legitimis.
Sed abduc filiam. Melius *est* hominibus,
Pauperem bonum, quam malum et divitem
Generum acquirere et amicum: tu vero es nihili homo.

:HO. Ex parvo initio hominibus magnam contentionem
Lingua excitat: sed hoc prudentes homines
Cavent, ne litigent cum amicis.

IEN. Quid igitur dicas sapientes esse senes,
Et illos qui visi sunt aliquando Græcis sapere?
Quando tu existens Peleus, et ex inclyto patre Diis

* * *

Affinitate junctus, tibi quidem ipsi turpia dicis,
Et nobis probra propter mulierem barbaram,
Quam oportebat te expellere hanc ultra flumen Nili
Et ultra Phasim, et me semper *ad hoc* hortari,
Cum sit Asiatica, ubi cadavera
Plurima Græcia jacent armis cæsa mortuorum,
Et cum sit ex patre rea sanguinis tui filii.
Nam Paris, qui filium tuum Achillem interfecit,
Erat frater Hectoris, hæc vero *erat* conjux Hectoris:
Et tamen tu cum hac idem subis tectum,
Et ejusdem mensæ participem vitam *cum ea* vis habere,
Et sinis parere domi invisos liberos?
Ob quæ ego, mihi et tibi prospiciens, senex,
Interficere volens hanc e manibus eripior.

Sed age,—non est enim turpe colloqui,—
Si mea quidem filia non pariat, ex ista vero
Nascantur liberi, *eos* hujus terræ Phthioticæ
Constitues dominos? et cum sint genere barbari
Græcis imperabunt? Deinde vero ego quidem non sapio,
Qui odi injusta, tibi vero inest mens?
Illud etiam nunc aspice; si filiam tuam
Dans alicui civium, dein hæc pateretur,
An sederes tacitus? non opinor: pro peregrina vero
Talia dicis adversus necessarios amicos?
Idem tamen jus habet vir et mulier,
Injuria-affecta a marito: pariterque vir
Cum habet in ædibus mulierem impudicam.
Et huic quidem *viro* magnum robur est in manibus,
Huic vero *mulieri* in parentibus et amicis res *sunt* positæ.
Ergo justum est me opem ferre meis.
Senex, senex es: de mea vero militari administratione
Dicens plus juvas me, quam tacens.
Helena vero, libidinosa fuit non volens, sed divinitus,
Et hoc plurimum profuit Græciæ:
Nam cum essent imperiti armorum et pugnæ,
Processerunt ad fortitudinem. Nam usus
Omnium *rerum* est hominibus magister.
Quod autem ego veniens in conspectum meæ
Conjugis, cohibui me, ne interficerem *eam*, sapienter feci:
Vellem nec te interfecisse Phocum.
Hæc bene volens tibi pluribus sum persecutus, non iræ gratia:
Si vero excandescas, tibi quidem linguæ morbus
Major *est*, mihi vero lucro erit prudentia.

CHO. Cessate jam,—hoc enim est multo optimum
Verbis ab inanibus, ne ambo simul peccetis.

PEL. Hei mihi, quam malus mos est in Græcia!
Quum exercitus statuit trophæa de hostibus,
Non putant hoc opus esse laborantium *militum*,
Sed imperator *victoriæ* gloriam aufert,
Qui unus vibrans hastam cum aliis innumeris,
Nihil plus uno faciens, habet majorem famam.
Graves autem *viri* in magistratibus sedentes in urbibus,
Sunt superbiores plebe, cum *tamen* sint homines nihili:
Hi autem sunt illis immensum quantum sapientiores,
Si *modo* accedat audacia et voluntas simul.
Sicut tu et tuus frater tumefacti
Propter Trojam sedetis et ob imperium militarem illic,
Ærumnis aliorum et laboribus elati.
Ostendam autem ego tibi, me non Ideum Paridem

Putare majorem hostem Pelei unquam,
Nisi in malam rem abieris quam celerrime ex ista domo
Et filia sterilis, quam hic ex nobis natus
Raptabit per ædes istam correpta coma:
Quæ existens sterilis vitula non feret
Alias parientes, ipsa non habens liberos.
Sed si illa, quod attinet ad liberos, est infelix,
An oportet nos *propterea* orbari liberis?
Discedite ab ista, servi, ut videam
Si quis prohibebit me solvere hujus manus.
Erige te: ut ego, quanquam tremens,
Remittam nexiles laqueos vinculorum.
Sic, O pessime, læsisti hujus manus?
Putabasne te bovem aut leonem vincire laqueis?
An, ne correpto gladio propulsaret te,
Metuisti? Veni huc sub ulnas, O puer,
Solve matris vincula. Ego te in Phthia
Alam, magnum istis hostem. Si vero deesset belli
Gloria Spartanis, et pugnæ certamen,
Scitote, quod *in* cæteris *rebus* nullo estis meliores.
CHO. Violens quædam res *est* senum genus
Et ægre potest cohiberi propter iracundiam.
MEN. Valde pronus ad conviciandum ferris:
Ego vero per vim, profectus in Phthiam,
Nihil mali faciam, neque patiar.
Et nunc quidem,—nam non multum habeo otii,—
Redeo domum: nam est quædam non procul
A Sparta urbs, qui quæ antea quidem erat amica,
Nunc vero hostiliter se gerit: hanc persequi volo,
Copiis *adversus eam* ductis, et in potestatem meam redigere.
Ubi vero *res*, quæ *sunt* illic, ex animi mei sententia composuero,
Redibimus. Præsens autem apud præsentes aperte
Generos docebo *meas*, et discam *eorum* rationes.
Et si puniat hanc *Neoptolemus*, et in posterum sit
Modestus erga nos, modestiam *nostram* vicissim experietur.
Iratus vero, sentiet iratos,
Factisque facta respondentia vicissim accipiet.
Tua vero verba facile ego fero:
Nam similis umbræ, Vocem habes
Virium expers, nihil aliud *existens*, nisi Vox tantum.
PEL. Præcede me huc, fili, stans sub ulnis,
Et tu, O misera: nam sævam tempestatem
Nacta venisti in tranquillos portus.

AND. O senex, dii dent bona tibi et tuis,
Qui servasti filium et me miseram.
Sed vide, ne nunc in solitudinem viæ
Fugientes isti, per vim abducant me,
Videntes te quidem esse senem, me vero imbecillem,
Et istum puerum infantem: considera *jam* ista,
Ne nunc effugientes, capiamur postea.

PEL. Ne afferas sermonem mulierum timidarum.
Vade: quis vos attinget? Plorans igitur
Attinget. Nam beneficio Dei, et equestribus copiis,
Et multis peditibus imperamus in Phthia:
Et nos sumus integro robore, et non senes, ut tu putas,
Sed in talem virum intuens tantum,
Statuam trophæum de ipso, quamvis senex sim.
Multis enim juvenibus etiam senex si sit animosus
Præstantior est: quid enim oportet ignavum hominem esse bono corporis habitu?

CHO. Aut ne nascar, aut ex bonis parentibus nascar (*str.*)
Potentiumque domorum *sim* particeps:
Si quam enim *rem* patiatur aliquis difficilem,
Non est defectus defensionis nobilibus:
Ex celebratis vero bonis domuum
Honor et gloria *paratur*.
Nunquam reliquias bonorum
Virorum aufert tempus: virtus enim
Etiam inter mortuos lucet.
Melius autem est victoriam non mala fama contaminatam habere, (*ant.*)
Quam cum invidia subvertere, et opum vi justitiam.
Hoc est quidem dulce in præsentia hominibus,
Cum tempore vero fit aridum,
Quin etiam Infamia accedit Familiæ.
Hanc laudo,
Hanc etiam sequor vitam,
Nullam extra jus potestatem in thalamis
Et urbe possidere.
O senex Æacida,
Credo te et cum Lapithis et Cen-
taurorum bello celeberrimo interfuisse,
Et Argoa in navi inhospitales *et* humidas
Trajecisse marina Symplegadas
Inclytam ad navigationem,
Iliacamque urbem quando primum
Clarus Jovis filius
Implicuit strage, communem gloriam habentem,
*Ad* Europam rediisse.

FAM. O charissimæ mulieres, ut malum malo
Succedens vicissim in hoc die paratur!
Nam domina in ædibus, Hermionem dico,
A patre deserta et conscientia simul *illius*
Facinoris quod patravit, quod Andromacham occidere
Et filium *ejus* statuisset, mori vult,
Metuens maritum, ne pro factis
Ex istis ædibus ignominiose ablegetur,
Aut moriatur, quod voluerit occidere, quos non oportebat mori.
Vix autem ipsam, volentem suspendere collum,
Prohibent famuli custodes, et ex dextera
Gladios rapiunt auferentes.
Tam valde dolet, et prius facta
Agnovit a se non bene facta. Ego quidem
Dominam prohibens a laqueo defessa sum, amicæ:
Vos vero, ingredientes in istas ædes,
Liberate eam a morte: nam consuetis
Amicis novi venientes ad persuadendum *sunt* aptiores.

CHO. Atqui in ædibus ministrorum audimus
Clamorem, de rebus quas tu venis nuncians.
Videtur autem demonstratura misera, quantum doleat
Quod patrarit atrocia: nam excurrit ex ædibus,
Fugiens manus ministrorum, cupiditate mortis.

ER. Hei mihi mihi!
Lacerationem comæ unguiumque hostiles laniationes faciam.

HO. O filia, quid facies? corpusne tuum damno fœdabis?

ER. Heu heu heu heu!
Vade in ætherem a capillis meis,
Tenue velum.

M. Filia, tege pectus, colligare peplis.

R. Quid vero oportet me tegere pectus peplis?
Manifesta, undique conspicua et non occulta fecimus contra maritum.

I. Doles, quod struxeris necem tuæ pellici?

R. Gemo profecto *propter* hostilem audaciam,
Quam feci O execrabilis ego, execrabilis viris.

. Condonabit tibi hoc peccatum maritus.

. Quare rapuisti mihi gladium ex manu?
Redde, O chara, redde, ut adversam
Infligam plagam: quare arces me a laqueis?
An vero dimitterem te furentem, ut moriaris—
Heu exitium! ubi est mihi chara flamma ignis?
Ubi vero in rupes attol-

lar juxta mare, aut in sylva montium,
Ubi mortua sim curæ inferis?
CHO. Quid ista laboriose paras? calamitates divinitus
Omnibus hominibus veniunt, aut tunc, aut tunc.
HER. Reliquisti, reliquisti *me*, O pater, in littore
Velut deserto destitutam existentem
Marino remo.
Perdet me, perdet me (*manifesto maritus*)
Non amplius in hac habitabo
Maritali domo.
Cujus statuas supplex petam?
An serva accidam ad servilia genua
Asiatica ex terra?
Utinam essem cæruleis alis prædita avis,
Aut pinea navis, quæ
Per Cyaneas penetravit insulas
Prima navigans remo.
FAM. O filia, neque excessum illum tuum laudavi,
Quando peccasti in mulierem Trojanam,
Neque nunc tuum hunc metum, quo nimium times.
Non sic repellet tuum connubium maritus,
Persuasus mala ratione barbaræ mulieris.
Non enim habet te captivam ex Troja,
Sed viri præstantis filiam accipiens cum magna
Dote, et ex urbe non mediocriter beata.
Et pater te, non sicut tu metuis, filia,
Deserens sinet ejici ex hac domo.
Sed vade intro, neque appareas ædes
Ante has, ne quod dedecus accipias,
Conspecta ante hanc aulam, O filia.
CHO. Atqui hic alio colore præditus aliquis peregrinus hospes
Ad nos venit cum oculorum inventione.
ORE. Mulieres hospitæ, an hæc est Achillis
Filii domus, et regiæ ædes?
CHO. *Eas* cognovisti: sed quis tu interrogas hæc?
ORE. Agamemnonis et Clytæmnestræ filius,
Nomine Orestes: venio autem ad Jovis
Oraculum Dodonæum: postquam autem veni
In Phthiam, placuit mihi percontari de cognata
Muliere, an vivat et bene valeat
Spartana Hermione: remotos enim
Quamvis habitet procul a nobis campos, tamen est chara.
HER. O nautis portus tempestatis apparens,
Agamemnonis fili, *oro* te per ista genua,
Miserere nostri, quorum fortunam inspicis,
Infelicium: non minus valentes quam rami supplicum,

Tuis appono genibus ulnas meas.
ORE. (Age) quænam est res? num erramus, an clare video
Filiam Menelai reginam harum ædium?
HER. Quam solam Tyndaris puella peperit
Helena patri in ædibus: ne ignores.
ORE. O Phœbe medice, des solutionem malorum!
Quænam res est? a diis, an hominibus pateris mala?
HER. Partim quidem a nobis, partim vero a viro, qui me habet,
Partim etiam a Deo aliquo: undique vero periimus.
ORE. Quæ vero potest esse, nondum natis
Liberis, mulieri calamitas, præterquam de connubio?
HER. Hac ipsa re languemus: recte me coarguisti.
ORE. Aliud connubium pro te amat maritus?
HER. Captivam, uxorem Hectoris.
ORE. Malum dixisti, (unum) virum habere duas conjuges.
HER. Talia *sunt* hæc: deinde ego ulta sum.
ORE. Num adversus mulierem struxisti, qualia solet mulier?
HER. Necem ipsi et filio notho.
ORE. Et occidisti, an aliquis casus tibi eripuit?
HER. Senex Peleus, magis curans deteriores.
ORE. Tibine vero fuit aliquis, qui cædis hujus socius fuerit?
HER. Pater equidem ad hoc ipsum ex Sparta profectus.
ORE. Et tamen ille a sene superatus est manu?
HER. Pudore: et me relinquens desertam abiit.
ORE. Intelligo: metuis maritum propter facta.
HER. Tenes: perdet enim me juste: quid oportet dicere?
Sed rogo te, Jovem invocans cognatorum præsidem,
Mitte me ex hac regione quam longissime,
Aut ad paternas ædes: quia videntur mihi
Ædes hæ expulsuræ me, si loqui possent,
Et odit terra Phthia: et si venerit prius,
Maritus domum, relinquens oraculum Phœbi,
Occidet me propter *res* turpissimas, aut serviemus
Pellici, cui antea imperabamus.
ORE. Quomodo autem hæc, ut ita quis dicat, peccasti?
HER. Malarum mulierum introitus me perdiderunt,
Quæ mihi dicentes hæc verba inflarunt:
Tu pessimam captivam in ædibus
Servam tolerabis, tecum lecti sociam?
Per reginam, non saltem in meis ædibus
Videns lucem frueretur meo lecto.
Ego vero audiens istos Sirenum sermones,
Callidarum, veteratoriarum, comptarum loquacularum,
Inaniter elata sum stultitia: quid enim opus erat me
Metuere maritum, cui aderant, quibus opus erat,
Multæ quidem divitiæ, et ædibus imperabamus?

Ego autem peperissem filios legitimos,
Illa vero semiservos meis, nothos.
Sed nunquam, nunquam,—non enim semel dicam,—
Oportet prudentes, quibus est conjux,
Ad uxorem in ædibus sinere ingredi
Mulieres: istæ enim *sunt* magistræ malorum:
Alia quidem captans lucrum corrumpit uxorem,
Alia vero quæ peccavit, vult eam secum peccare,
Multæ vero petulantia. Et inde familiæ
Virorum laborant. Adversus hæc bene munite
Januas ædium claustris et vectibus:
Nam nihil boni externi introitus
Mulieres faciunt, sed etiam multa mala.

CHO. Nimium immisisti linguam in cognatum sexum.
Condonanda quidem nunc tibi *sunt* hæc, sed tamen decet
Mulieres ornare muliebres morbos.

ORE. Sapiens quædam res *est* ejus qui docuit homines,
Rationes audire a præsentibus:
Ego enim sciens perturbationem hujus familiæ
Et tuam litem et uxoris Hectoris,
Non expectabam habens custodias an hic maneres,
An perterrefacta metu captivæ
Mulieris velles discedere ex hac domo.
Veni autem, non expectans tua *mandata*,
Si autem cederes rationibus, sicut cedis
Missurus te ab his ædibus. Nam cum prius mea esses
Habitas cum isto viro, tui patris improbitate,
Qui, priusquam faceret irruptionem in fines Trojæ,
Dedit te mihi uxorem et postea promisit
Nunc te habenti, si expugnaret urbem Trojanam.
Postquam autem rediit huc filius Achillis,
Tuo quidem ignovi patri, hunc vero rogavi
Ut relinqueret tuum connubium, dicens meas ærumnas
Et præsentem *malum* dæmonem, quod cognatis quidem
A viris possem ducere uxorem, aliunde vero non facile,
Exulans ab ædibus, quale exilium ego exulo.
Ille vero erat contumeliosus ut et necem meæ matris
Et cruento-terribiles Deas exprobaret mihi.
Et ego abjectus domestica fortuna
Dolebam quidem, dolebam, ob calamitates autem patienter tuli,
Et privatus tuis nuptiis invitus abibam.
Nunc igitur, quoniam in contrarium subito mutatam habes fortunam,
Et in calamitatem hanc lapsa mentis inops hæres,
Ducam te ab ædibus et tradam in manum patris.

Cognatio enim multum potest et in adversis rebus
Nihil melius est domestico amico.
HER. Desponsationis quidem meæ pater meus
Curam habebit, et non est meum statuere hoc.
Sed quamprimum abduc me ex istis ædibus,
Ne antevertat me accedens ad domum et veniens maritus,
Vel deserentem me domum filii resciscens
Peleus persequatur equestri persecutione.
ORE. Tu ne reformides senis manum: Achillis autem
Nihil quoque metuas filium, qui in me fuit injurius.
Nam tales insidiæ ei structæ
*In* laqueis inexplicabilibus sunt necis
Ab hac manu, quas insidias prius quidem non dicam,
Sed perfecta *re*, sciet Delphica petra.
Matricida vero, si sociorum meorum
Fœdera manserint *firma* in terra Pythica,
Eum docebit nullam *earum* ducere, quas ego debebam.
Suo autem malo poscet pœnam paternæ necis
A rege Phœbo: neque illum mutatio
Animi juvabit, dantem nunc pœnas Deo.
Sed et ab illo criminationibusque meis
Male peribit: agnoscet autem meam inimicitiam.
Nam virorum inimicorum sortem in conversionem
Deus dat, et non sinit superbire.
CHO. O Phœbe qui turribus muniisti in Ilio (*str.* 1.)
Bene-munitum collem, et Neptune,
Qui veheris cæruleis equis
Per marinum pelagus, quare inhonoratam operam et artificium
Marti pugnandi-perito addicentes
Reliquistis miseram, miseram Trojam?
Et plurimos ad ripas Simoentias (*ant.* 1.)
Præstantibus equis instructos currus junxistis
Et certamina letalia virorum
Posuistis coronarum expertia: et abierunt mortui
Iliaci reges:
Neque amplius ararum ignis in Troja
Diis lucet odorato fumo.
Periit autem Atrides conjugis manibus: (*str.* 2.)
Ipsaque generationem commutans morte,
A liberis decessit:
Dei, Dei eam evertit mandatum
Fatidicum et ille nunc
Argis profectus
Agamemnonius filius
Inaccessa ingrediens templa, matris interfector:

O Deus, O Phœbe, quomodo *hoc* credam?
Multæ vero in Græcorum concionibus gemitus (*ant.* 2.)
Canebant *propter* infelices nuptias uxores:
Reliqueruntque domos
Ad mortuum maritum *euntes*. Non tibi soli
Tristes acciderunt,
Non amicis tuis, dolores:
Morbum sustinuit Græcia, morbum:
Transiit autem et ad fœcunda jugera Phrygum
Fulmen cædem copiosam stillans.

PEL. Phthiæ mulieris, interroganti mihi
Indicate: audivi enim non certum rumorem,
Quod Menelai filia relinquens domum
Hanc discesserit: venio igitur habens studium cognoscendi,
An hæc *sint* vera. Nam absentium amicorum
Fortunas curare debent ii, qui domi sunt.

CHO. Peleu, recte audivisti; neque me decet
Occultare, in quibus sim posita malis:
Nam regina discessit fugitiva ex his ædibus.

PEL. Quem metum nacta? absolve narrationem mihi.

CHO. Metuens maritum, ne eam ex ædibus ejiciat.

PEL. Num propter consilia de morte pueri?

CHO. Sane, et metu captivæ mulieris.

PEL. Cum patre vero, aut cum quo reliquit ædes?

CHO. Filius Agamemnonis eam abiit ducens ex terra.

PEL. Quam habens spem? an volens uxorem ducere?

CHO. Et tui filii filio parans necem.

PEL. Utrum per insidias, an in conspectum veniens pugnando?

CHO. In puro templo Apollinis cum Delphicis *civibus*.

PEL. Hei mihi: hoc jam est atrox: non quam celerrime
Ibit aliquis ad Pythicam aram,
Et quæ hic acta sunt, dicet amicis ibi,
Priusquam interficiatur filius Achillis ab inimicis?

NUN. Hei mihi mihi!
Qualem miser venio nunciaturus casum
Et tibi, O senex, et amicis domini.

PEL. Heu, heu! animus præsagiens aliquid expectat.

NUN. Non est tibi filius filii, ut scias, senex
Peleu: tales plagas ensium habet
A viris Delphicis et Mycenæo hospite.

CHO. Heu, heu! quid facies, O senex? ne cades:
Erige te. PEL. Nihil sum: perii.
Evanida quidem *est* vox, et evanida membra mea infra.

NUN. Audi, siquidem tuis amicis ulcisci
Vis, quoad factum, erigens tuum corpus.

PEL. O fatum senectutis in extremo limite
Quale me miserum circumdedisti
Quomodo periit mihi unicus filius unici filii?
Dic; audire enim non audienda tamen cupio.
NUN. Postquam venimus *ad* clarum solum Phœbi,
Tres quidem lucidos transitus solis
Spectandis rebus dantes implevimus oculos.
Et hoc jam erat spectrum: ac ad circulos
Et cœtus concurrebat populus habitans ibi apud Deum.
Agamemnonis vero filius, vadens per urbem,
Singulis in aurem dicebat hostiles sermones:
Vide istum, qui vadit per Dei
Specus plenos auri, thesauros hominum,
Secundo advenientem, ob eandem causam ob quam et prius
Venit huc, volens evertere templum Apollinis.
Hinc vero manavit rumor per urbem malus,
Magistratusque congregabantur et in curias,
Et privatim, quicunque præerant thesauris Dei,
Præsidiumque collocarunt in æde *Phœbi* columnis undique suffulta.
Nos vero oves, frondosæ Parnassi
Alumnas, nihil adhuc scientes de his rebus,
Acceperamus, et accessimus ad aras,
Cum hospitibus et vatibus Pythicis.
Et aliquis hoc dixit: O adolescens, quid tibi
A deo petemus? cujus causa venis?
Iste vero dixit: Phœbo pro priore peccato
Pœnas dare volumus: postulavi enim
Ab ipso aliquando ut daret pœnas pro sanguine patris.
Et ibi Orestis calumnia multum valens
Apparuit, quod mentiretur meus dominus,
Veniens de turpi causa. Venit autem templi
Intra crepidinem, ut ante oraculum
Precaretur Phœbum, erat autem *occupatus* in incensis victimis:
Huic autem gladiis armatus manipulus subsederat
Lauro tectus, quorum Clytæmnestræ filius
Erat unus omnium istorum machinator.
Et ille quidem in conspectu stans precatur Deum:
Isti vero acutis ensibus armati
Pungunt inermem filium Achillis clam.
Retro vero *ille* cedit: non enim letaliter vulneratus
Erat, excurrit autem, et a porticu
Suspensa arma de clavis diripiens,
Stetit super aram, terribilis bellator aspectu,

Et clamat Delphicorum filios, interrogans hæc:
Quare me occiditis, piam viam
Venientem? propter quam causam pereo?
Istorum vero, cum prope essent innumeri, nihil quisquam
Dixit, sed *eum* eminus petebant lapidibus manu jactis.
Obrutus autem undique *ceu* densis nivium imbribus,
Objiciebat arma, et cavebat ictus,
Huc illuc manu objiciens clypeum.
Sed nihil proficiebat: nam multa simul tela,
Sagittæ, amentata jacula, solutaque missilia,
Veruaque quibus transfixi boves torrentur, cadebant ante pedes:
Vidisses autem mirabiles saltationes caventis
Tela filii: cum autem ipsum circumcirca stantes
Undique conclusum tenerent, non dantes respirandi copiam,
Aræ deserto victimas-recipiente foco,
Saltans pedibus Trojanum saltum,
Vadit contra eos: isti vero, sicut columbæ
Accipitrem conspicatæ, ad fugam terga verterunt.
Multi autem cadebant promiscue, et ex vulneribus
Et ipsi a se *conculcati* per angustos exitus,
Infaustus autem clamor in sacra domo
Resonuit ex saxis: seu autem tranquillitas,
Stetit dominus lucens splendidis armis,
Priusquam quidam ex mediis adytis edidit
Diram et horribilem vocem, et impulit exercitum
Convertens ad pugnam: ibi cadit Achillis
Filius vulneratus *in* lateribus acuto gladio
A viro Delphico, qui eum perdidit
Cum multis aliis: postquam autem ad terram cadit,
Quis non ferrum adegit? quis non saxum,
Jaciens, tundens? Consumptum est autem totum corpus
Pulchrum a sævis vulneribus.
Porro cadaver ipsius jacens ante altare,
Ejecerunt extra templa victimis opima.
Nos vero, arripientes quam celerrime manibus,
Portamus ipsum tibi deflendum lacrymis
Et lugendum, senex, et terræ ornandum sepultura:
Talia rex *Apollo*, qui vaticinatur aliis,
Qui est judex justitiæ omnibus hominibus,
Fecit filio Achillis danti pœnas,
Et recordatus est, sicut malus homo,
Vetera jurgia: quomodo esset igitur sapiens?

CHO. Atqui ecce rex ipse portatus (*str.* 1.)
Ex terra Delphica domum accedit.

Miser cui *hoc* accidit, miser etiam, senex,
Et tu: recipis enim Achilleum
Pullum in ædes, non ut tu vis:
Tuque ipse noxia mala nactus
In eandem *calamitatis* sortem incidisti.
PEL. Heu mihi! quale malum video hoc,
Et recipio manu in ædes meas!
Heu mihi mihi, ah ah! O urbs
Thessalica, periimus, periimus;
Non amplius mihi genus, non amplius mihi liberi
Supersunt *in* ædibus.
O ego acerba passus! in quem
Amicum oculos conjiciens delectabor?
O charum os et genæ et manus!
Utinam te ad Ilium interfecisset fatum
Ad Simoentiam ripam!
CHO. Hic enim profecto ob hæc fuisset honore affectus, O senex,
Mortuus, tuaque *sors* sic esset felicior.
PEL. * * * * O nuptiæ, O nuptiæ, (*ant.* 1.)
Quæ has ædes et meam urbem
Perdidistis, ah ah ah ah! O fili,
Nunquam O tuarum nuptiarum infaustum
Meum genus exscindere debuit, et domus
Circumfundere
Hermiones perniciem tibi, O fili,
Sed fulmine prius perire,
Neque propter letalem jaculationem patris
Cædem Jove-geniti unquam Phœbo
Mortalis Deo ipse imputare!
HO. Heu, heu! (*str.* 2.)
Mortuum Dominum lamentis
Ut Manium lex flagitat, incipiam prosequi.
EL. Heu, heu!
Consequenter ego miser
Senex et infelix lacrymo.
HO. Dei enim *hoc est* fatum, Deus fecit *istas* calamitates. (*str.* 3.)
EL. O chare, domum reliquisti desertam,—
Heu mihi, mihi!——
(Misero mihi) seni filium auferens.
IO. Oportuit te, O senex, mori, mori ante liberos.
L. Nonne lacerabo comam, (*str.* 4.)
Nonne imponam (meo) capiti
Planctum noxium manus? O urbs, urbs,
Duobus liberis me privavit Phœbus.
O. O mala passus vidensque, miser senex. (*str.* 5.)
Qualem vitam habebis in posterum?

PEL. Orbus liberis, desertus, non habens finem malorum (*ant.*2.)
Exhauriam labores usque ad mortem.
CHO. Frustra igitur te dii bearunt in nuptiis. (*ant.* 3.)
PEL. Avolantia omnia, evanida jacent
A fastu sublimi longe distantia.
CHO. Solus in sola domo versaris.
PEL. Civitas non est mihi amplius, civitas, (*ant.* 4.)
Sceptraque valeant (hæc) humi dejecta.
Tuque, in tenebricosis antris *degens*, Nerei filia,
Funditus-extinctum me videbis prostratum (humi.)
CHO. O, O.
Quid motum est? quod sentio
Numen? puellæ, cernite, videte:
Deus hic quispiam, candidum ætherem
Trajiciens, equorum altores
Campos Phthiæ ingreditur.
THE. Peleu, propter tuas priores nuptias,
Venio Thetis, relicta Nerei domo.
Et primum quidem te præsentibus malis
Non nimium angi hortor:
Nam et ipsa, quam oportuit non lugendos liberos parere,
Amisi ex te filium velocem pedibus
Achillem postquam pepereram, præcipuum Græciæ.
Sed quorum causa veni, indicabo, et tu accipe.
Mortuum quidem hunc filium Achillis
Sepeli, vadens ad focum Pythicum,
In probrum Delphis, ut sepultura indicet
Violentem cædem Oresteæ manus:
Et mulierem captivam, Andromachen dico,
Oportet habitare Molossiam terram, senex,
Heleno conjunctam *legitimis* lecti nuptiis,
Et istum puerum, ab Æaco solum
Relictum jam: regem autem ex hoc oportet
Alium ex alio succedere Molossiam regentes,
Felices: non enim sic eversum
Fieri tuum et meum genus oportet, senex,
Et Trojæ: nam et illa diis curæ est,
Licet corruerit Palladis studio vehementi.
Porro te, ut videas mei connubii gratiam,
Dea nata et Dei patris filia,
Malis liberatum mortalibus,
Immortalem et incorruptibilem faciam Deum.
Deinde mecum in domo Nerei
In posterum jam Deus habitabis cum dea:
Inde proferens siccum pedem ex pelago
Charissimum tibi et mihi filium Achillem

Videbis habitantem domos insulares
Candidum domicilium intra Euxinum meatum.
Quare vade Delphorum ad divinitus-ædificatam urbem,
Relatum istud cadaver, et ubi texeris terra,
Reversus antiquæ rupis cavum *in* recessum
Sepiadis conside: et expecta donec ex mari,
Mecum habens chorum quinquaginta Nereidum,
Deductorem tuum veniam: quod enim est fatale
Oportet te perferre: Jovi enim ista videntur.
Seda vero dolorem super mortuis:
Omnibus enim hominibus a diis iste
Calculus est destinatus, morsque debetur *ipsis*.
PEL. O veneranda, O generosa conjux,
Nerei filia, salve: ista vero digne
Te et tuis liberis facis.
Sedo vero dolorem, te jubente, dea;
Et hoc sepulto pergam *ad* Pelii montis antra,
Ubi cepi tuum pulcherrimum corpus manibus.
Deinde annon uxores ducere ex generosis oportet,
Et dare nuptum in bonas familias, quisquis recte rem perpendit?
Malorum vero connubiorum non cupiditatem habere,
Neque dotem amplissimam in ædes afferat?
Nunquam enim divinitus rem male gesserint.
CHO. Multæ sunt species fatorum:
Multaque perficiunt dii præter spem.
Et expectata non eveniunt,
Non speratorum vero exitum invenit Deus.
Sic hæc res exiit.

# EURIPIDIS

## SUPPLICES.

## DRAMATIS PERSONÆ.

ÆTHRA.

CHORUS.

THESEUS.

ADRASTUS.

PRÆCO.

NUNCIUS.

EUADNE.

IPHIS.

PUER.

MINERVA.

# EURIPIDIS

## SUPPLICES.

ÆTH. O CERES tutelaris dea Eleusinis terræ
Hujus, et sacerdotes qui tenetis templa Deæ,
Ut ego sim beata *precor*, et Theseus filius meus,
Et civitas Atheniensis, et terra Pitthei,
In qua me educatam opulentis in ædibus
Æthram pater dat Pandionis filio
Ægeo uxorem, Apollinis oraculis *admonitus*.
Istas enim intuens hæc sum precata,
Anus, quæ, relictis sedibus Argivæ terræ,
Supplici cum oleæ-ramo advolvuntur meis genubus,
Cladem passæ gravem: nam ad portas
Cadmi mortuis septem liberis generosis,
Orbæ sunt, quos quondam Argivorum rex
Adrastus duxit, Œdipi hæreditatis
Partem volens acquirere exuli Polynici
Genero: sed cadavera interfectorum *in* prælio
Istorum matres sepelire volunt *in* terra;
Prohibent vero qui rerum potiuntur, nec asportandi facultatem
Dare volunt, contemnentes jura Deorum.
Commune vero impedimentum ferens negotii mei
Adrastus iste, rigans oculos lachrymis,
Jacet, exercitumque et infelicissimam
Gemens expeditionem, quam domo emisit.
Qui me hortatur, ut filio meo persuadeam precibus,
Ut cadaverum recuperator, aut persuadendo, aut hastæ
Robore fiat, et autor sepulturæ,
Soli meo filio imponens hoc opus,
Et civitati Atheniensi. Sed vice terræ
Ante arationem sacrifico, egressa ex sedibus meis,
Ad hoc templum, ubi primum apparuit

Horrens super terram hanc frugifera spica.
Astricta autem vinculo non vincienti frondis sacræ
Maneo ad castos focos duarum Dearum,
Proserpinæ, et Cereris, miserans quidem
Canas istas matres orbatas liberis,
Veneransque sacros ramos lana velatos. Abiit autem mihi
Ad urbem præco, Theseum huc vocaturus,
Ut aut auferat miseriam harum terræ,
Aut istam necessitatem supplicum solvat, erga deos,
Rem aliquam piam faciens: omnia enim per masculos
Mulieribus convenit agere, quæ sunt prudentes.
CHO. Supplico tibi anus, ex anili ore ad (*str.* 1.)
Genua procidens tua,
Ut redimas mihi numerum extinctorum
Juvenum, qui relinquunt artus
Morte solvente membra feris montanis escam,
Intuens quidem miserabiles oculorum lachrymas circa palpebras, rugo- (*ant.* 1.)
sas vero carnium canarum
Lacerationes manuum *vi factas*;—quid enim *faciam*?—quæ
Mortuos filios meos neque domi
Curavi, neque sepulchrorum tumulos terræ video.
Peperisti tu quoque quondam, O veneranda, filium (*str.* 2.)
Faciens gratum thalamum tuo marito:
Impertias mihi nunc de tua mente,
Impertias, vero, quantum doleo misera
De mortuis, quos peperi:
Persuade vero tuum, cui sumus supplices, ut veniat
Filium *ad* Ismenum, ut in mea manu ponat
Juvenilium cadaverum
Corpora terreum onus.
Purum sancte, sed compulsa a necessitate *ad genua* acci- (*ant.* 2.)
dens petitura venio *ad* recipientes-ignem deorum
Aras: habemus autem justam causam; et tibi
Adest quædam facultas, ut felicitate tui filii
Infelicitatem meam.
Auferas miseranda vero *mala* quia patior supplex oro
Infelix *ego* tuum mihi filium ut in manu ponat,
Ut amplectar misera
Membra mortua mei filii.
Certamen hoc aliud venit luctum luctibus (*str.* 3.)
Succedentem: resonant ministrorum manus.
Ite, O concentores malis,
Ite O consortes doloris *nostri*,

Chorum quem Pluto colit.
Per genas unguem candidum *mittentes*
Cruentate corpusque sanguinolentum:
Hic enim honor mortuis *tribuitur* a vivis.
Educit me hæc insatiabilis voluptas luctuum (*ant.* 3.)
Ærumnosa, ut ex celsa rupe
Humida fluens gutta,
Nullum unquam finem faciens luctuum:
Nam propter mortuos filios
Vehemens quidam in mulieribus
Ad luctus insitus est affectus: heu heu!
Utinam mortua horum dolorum obliviscar!
THE. Quorum luctum audivi et pectorum sonitum,
Et lamentationes de mortuis, ex his templis
Sono exeunte? ut metu me suspensum reddit,
Ne mea mater, ad quam vado pedibus,
Quæ diu abfuit ab ædibus, passa sit aliquid novi.
(Eja.) Quid hoc rei est? video nova prooemia sermonum,
Matrem autem in ara sedentem,
Et peregrinas simul mulieres, unam notam
Habentes luctuum: nam ex venerandis
Oculis mittunt miserabiles lachrymas in terram,
Et rasuræ ac vestitus non qualis esse debet in sacris.
Quid hæc sunt, mater? tuum est indicare mihi,
Et meum audire: expecto enim aliquid novi.
ÆTH. O fili, istæ mulieres *sunt* matres filiorum,
Qui ad Cadmeas portas occubuerunt,
Septem ducum: et cum ramis supplicibus
Custodiunt me, ut vides, undique, fili.
THE. Quis vero est iste gemens miserabiliter ad fores?
ÆTH. Adrastus, ut aiunt, Argivorum rex.
THE. Hi vero pueri, *qui sunt* circa istum, an hujus *sunt* filii?
ÆTH. Non, sed filii mortuorum, qui occubuerunt.
THE. Cur vero ad nos venerunt supplici manu?
ÆTH. Scio: sed ad hos pertinet secuturus sermo, O fili.
THE. Te obvolutum penulis interrogo:
Dic, retecto capite et omitte luctum:
Nihil enim efficis, lingua non exponens.
AD. O clare victoriis Attici soli rex,
Theseu, venio supplex tibi et urbi tuæ.
THE. Quam rem venans, aut quo opus habens?
AD. Scis quam perniciosam expeditionem feci?
THE. Non enim tacite pertransiisti Græciam.
AD. Ibi perdidi Argivorum proceres.
THE. Talia miserum bellum facit.
AD. Hos mortuos veni petiturus ab urbe.

THE. Fretus præconibus Mercurii, ut sepelires mortuos?
AD. Sed *eorum* interfectores non sinunt me.
THE. Quid vero dicunt, cum tu justa petas?
AD. Quid re bene gesta? nesciunt ferre fortunam.
THE. Ergo venisti consulturus me? aut cujus gratia?
AD. O Theseu, cupiens Te recuperare filios Argivorum.
THE. Ubi vero est nobis illud Argos? an frustra gloriabatur!
AD. Peccantes periimus: ad te igitur confugimus.
THE. Utrum hoc tuo privato consilio *fit*, an totius urbis?
AD. Omnes Danaidæ te suppliciter orant, ut sepelias mortuos.
THE. Quare vero duxisti septem cohortes ad Thebas?
AD. Duobus generis hoc præstans officium.
THE. Cui vero Argivorum elocasti filias tuas?
AD. Non cum nostra gente contraxi affinitatem domi.
THE. An peregrinis dedisti Argivas puellas?
AD. Tydeo, et Polynici Thebano.
THE. Quodnam in desiderium hujus affinitatis veniens?
AD. Obscura ænigmata Phœbi me induxerunt.
THE. Quid vero dixit Apollo, sanciens puellis nuptias?
AD. Ut darem meas filias apro et leoni.
THE. Quomodo vero tu explicasti oracula dei?
AD. Cum venissent exules nocte ad meam portam—
THE. Quis, et quis, dic: duos enim dixisti simul.
AD. Tydeus et Polynices pugnaverunt inter se.
THE. An his dedisti, ut feris, tuas filias?
AD. Quoad pugnam duabus feris assimilans.
THE. Quomodo vero venerunt relictis finibus patriæ?
AD. Tydeus quidem, fugiens cædem cognatam ex patria.
THE. Filius vero Œdipi quomodo *venit* relictis Thebis?
AD. Propter diras patris, ne interficeret fratrem.
THE. Prudens dixisti voluntarium hoc exilium.
AD. Sed qui *domi* manebant, absentes injuria afficiebant.
THE. Num frater ipsum fraudat patrimonio?
AD. Hæc ulciscens veni, et sic perii.
THE. Vatesne consulisti, et vidisti flammas hostiarum?
AD. Heu mihi! urges me, qua parte ego maxime offendi.
THE. Non ivisti, ut videtur, faventibus diis.
AD. Quid plus est? ivi invito Amphiarao.
THE. Adeone leviter numen repudiasti?
AD. Juvenum enim virorum tumultus percellebat me.
THE. Audaciam sectatus es pro bono consilio,
Quod profecto jam multos perdidit duces.
AD. Sed, O fortissimum caput Græcorum,
Rex Atheniensium, erubesco quidem
Procidens humi amplecti tuum genu manu,
Canus vir Rex olim felix:

Tamen necesse *est* cedere meæ calamitati.
Serva mortuos meos, et miserans mea mala
Et has matres mortuorum filiorum,
Quibus senectus cana ad orbitatem pervenit,
Sustinuerunt autem venire huc et peregrinum pedem
Ponere, vix moventes senilia membra,
Tanquam legatæ, non ad Cereris mysteria,
Sed ut mortuos sepeliant, sic ut ipsas oportuit
Eorum sepultas manibus justa consequi.
Sapiens autem est, divitem aspicere paupertatem,
Pauperem vero respicere ad divites,
Imitantem *eos*, ut *et* ipsum frugalitatis amor capiat,
Et fortunatos miseranda respicere:
Et Poetam, si versus ipse pariat,
Gaudentem parere: nisi enim ita sit affectus,
Non poterit, si domi malis afficiatur,
Delectare alios: haud enim æquitatem *hoc* habet.
Fortasse vero dixeris, Pelopia terra omissa
Quomodo injungis istum laborem Atheniensibus?
Ego, æquum est, ut hæc declarem.
Sparta quidem sæva est et vafra moribus:
Reliqua vero parva et imbecillia: sed tua civitas
Sola potest sustinere hunc laborem:
Respicit enim miseranda, et juvenem
Habet te rectorem bonum: cujus defectu urbes
Multæ perierunt indigentes duce.
CHO. Et ego eundem, quem hic, tibi sermonem dico,
Theseu, ut misericordia movearis mearum calamitatum.
THE. At tu annon errasti sectatus orationem
Talem: dixit enim quidam, quod mala
Plura sint bonis apud homines:
Ego vero contrariam his sententiam habeo,
Plura bona quam mala esse hominibus.
Nisi enim hoc esset, non essemus in luce.
Laudo autem *eum*, quisquis nobis vitam a confusa
Et ferina Deorum discrevit.
Primum quidem induens mentem, deinde vero nunciam
Sermonis linguam dans, ut agnoscamus vocem,
Et sepulturam frugum, et sepulturæ de cœlo
Stillas humidas, ut alantur quæ nascuntur ex terra,
Et recreent ventrem: præterea vero adversus hyemem
Munimenta, et ad æstum Dei *Solis* arcendum,
Et maris navigationem, et commercia
Haberemus inter nos, *rerum*, quibus indiget terra.
Quæ autem sunt ignota, et non clare cognoscimus,
Intuentes in ignem, et per fibras extorum

Vates prædicunt et ex avibus.
Nonne igitur superbi sumus, cum Deus apparatum vitæ
Dederit talem, quibus hæc non sufficiant?
Sed animus *noster* plus posse quam Deus
Quærit, fastum autem mentibus habentes,
Videremur esse sapientiores diis.
Quo e numero tu quoque, videris *esse* non sapiens existens:
Qui filias, oraculis Phœbi constrictus,
Sic dedisti peregrinis, ut vaticinantibus diis,
Miscens autem splendidam familiam tuam pollutæ,
Vulnerasti domos: oportet enim neque corpora
Injusta justis miscere justum,
Et florentes domibus quoque comparare amicos.
Deus enim, communes fortunas gubernans,
Sontis calamitatibus perdidit
Qui insons est, et nihil peccavit.
Ducens autem omnes Argivos in expeditionem,
Deinde oracula vatibus edentibus contemnens,
Per vim neglectis diis, perdidisti civitatem,
A juvenibus seductus, qui honoribus aucti
Gaudent, et augent bella sine jure,
Corrumpentes cives, alius quidem, ut fiat imperator,
Alius vero, ut contumeliose se gerat, nactus potentiam,
Alius vero quæstus gratia, non considerans
An populus aliquid detrimenti accipiat, dum hæc patitur.
Tres enim *sunt* partes civium: quidem divites,
Et inutiles sunt, et semper plura expetunt:
Pauperes vero, et indigentes victu,
Vehementes, indulgentes livori
Emittere malos aculeos in divites,
Linguis malorum præsidum decepti.
Trium vero partium illa, quæ *est* in *medio*, servat civitates,
Disciplinam conservans, quam constituerit lex.
Et deinde ego tibi auxiliator ero?
Quid honesti dicens ad meos cives?
Lætus abi: nec si non recte deliberasti
Ipse, ut nos cruciet fortuna, postula.

CHO. Male fecit. In juvenibus autem hominibus hoc
Peccabatur: veniam igitur huic dare decet.
Atqui ad te, ut ad Medicum horum, O Rex, venimus.

AD. Non quidem judicem te eligentes meorum malorum,
Neque, si quid deprehendar non recte fecisse,
Istorum punitorem et objurgatorem, O rex,
Sed ut adjuver. Si autem non vis hæc *facere*,

Necesse *est me* tuis decretis acquiescere. Quid enim agam?
Sed, O anus, ite viridem herbam
Relinquentes hic frondium inversione,
Et Deos et terram et igniferam Deam
Cererem facientes testes, et solis lumen,
Quod nihil profuerunt nobis preces Deorum.

CHO. * * *
Qui erat filius Pelopis, et nos ex terra Pelopia
Possidemus eundem sanguinem paternum tecum.
Quid agit? prodes hæc, et ejicies ex terra
*Has* anus, nihil consecutas *eorum*, quæ ipsas *consequi* decebat?
Nequaquam. Habet enim refugium fera quidem petram,
Servus vero aras Deorum, civitas vero ad civitatem
Fugit jactata tempestatibus. Rerum enim humanarum
Nihil est perpetuo beatum.

CHO. Vade, O misera, a sacro solo Proserpinæ,
Vade, et supplica genibus imponens manum,
Filiorum mortuorum recipere cadavera,—O me miseram *eorum!*—
Quos juvenes perdidi sub mœnibus Cadmeis.
Hei mihi! prehendite, afferte, mittite: extendite
Miseras manus seniles.
Per genam, O charissime, et præstantissime in Græcia,
Precor, cadens ad tua
Genua et manum miseram:
Miserere pro liberis me supplicem,
Velut erronem, edentem lugubre carmen miserabile.
Et fili, ne insepultos in terra Cadmi ludibria ferarum
Filios in tua ætate videas, suppliciter oro,
Aspice lachrymas in meis palpebris, quæ ad tua
Genua hic cado, sepulturam liberis ut consequar.

THE. Mater, quid ploras, tenue peplum super oculos
Tuos ponens? num miserabilem querelam
Harum audiens? nam me quoque permovit nonnihil.
Attolle canum caput, ne lachrymas funde,
Assidens sanctis focis Cereris.

ÆT. Heu, heu! THE. Istorum *mala* non sunt tibi ingemiscenda.

ÆT. O miseræ mulieres! THE. Non tu una es illarum.

ÆT. Dicamne, fili, aliquid tibi et urbi honestum?

THE. *Dic*, quia multa sunt etiam a mulieribus sapienter dicta.

ÆT. Sed sermo, quem celo, ad verecundiam fert.

THE. Turpe dixisti, bona celare Amicos.

ÆT. Non sane tacens deinde reprehendam aliquando

Præsens silentium, quod turpiter sit tacitum,
Neque quod sit inutile mulieres aliquid boni dicere,
Timens amittam meum pulchrum consilium metu.
Ego vero te, O fili, primum quidem deorum placita
Considerare jubeo, ne offendas his neglectis;
Nam in hoc solo offendes, alioqui recte sentiens.
Præterea vero, si non oporteret injuste afflictorum causa
Audacem esse, omnino tacuissem:
Nunc vero et tibi hoc gloriam augebit,
Et mihi hortari *te* non affert metum, O fili,
Ut viros violentos, et qui impediunt mortuos
Ne sepulturæ debitam partem, et parentalia consequantur,
Ad hanc *officii* necessitatem tu compellas manu,
Et qui totius Græciæ mores confundunt
Compescas. Quod enim continet hominum urbes
Hoc est, quando quis leges servat accurate.
Dicet vero aliquis, quod ob ignaviam manuum,
Cum liceret tibi gloriæ coronam urbi comparare,
Timens omiseris, et suis quidem agrestis
Certamen attigisti, tolerans laborem inglorium,
Ubi vero in galeam intuentem, et in aciem hastæ
Oportebat laborare, sis inventus timidus.
Nequaquam meus existens, O fili, hæc feceris.
Videsne, derisa tanquam imprudens
Ut in derisores suos torvum aspiciat
Tua patria? nam in laboribus crescit.
At otiosæ urbes obscure agentes
Obscurum quoque aspectum habent nimium timentes.
Non ibis mortuis et miseris mulieribus
O fili, opem laturus indigentibus?
Quia neque timeo tibi justa de causa proficiscenti,
Et Cadmi populum vides *jam* fortunatum,
Alium alia ipsum adhuc jacturum
Confido: nam deus omnia solet retro vertere.

CHO. O charissima mihi, et isti recte dixisti hoc,
Et mihi: duplexque gaudium hoc est.

THE. Mea quidem verba, mater, *a me* dicta
Recte se habent adversus *istum*, et dixi
Sententiam, quibus peccarit consiliis:
Video autem et ipse hæc, quæ me mones,
Quod meis moribus non sit consentaneum,
Fugere pericula. Nam multis rebus honeste gestis,
Elegi hunc morem inter Græcos,
Ut semper essem punitor malorum.
Non igitur recusare possibile est mihi labores.
Quid enim de me dicent mortales infensi *mihi*,

Quando (tu) mater, et timens pro me
Prima jubes me suscipere hunc laborem?
Vado ista facturus, et cadavera redimam,
Verbis persuasurus, sin minus, armorum vi:
Jam hoc erit, diis tantum non invidentibus.
Hæc autem et a tota civitate decerni cupio.
Et decernet, me volente: sed facultatem
Proponens haberem populum magis æquum.
Ego enim constitui ipsum in principatu,
Liberam faciens hanc urbem, habentem æquale jus suffragii.
Assumpto autem Adrasto meorum verborum documento,
Ad multitudinem ipsorum ibo: et cum hæc ipsis persuasero,
Ubi lectos Atheniensium juvenes collegero, huc
Veniam: et sedens ad arma, mittam nuncios
Creonti, repetens corpora mortuorum.
Sed, O anus, auferte sacras coronas
A matre, ut eam ducam ad domum Ægei,
Attingens charam manum. Nam parentibus,
Filius qui vicissim non servit, infelix est:
Pulcherrimo enim dono dato, vicissim accipit
A suis liberis talia, quæ dederit parentibus.

CHO. Argos equis alendis aptum, O meum patrium solum, (*str.* 1.)
Audivistis hæc, audivistis regis
Sancta erga deos et magni æstimanda in regione Pelasgorum, et circa Argos.
Utinam vero ad metam meorum malorum et ultra (*ant.* 1.)
Veniens matris decus
Cruentum tollat, et terram amicam I-
nachi faciat juvans!
Præclarum monimentum est urbibus pius labor, (*str.* 2.)
Et perpetuam gratiam habet.
Quidnam civitas mihi perficit? an mihi amica
Decernet, et liberis sepulturam
Obtinebimus?
Succurre matri, civitas, succurre, Palladis, (*ant.* 2.)
Non polluere leges hominum.
Tu colis justitiam, et minus injustitiæ
Tribuens semper, injuste afflictum
Quemlibet liberas.

E. Habens semper hanc artem servis
Urbi et mihi, variis in locis nuncians edicta:
Profectus igitur trans Asopum et Ismeni aquam,
Superbo Cadmeorum tyranno hæc dic:
Theseus a te amice petit ut sepelias cadavera,
Habitans vicinam terram, dignam hoc consequi,

Et facere amicum totum populum Atheniensem.
Et siquidem *postulatis* annuant, retrogradus
Veni: si vero parere nolint, hæc *erunt* secunda verba,
Commessationem meam scutiferam ut expectent:
Exercitus enim sedet et recensetur præsens
Circa Callichorum *puteum* sanctum paratus ille.
Et quidem volens et libens suscepit
Civitas hunc laborem, postquam sensit me velle.
Ehem: quis iste, *qui nostris* sermonibus intervenit?
Thebanus, ut videtur, non *enim* certe *scio* an *sit*.
Præco, expecta, si *iste* te liberet hoc labore:
Profectusque *huc*, occurrat meis consiliis.

PRÆ. Quis *est* tyrannus terræ? ad quem oportet me nunciare
Verba Creontis, qui imperat Thebis,
Eteocle interfecto apud septemplices
Portas a manu fratris Polynicis.

THE. Primum quidem cœpisti orationem falso, hospes,
Quærens hic tyrannum: non enim regitur *hæc*
Ab uno viro, sed est libera civitas:
Populus enim imperat successione per vices
Annua, non divitiis tribuens
Plurimum, sed etiam pauper habens jus æquale.

PRÆ. Unum quidem hoc nobis, ut in talorum ludo, das
Melius: civitas enim, a qua ego venio,
Regitur ab uno viro, non a turba:
Neque est, qui eam verbis inanibus tumefaciens
Ad suam utilitatem, alius alio vertat.
Qui jam gratus, et multum gratificatus
Rursus lædit, deinde novis calumniis
Tegens priora errata effugit pœnam.
Alioqui, quomodo non recte rationes examinans,
Recte posset populus regere civitatem?
Tempus enim doctrinam quam celeritas,
Meliorem dat. Labori enim deditus Vir pauper,
Etiamsi qui laboret, et rerum imperitus ob opera,
Non posset ad publica *commoda* respicere.
Porro mala res est hæc præstantioribus,
Quando improbus vir consequitur dignitatem,
Detinens populum lingua, qui prius nihil fuit.

THE. Festivus *est* iste præco, et facundiæ per otium studiosus.
Postquam autem tu quoque in hoc curriculo te exercuisti,
Audi: tu enim certamen instituisti sermonum.
Nihil est infestius civitati, quam tyrannus,
Ubi primum quidem non sunt leges
Communes, unus vero imperat legem possidens
Ipse apud se, et hoc non jam æquale est.
Scriptis vero legibus, et imbecillus

Et dives jus æquum habet,
Et licet imbecillibus respondere
Potenti eadem quando male audit,
Et vincit minor potentem, habens justam causam.
Illud etiam *est* liberum: quis vult Reipublicæ
Bonum aliquod consilium habens in medium proferre?
Et qui hæc vult clarus est, qui non vult,
Tacet: quid est æqualius civitati quam hæc?
Et quidem ubi populus princeps *est* terræ,
Delectatur succrescentibus civibus fortibus.
At vir tyrannus putat hoc sibi inimicum,
Et præstantissimos, quos putat sapere,
Interficit, metuens *suæ* tyrannidi.
Quomodo igitur civitas possit esse firma,
Quando aliquis, sicut ex prato verno spicam,
Aufert audaces cives, demetit juvenes?
Quid igitur opus est liberis comparare opes, et victum,
Ut tyranno vitam opimam paret?
Aut filias virgines in ædibus honeste educare,
Jucundas tyranno voluptates, quum voluerit,
Lachrymas vero parentibus? Ne vivam amplius,
Si meæ filiæ per vim *alicui* nubant.
Et hæc quidem adversus tua sum ejaculatus.
Quid vero petitum ab hac terra jam venis?
Lachrymaturus enim venisses, si te non misisset civitas,
Cum supervacanea loquaris: nam nuncium oportet
Dictis *iis*, quæ quis *dici* jusserit, quam celerrime retro
Abire: posthac igitur Creon in meam urbem
Nuncium aliquem te minus loquacem mittat.

CHO. Vah, vah, ut, quando fortuna dat malis
Res secundas, sunt insolentes, quasi semper felices sint futuri!

PRÆ. Dicam jam: ac de disputatis quidem,
Tibi videantur hæc, mihi vero secus.
Ego autem interdico et totus populus Thebanus,
Ne admittas Adrastum in hanc terram:
Si autem est in hac, ut, antequam Dei occidat jubar,
Solutis sacris coronarum mysteriis,
Hinc *eum* expellas, neque tollere conaris mortuos
Vi, qui nihil attingas civitatem Argivorum.
Et si mihi parueris, sine fluctibus civitatem
Tuam gubernabis: sin minus, magna procella
Belli erit nobis, et tibi, et sociis.
Considera autem, et non iratus meis
Dictis, tanquam habens liberam civitatem,
Superbum reddas responsum ex brachiis.

Spes enim est pessima, quæ multas urbes *bello*
Commisit, efferens iracundiam extra modum.
Quum enim venit bellum ad suffragia civitatis,
Nullus amplius suam mortem reputat,
Sed hoc infortunium in aliud avertit:
Si vero esset ante oculos mors in calculo ferendo,
Nunquam Græcia furens cupiditate belli periisset.
Et duarum omnes homines rationum
Meliorem scimus et bona et mala,
Quantoque Pax melior sit hominibus, quam bellum:
Quæ primum quidem est gratissima Musis,
Cædibusque inimica, et delectatur procreatione sobolis,
Et gaudet divitiis. Hæc dimittentes, improbi
Bella suscipimus, et inferiorem
Virum viri redigimus in servitutem, et urbs urbem.
Tu vero homines Deorum hostes, mortuos juvare vis,
Sepeliens et curans, quos *sua* justitia perdidit.
Non ergo recte Capanei fulmine ictum
Corpus fumat *in* scalis erectis,
Quas admovens portis juravit se urbem
Deleturum, volente et nolente Deo:
Neque *recte* rapuit Charybdis augurem,
Quadrijugum currum circumplexa voragine:
Aliique duces jacent ad portas,
Contriti saxis ossium suturas.
Aut igitur glorieris te plus sapere quam Jovem,
Aut deos perdere malos æquum puta.
Oportet igitur sapientes primum quidem amare liberos,
Deinde parentes, et patriam, quam oportet augere,
Et non frangere. Lubrica *res est*, dux *nimis* audax
Gubernatorque navis: placidus pro tempore, est sapiens:
Et hoc mihi fortitudo, prudentia utique.

AD. Satis erat Jupiter vindicans *scelera*,
Vos vero non oportebat tam contumeliose agere,
O pessime. THE. Tacite, Adraste, comprime os,
Et non ante meos sermones tuos
Ponas: non enim venit ad te iste præco,
Sed ad me: *ergo* nos etiam oportet respondere.
Ac primum quidem ad prima tibi respondebo:
Non agnosco ego Creontem dominum meum,
Neque plus posse, ut cogat
Athenas ista facere: sursum enim fluerent
Res ita, si jussi agemus scilicet.
Bellum autem hoc ego non incipio,
Qui neque cum istis in Cadmi terram ivi.
Sed mortuorum cadavera, non lædens urbem,

'Neque afferens certamina, in quibus occumbant viri,
Sepelire justum duco, communem Græcorum legem
Servans. Quid istorum non recte se habet?
Etenim si quid passi estis ab Argivis,
Mortui sunt, *et* ulti estis hostes præclare:
Turpiter autem ipsis et vindictæ jus perit.
Sinite jam terra tegi mortuos,
Unde autem unaquæque *pars* venit in vitam,
Eo redire, Spiritum quidem in ætherem,
Corpus vero in terram: haud enim possidemus
Ipsum *nobis* proprium, nisi ut incolamus id dum vivimus,
Deinde oportet *terram* quæ aluit ipsum recipere.
Putasne te malo afficere Argivos, non sepeliens mortuos?
Nequaquam: ad totam Græciam hoc pertinet,
Si fraudans mortuos *iis*, quæ debent consequi
Retinebit aliquis insepultos. Afferet enim timiditatem
Fortibus, si talis ponatur lex.
Et mihi quidem venisti minans atrocia verba:
Mortuos vero formidaris, si tegantur terra?
Quid ne accidat? ne effodiant terram *scilicet*
Vestram sepulti? an ne in cavernis terra liberos
Gignant, a quibus veniat aliqua ultio?
Inepta certe *est* hæc expensa mollitiei,
Timere vanos et inanes metus.
Sed, O stulti, cognoscite hominum mala.
Nostra vita *est* lucta, sunt autem fortunati
Alii quidem mortales olim, alii vero postea, alii jam.
Fortuna vero ludit: ab infortunato enim,
Honore afficitur, ut prospere agat;
Beatus vero illum, metuens ne secunda Aura ipsum deficiat,
Sublimem tollit. Cognitis igitur his oportet,
Injuria affectos mediocri, sine ira, tolerare:
Injurias vero eas *facere*, quæ non lædant Rempublicam.
Quomodo igitur *hoc* erit? mortuorum corpora
Sepelire da nobis qui volumus pietatem colere.
Aut manifesta *sunt* quæ postea *fient: nam* ibo, et sepeliam vi.
Nunquam enim efferetur inter Græcos,
Quod ad me, et urbem Pandionis veniens
Vetus deorum lex deperdita fuerit.
Confide, servans enim lumen justitiæ,
Effugies multos hominum *malos* sermones.
Visne tuum sermonem brevi scindam?
Dic, si quid vis: nec enim es taciturnus.

PHÆ. Nunquam ex agro *nostro* filios Argivorum auferes.
THE. Nunc me quoque vicissim audi, si vis.
PRÆ. Audiam: etiam oportet *dicendi* dare vicem.
THE. Sepeliam cadavera, auferens ex terra Thebana.
PRÆ. Est tibi prius periclitandum cum exercitu.
THE. Multos alios labores sævos jam sustinui.
PRÆ. An vero pater *tuus* te genuit *ita*, ut omnibus sufficias?
THE. Quotquot *sunt* improbi: probos enim non punimus.
PRÆ. Sæpe tu multa soles facere, et tua civitas.
THE. Ergo sustinens multos labores est valde beata.
PRÆ. Veni, ut te hasta Thebana in agro capiat.
THE. Quis vero ex dracone Mars impetuosus existere potest?
PRÆ. Tu experieris patiendo: nunc enim es ferox.
THE. Haud me movebis, ut irascar animo,
Tuis superbis verbis. At ex *hoc* agro discede,
Referens illa inania verba quæ attulisti:
Nihil enim effecimus *colloquendo*. Movere oportet
Omnes pedites, et inscensores curruum,
Celetumque equorum movere lora, os
Spuma distillantia, in Cadmeam terram.
Proficiscar enim ad septem portas Cadmi
Ipse tenens ferrum acutum in manibus
Et ipse præco. Tibi vero mando ut maneas,
Adraste, et mihi non affrices fortunam
Tuam: ego enim cum mea fortuna
Imperator ero integer in integro exercitu.
Una re solum est mihi opus, habere deos, quotquot
Justitiam colunt: hæc enim si sint simul
Dant victoriam: nam Virtus nihil prodest
Hominibus, nisi Deum faventem habeat.
SE. 1. O miseræ matres miserorum ducum, (*str.* 1.)
Ut mihi pallidus metus sub hepate *mentem* turbat!
SE. 2. Quam novam vocem hanc adfers?
SE. 1. Exercitus quidem Palladis cernetur?
SE. 2. Armisne dixisti, an verborum commercio?
SE. 1. Optimum id foret; sed ferro patratæ cædes,
Pugni et pectus-plangentes per loca
Iterum apparebunt sonitus—
O misera, quam rationem,
Quam causam horum accipiam?
SE. 2. Sed illud prosperis elatum si aliqua deprimat (*ant.* 1.)
Fortuna rursus: hæc fiducia me circumdat.
SE. 1. Justos nimirum tu narras Deos.
SE. 2. Quinam enim alii dispensant calamitates?
SE. 1. Multas Deorum dispensationes hominibus diversas video.

SE.2. Metu enim pristino peris: vindicta
Vindictam evocavit et cædes
Cædem, malorum autem respirationes
Dii hominibus distribuunt,
Ipsi omnium exitus penes se habentes.
SE.1. Quomodo veniemus in pulchris turribus insignes campos, (*str.* 2.)
Relinquentes Deæ *Cereris* aquam *Callichorum!*
SE.2. Alatam te siquis Deorum fecerit,
CHO. Ut veniam ad urbem cinctam duobus fluviis!
SE.1. Noverit utique amicorum,
Noveris casus,
SE.2. Quænam sors, quodve Fatum
Manet fortem
Regem hujus terræ?
SE.1. Invocamus rursus Deos antea invocatos: (*ant.* 2.)
Hæc prima quippe metus est fiducia.
SE.2. O Jupiter, antiquæ matris *nostræ*
Marite vitulæ Inachi!
SE.1. Esto auxiliator urbi
Huic propitius.
SE.2. Tuum decus, et incolas a te constitutos
In urbe reportare studeo
Contumelia affectos ad rogum.
NUN. Mulieres, venio habens multa bona, quæ nunciem,
Et ipse servatus, (captus enim sum in pugna,
Ubi mortui septem cohortium duces
Pugnaverunt, ad fluentum Dircæum)
Nunciaturus etiam victoriam Thesei: te vero a sermone
Longo liberabo. Eram enim servus Capanei,
Quem Jupiter fulmine ignito combussit.
CHO. O carissime, bene quidem nuncias tuum reditum
Et res Thesei: si vero etiam exercitus
Atheniensium est salvus, omnia nuntiaveris bona.
NUN. Salvus, et rem gessit, sicut Adrastus debuit
Gerere cum Argivis, quum ab Inacho
Ductis copiis bellum intulit Cadmeorum urbi.
CHO. Quomodo vero Jovis trophæa filius Ægei
Constituit, et ejusdem belli consortes?
Dic: cum enim adfueris, exhilarabis eos qui non adfuerunt.
NUN. Clarus quidem radius solis, norma recta,
Feriebat terram: ad portam vero Electram
Steti spectator, turrim nactus prospectui commodam.
Video autem tres populos trium exercituum,
Populum quidem graviter armatum producentem superne
Ad ripam Ismeni, ut ferebatur,

Ipsumque regem inclytum filium Ægei,
Et cum eo collocatos in dextro
Cornu antiquæ Cecropiæ incolas:
Et Paralum in lævo armatum hasta,
Apud ipsum fontem Martis, equestrem vero turbam
Ad exercitus fimbrias collocatam
Æquales numero: curruum vero vehicula
Infra sacrum sepulchrum Amphionis.
Populus vero Thebanus sedebat ante mœnia,
Cum posuisset retro cadavera, de quibus erat certamen.
Equitesque equitibus erant in armis oppositi,
Quadrijugisque adversi currus curribus.
Præco autem Thesei hæc dixit coram omnibus:
Tacete, populi, tacite, agmina Thebanorum,
Audite: nos venimus propter cadavera,
Volentes sepelire, legem universæ Græciæ
Servantes, non postulantes ulcisci necem.
Ad hæc vero verba Creon nihil respondit,
Sed sedit tacite in armis: at duces curruum
Quadrijugorum inde cœperunt pugnam:
Agentes autem currus ultra ordines graviter armatorum,
Milites in curru pugnantes statuerunt intra hastæ protensionem.
Et alii quidem pugnabant ferro, alii vero vertebant
Equos ad opem petendam rursus ad graviter armatos.
Cum autem vidisset Phorbas, qui dux equorum singularium
Erat Atheniensibus, curruum pugnam,
Qui etiam contra Cadmeum equitatum curabant,
Commiserunt pugnam, et vincebant, ac vincebantur.
Videns autem hæc, et non audiens, (illic enim eram,
Ubi pugnabant currus, et curruum milites,)
Quæ illic erant tum multa mala, nescio,
Quid primum dicam, utrum in cœlum
Elevatum pulverem, quam esset ingens,
An qui ferebantur sursum et deorsum
Loris, et fontes sanguinis purpurei,
Aliis quidem cadentibus, aliis vero, fractis curribus,
In caput humi per vim præcipitantibus,
Et relinquentibus vitam circa fractos currus.
Cedentem autem equis ut vidit exercitum
Creon, suum arripiens manu clypeum
Proficiscitur, priusquam suis veniat formido.
At neque Thesei res metu eversæ sunt,
Sed statim *obviam* ivit correptis armatis splendide militibus.

Et collidentes totum medium exercitum,
Occidebant, *et* occidebantur, et didebant
Sibi mutuo adhortationes cum magno clamore,
Feri, Erechthidis hastam fortiter oppone.
Manipulus enim virorum ex dentibus serpentis natorum,
Acer bellator erat: inclinavit enim cornu
Sinistrum nostrum: sed victum a dextro
Illorum sinistrum fugit, eratque certamen æquale.
Et tunc erat laudandus dux:
Non enim solum de *parte* victrici cogitavit,
Sed ivit ad *cornu* laborans sui exercitus.
Edidit autem vocem, ut terra redderet sonitum:
O filii, nisi sustinueritis rigidam hastam
Spartorum hanc virorum, perierunt res Palladis.
Indidit autem fiduciam toti exercitui Cranaidarum.
Ipseque correpta Epidauriâ armatura
Formidabilis clavæ huc et illuc *eam* jactans vibrabat,
Simul colla, et caput indutum
Galeas demetens, et ligno detruncans.
Vixque tandem convertit eos in fugam.
Ego autem exclamavi, et saltavi
Et complosi manibus. Illi vero tendebant ad portas.
Clamor autem et ululatus erat in urbe
Juvenum, *et* senum, et implebant templa
Metu. Cum autem liceret irruere in urbem,
Theseus repressit *suos:* non enim expugnatum urbem
Dicebat se venisse, sed repetitum cadavera.
Talem oportet eligere copiarum ducem,
Qui et in periculis sit fortis,
Et oderit populum insolentem, qui in secundis rebus
In summos scalarum gradus scandere
Quærens, perdidit suam felicitatem, qua frui poterat.
CHO. Nunc, videns ego hanc insperatam diem,
Judico esse Deos, et puto calamitates meas
Minores esse, cum isti dederint pœnas.
AD. O Jupiter, quidnam miseros homines
Dicunt sapere? ex te enim pendemus,
Et talia facimus, quæcunque tu vis.
Nobis enim erat tunc Argos non sustinendum,
Ipsique multi et juvenes brachiis,
Et Eteocle agente de compositione,
Ac concedente moderata, non voluimus accipere,
Et deinde periimus. Ille vero tunc fortunatus,
Sicut pauper accipiens recens partas opes,
Erat insolens, et insolens rursus periit
Stultus populus Cadmi. O stulti homines,

Qui, velut tendentes arcum ultra quam convenit,
Et juste mala multa passi,
Amicis quidem non obtemperatis, sed rebus ipsis,
Vosque civitates, cum possitis oratione declinare mala,
Cæde, non verbis, negotia deciditis.
Sed quid hæc? Illud volo scire,
Quomodo sis servatus: deinde alia interrogabo.

NUN. Postquam tumultus urbem commovit ob pugnam,
Transii per portam, qua intrabat exercitus.

AD. Quorum vero causa certamen erat, an cadavera refertis?

NUN. Eos utique qui septem inclytis præfuere cohortibus.

AD. Quomodo dicis? ubi vero *est* reliqua defunctorum turba?

NUN. Sepulturæ mandati sunt ad Cithæronis valles.

AD. Illinc, an hinc? quis vero sepeliit eos?

NUN. Theseus, ubi est umbrosa petra Eleutheris.

AD. Quos vero non sepeliit, ubi reliquit mortuos?

NUN. Hic prope: leve enim est quicquid studiose agitur.

AD. An servi tulerunt eos ægre ex ipsa cæde?

NUN. Nullus servus accessit ad hunc laborem:
Dixisses, si affuisses, quod *Theseus* amasset mortuos.

AD. Abluitne inveniens miserorum cruenta cadavera?

NUN. Quin etiam stravit toros, et texit corpora.

AD. Grave quidem erat gestamen, et turpitudinem *aliquam* habens.

NUN. Quid tamen turpia *dicam* hominibus communia mala?

AD. Heu mihi! quanto cum eis maluissem mori!

NUN. Frustra ploras, et istas elicis lachrymas.

AD. Video quidem, sed ipsæ me docent plorare.
Sed age, tollam manus, occurrens mortuis,
Effundamque carmen inferorum lugubre,
Compellans amicos, quibus amissis miser
Mœreo solitudine: hanc enim solam mortalibus
Non licet jacturam factam recipere,
Animam humanam: pecuniæ vero *recuperandæ* sunt rationes.

CHO. Alia quidem læta, alia vero tristia: (*str.* 1.)
Urbi enim gloria
Et ducibus belli
Duplicatur honor.
Mihi vero mortua membra liberorum videre
Acerbum, sed tamen *erit* pulchrum spectaculum, si videro
Insperatum diem,
Conspicata maximum omnium dolorem.
Innupta me huc usque perpetuo (*ant.* 1.)
Chronus longævus pater
Debuit in vita constituere!

Quid enim mihi opus erat liberis?
Non enim unquam timuissem me passuram fuisse hoc
Ingens malum, si a nuptiis abstinuissem:
Nunc vero video manifestissimum
Malum, charissimis liberis orbata.
Sed hæc nunc video corpora
Mortuorum filiorum: O me miseram
Utinam peream cum istis liberis,
Communem ad Plutonem descendens!
ɪᴅ. Gemitum, O matres, (*str.* 2.)
De mortuis sub terram *ituris*
Edite, resonate vicissim meos
Gemitus audientes.
ɪ.1. O filii, O acerba chararum
Matrum appellatio,
Alloquor te, mortuum.
ɪ. Hei! hei mihi propter mea mala!
ɪo. Ah, ah!
* * * *
o. Passæ sumus O acerbissimos malorum dolores!
. O civitas Argiva, non videtis meum fatum?
1. Vident et me profecto
Miseram, orbatam liberis.
O afferte miserorum (*ant.* 2.)
Corpora cruenta,
Interfecta non digne, neque a dignis,
In quibus finitum est certamen.
. Date, ut complexibus jam
Manus applicans meis
In brachiis ponam liberos.
Habes, habes. ᴄʜᴏ. Satis *magnum* onus dolorum.
Heu, heu! ᴄʜᴏ. Parentibus utique dicis.
Audite me. ᴄʜᴏ. Gemitus edis in utrumque.
Utinam me copiæ Thebanæ occidissent in pulvere!
Utinam vero meum nunquam junctum fuisset
Corpus in viri alicujus cubile!
Videtis pelagus malorum, O (*epod.*)
Matres miseræ filiorum.
nguibus quidem sulcatæ sumus, circum vero
inerem caput fudimus.
eu heu mihi mihi!
lum terræ absorbeat me,
procella dilaceret,
nisque flamma Jovis incidat capiti!
istes vidisti nuptias,

Et funestum oraculum Phœbi:
Connubio tibi junxisti quæ luctuosa
Œdipodæ domum relinquens
Venit Erinnys.

THE. In animo habens te interrogare, quo tempore exercitui lamenta
Effudisti, quæ dicam, paulisper incommodum tempus videns
Reticui sermones: nunc vero Adrastum interrogo:
Undenam illi præstantes fortitudine
Mortales extiterunt? dicas (equidem,) tanquam sapientior,
Junioribus civium: quorum nempe tutor ades.
Vidi enim majora ipsorum, quam ut dici possit verbis,
Facinora, quibus sperabant se expugnaturos urbem.
Illud tamen unum te non interrogabo, ne deridear,
Cum quo horum quisque sit congressus in pugna,
Aut cujus hostium hasta acceperit vulnus.
Inepti enim sunt isti sermones et audientium
Et dicentis si quis stans in pugna,
Multis hastis euntibus ante oculos,
Clare narrare velit, quis sit fortis.
Non possem talia interrogare,
Neque credere illis qui audent dicere.
Vix enim aliquis ipsa necessaria videre
Potest, stans hostibus oppositus.

AD. Audi ergo nunc: non enim invito mihi
Das laudationem horum Amicorum, de quibus ego
Volo vera et justa dicere.
Videsne illum grandem, per quem volavit fax?
Iste est Capaneus: cui amplæ quidem erant fortunæ,
Minime vero divitiis insolens erat: animos vero
Nequaquam majores gerebat, quam vir pauper,
Vituperans *eum*, quicunque mensis nimis intumesceret,
Frugalem victum contemnens: non enim in ventris ingluvie
Virtutem *positam* esse, sed mediocria sufficere dicebat.
Eratque verus amicus, et præsentibus,
Et absentibus: quorum non *est* magnus numerus.
Mores non fucati, et come os,
Nullum promissum irritum habens, neque erga servos,
Neque erga cives. Secundum vero dico
Eteoclem, alium qui bonitatem coluit;
Juvenis erat, pauper quidem fortunis,
Plurimos vero honores habuit *in* Argivo agro.

Amicis vero aurum *ipsi* sæpe dono offerentibus,
Non recepit in ædes, ut mores
Præberet serviles victus a pecunia.
Ipsosque delinquentes, non Rempublicam,
Oderat: quia non *est* culpanda civitas,
Male audiens propter gubernatorem malum.—
Tertius vero horum Hippomedon talis fuit.
Statim a puero ausus est non ad voluptatem
Musarum se convertere, et ad mollem vitam,
Sed habitans ruri, exercens naturam in duris
Erexit ad fortia, et ad venationes vadens
Et gaudens equis et tendens arcum manibus,
Reipublicæ corpus utile præbere volens.—
Alius vero filius venatricis Atalantæ,
Puer Parthenopæus, forma præstantissimus,
Arcas quidem erat, profectus vero ad Inachi fluenta,
Educatur Argis: et illuc educatus,
Primum quidem, ut convenit inquilinos viros *facere*,
Nemini erat molestus, neque invisus urbi,
Neque litigator verbis, unde gravis
Maxime utique fiat vel civis vel hospes:
Et collocatus in acie, tanquam esset natus Argivus,
Propugnabat regionem. Et quando civitas rem bene gerebat,
Gaudebat, acerbe vero ferebat, si quam cladem accipiebat.
Multos autem amatores, ac mulierum non pauciores
Habens, cavebat ne quid peccaret.
Tydei vero laudem breviter dicam magnam.
Non in verbis erat clarus, sed in armis
Callidus artifex, ad invenienda multa stratagemata.
Inferior autem prudentia Meleagro fratre,
Æquale nomen arte bellica præstitit,
Inveniens accuratam Musicam in clypeo,
Gloriam appetentis naturæ dives, vigor autem animi
In factis, non par, (*sed major*) verbis.
Ex his dictis ne mirare,
Theseu, hos ausos esse oppetere mortem ante turres.
Educatio enim bona pudorem affert:
Erubescit enim vir, qui *res* honestas exercuit,
gnavus fieri quilibet: fortitudo vero
Doceri potest, siquidem et infans docetur *ea*
Dicere et audire, quorum notitiam non habet.
uæ vero didicerit puer ea servare solet
d senectam. Sic *igitur* bene instituite liberos.
fili, infelicem te
estavi, gestavi sub hepate

Sustinens dolores in partu:
Et nunc Pluto
Meum habet laborem miseræ:
Ego enim *meæ*-senectutis-nutritorem non habeo,
Misera, licet peperi filium.

THE. Atqui generosum Oiclei filium
Dii, vivum abripientes in abditos terræ sinus
Cum ipsis quadrigis, laudant clare:
Œdipique filium, Polynicen dico,
Nos laudantes, non mentiemur.
Erat enim mihi hospes, priusquam relicta Cadmi urbe
Exilio spontaneus trajiceret ad Argos.
Sed scis quid velim *te* facere de istis?

AD. Non scio, nisi unum *hoc*, me tuis obtemperaturum esse verbis.

THE. Percussum quidem igne Jovis Capanea——

AD. An vis sepelire seorsim, tanquam sacrum cadaver?

THE. Certe: omnes vero alias in uno rogo.

AD. Ubi vero facies huic monumentum *ab aliis* separatum?

THE. Hic, faciens sepulchrum juxta istas ædes.

AD. Hic autem labor curæ jam erit servis.

THE. Nobis vero isti: procedant igitur onera cadaverum.

AD. Ite, O miseræ matres filiorum, prope.

THE. Nequaquam, Adraste, dicis, hoc utile.

AD. Quomodo non convenit attingi a matribus liberos?

THE. Perierint si illos deformatos viderint.

AD. Mœsta enim spectacula inferorum principi jucunda sunt:

THE. Quid, *oro*, dolorem istis addere vis?

AD. Vincis: oportet manere patienter: dicit enim recte
Theseus. Quum autem istos imposuerimus igni,
Ossa convehetis.—O miseri mortales,
Quid comparatis hastas, et mutuas cædes
Facitis? cessate. Quin vos desinentes a laboribus
Servate urbes quieti cum quietis.
Res brevis est vita: et eam convenit
Transigere quam facillime, et non per labores.

CHO. Non *sum* amplius beata liberis, non amplius prole fe- (*str.*)
lix, neque sum particeps feli-
citatis inter matres Argivas:
Neque Diana, quæ adest parturientibus
Salutet nos amissis liberis.
Misera autem erit vita,
Sicut autem errans nubes,
A sævis ventis impellor.
Septem matres septem liberos peperimus mise- (*ant.*)
ræ, præstantissimos inter Argivos:

Et nunc sine liberis, sine filiis
Senesco miserrima,
Nec inter mortuos,
Nec inter vivos numerata,
Seorsim ab his sustinens quandam sortem.
Restant mihi fletus (*epod.*)
Miseræ: in domo filii
Jacent monumenta, lugubres
Tonsuræ et coronæ circa comam expertes,
Cantus, quos auricomus
Apollo non recipit:
Et excitata mane luctibus
Lachrymis semper humidam peplorum
Plicaturam madefaciam ad pectus.
Atqui thalamos hosce jam video
Capanei nunc sacrumque tumulum,
Extraque ædes
Thesei dona dicata mortuis,
Et inclytam conjugem mortui
Hujus fulmine Euadnem prope,
Quam rex Iphis filiam genuit.
Quidnam insistit sublimem petram,
Quæ superat hanc domum,
Hanc ingressa viam?
EUA. Quam lucem, quem splendorem (*str.*)
Curru invexit sol,
Lunaque per cœlum,
Faces ubi celeres
Equitant per obscuram *noctem*,
* * * Quando nuptiarum
Mearum civitas Argiva
Cantilenis felicitatem
Extulit et mariti *mei*
Armati hujus(que) Capanei.
Cui accessi currens ex meis
Ædibus furens,
Ignis flammam (occupatura) et *in* sepulchrum
Itura idem,
Apud Plutonem finitura
Laboriosam
Vitam ævique dolores:
Mors enim *est* dulcissima,
Commori morientibus amicis,
Si modo Deus ista decreverit.
CHO. Sed videsne hunc, supra cujus portam stas,
Rogum, luctus thesaurum, illic est tuus

Maritus, domitus face fulminis.
EUA. Video certe *vitæ* finem, *ad* (ant.)
Quem accessi, fortuna vero mihi
Admovit itineris: sed
Honesti nominis gratia ut
Hinc, hinc ru-
am hac a rupe,
Saltans in ignem,
Corpusque ardente flamma
Marito commiscens charum, *et*
Corpus *meum* prope corpus *mariti* ponens, *in*
Proserpinæ (descendam) thalamos,
Te mortuum nunquam mea
Prodens anima sub terra.
Valeat lux, nuptiæque!
At, O si aliqui lecti
Congruarum nuptiarum
Argis
Appareant liberis meis, tuus vero
*Legitimi* lecti maritus est * *
Coalescat sincero studio
Generosi animi ad conjugem.
CHO. Atqui ecce ipse tuus pater accedit prope,
Ad novum sermonem senex Iphis,
Quem cum non audierit prius jam audiens dolebit.
IPH. O misera, et ego miser senex,
Venio habens duplicem stimulum divinitus,
Filium enim interfectum Thebana lancea.
Eteoclem, in patriam revecturus mortuum,
Et quærens meam filiam, quæ extra domum
Egressa est saltu, uxor Capanei,
Mori cupiens cum marito. Tempore quidem
Superiore custodiebatur domi: postea vero quam ego
Custodiam remisi propter præsentia mala,
Excessit. Sed hic ipsam conjicimus
Maxime esse: dicite, an sciatis.
EUA. Quid istas interrogas? ecce ego in saxo,
Sicut quædam avis, supra rogum Capanei
Infelix libramen levo, pater.
IPH. Filia, quænam aura? quis ornatus? cujus *rei* gratia
Domo relicta venisti in hanc terram?
EUA. Iram conciperes mea consilia
Audiens: sed nolo te audire, pater.
IPH. Quid vero? nonne est justum patrem tuum scire?
EUA. Esses judex non sapiens meæ voluntatis.
IPH. Hoc vero cultu cujus *rei* causa ornas corpus?

EUA. Iste ornatus significat aliquid eximium, pater.
IPH. Quam non ob maritum lugubris es aspici?
EUA. Ad quandam enim rem novam sumus paratæ.
IPH. Cur vero prope sepulchrum, et rogum stas?
EUA. Huc enim jam præclaram victoriam adeptura venio.
IPH. Quam victoriam adeptura? *hoc* ex te audire cupio.
EUA. *Vincam* omnes mulieres, quas vidit sol.
IPH. Operibus Minervæ, an mentis prudentia?
EUA. Fortitudine: cum marito enim mortua jacebo.
IPH. Quid ais? quid significat hoc ænigma absonum?
EUA. Desiliam in hunc Capanei mortui rogum.
IPH. O filia, nequaquam dicas hunc sermonem apud vulgus.
EUA. Hoc ipsum volo cunctos Argivos scire.
PH. Sed ne ego quidem concedam tibi facienti hæc.
UA. Simile *est:* siquidem non poteris me prehendere rapiens manu.
Jamque demittitur corpus, tibi quidem non grata res
Nobis vero et isti marito qui simul comburitur.
HO. O mulier, atrox facinus fecisti.
PH. Perii miser, O Argivæ puellæ.
HO. Heu, heu, hæc horrenda passus,
Oculis sustines audacissimam rem.
H. Neminem alium invenietis *me* miseriorem.
O. O miser!
Et tu particeps factus es fortunæ Œdipi, O senex,
Pro tua proportione, et misera mea civitas.
H. Hei mihi, quare non licet hoc hominibus,
Bis fieri juvenes, et rursus senes?
Nam in ædibus quidem si quid non recte se habeat *id*
Posterioribus consiliis emendamus,
Vitam vero non licet: sin autem essemus juvenes
Bis et senes, si quis peccavisset,
Duplicis vitæ compotes facti, corrigeremus.
Ego enim videns alios procreantes liberos,
Cupidus eram liberorum *et* peribam desiderio.
Si vero eo venissem et gignendo expertus essem,
Quam miserum sit patrem privari liberis,
Nunquam venissem in hoc malum, in quod nunc *veni:*
Qui cum plantarim et genuerim juvenem
Fortissimum, postea nunc eo privor.
Eja. Quid igitur oportet me miserum facere?
Ire domum? at *ibi* solitudinem videbo
Multam ædium et desperationem meæ vitæ.
An vadam ad domum hujus Capanei?
Gratissimam quidem *mihi*, dum superstes erat hæc mea filia!—

Sed jam non est amplius.—Quæ meas genas
Admovebat semper ori, et hoc caput
Tenebat manu: nihil enim dulcius *est* patri
Seni quam filia: masculorum enim *sunt* generosiores
Animi, sed minus dulces ad blanditias.
Non quam celerrime igitur abducetis me domum,
Tenebrisque tradetis, ubi inedia meum
Corpus senile tabefactus perdam?
Quid me juvabit contingere ossa filiæ?
O ineluctabilis senectus, quam te odi!
Odi etiam, quotquot volunt extendere vitam,
Balneis et stragulis et magicis artibus
Advertentes *vitæ* cursum, ne moriantur:
Quos oportebat, quando nihil juvabant Rempublicam,
Mortuos perire, et e medio cedere junioribus.

SEM. Io.
Hæc filiorum ecce jam consumptorum
Ossa efferuntur: prehendite, famulæ,
Anum infirmam,—nullum enim inest
Robur propter luctum filiorum—
Adeo longum temporis spatium viventem,
Liquescentemque multis doloribus.
Quod enim hominibus majus hoc
Malum invenias,
Quam intueri mortuos liberos?

PUE. Fero, fero (*str.* 1.)
O misera mater, ex rogo membra patris,
Pondus quidem non leve propter dolores,
In exiguo vero *loculo* mea omnia componens.

SEM. Hei, hei!
Imo gestas charas lachrymas
Matri mortuorum,
Exiguamque copiam cineris pro corporibus
Eorum qui fuerunt olim clari Mycenis.

PUE. Papæ, Papæ! (*ant.* 1.)
Ego vero miser orbatus misero patre,
Accipiens desertam domum vivam orbus,
Non in manibus patris qui *me* genuit.

SEM. Heu, heu!
Ubi vero est labor meorum filiorum,
Ubi partuum gratia,
Et educatio materna, et insomnia oculorum munia
Et dulces oris *ad os* applicationes?

* * * *

Abierunt: non amplius, O mater, tibi sunt superstites liberi: (*str.* 2.)

Abierunt: æther habet eos jam
Consumptos in cinere ignis:
Et volantes confecerunt *iter ad* Plutonem.
PUE. Pater, tu quidem audis filiorum tuorum sermones.
Non miles aliquando ulciscar
Necem tuam? AD. Utinam vero *hoc* fiat, fili!
PUE. An aliquando, volente Deo, mihi fiat vindicta (*ant.* 2.)
Paterna: nondum hoc malum dormit.
CHO. Ah, ah! Luctuum satis de fortuna,
Satis dolorum adest mihi.
PUE. * * * En erit cum Asopi liquor me aspiciet
Ære armatis militibus Argivorum ducem,
Extincti patris vindicem?
* * *
Adhuc, te ob oculos aspicere patrem puto (*str.* 3.)
Jucundum osculum ad genas applicantem tuas.
Verborum vero tuorum inclamatio
In aerem sublata abit.
Duobus autem luctus, matri reliquit,
Teque nunquam paterni dolores relinquent.
CHO. Habeo tantum onus, quantum me perdidit. (*ant.* 3.)
Age, in pectore meo recondam Cineres * *
PUE. Lamentor, audiens hunc sermonem
Tristissimum: attigit meum cor.
CHO. O fili, abiisti: non amplius charam
Charæ effigiem videbo te matris.
THE. Adraste, et mulieres ex Argivo genere,
Videtis istos pueros gerentes in manibus
Corpora fortissimorum parentum, quos recepi:
His ego te et civitas donamus.
Vos autem oportet recordantes horum gratiam
Servare, cum videatis quæ nacti sitis ex me.
Pueris etiam hisce eadem verba dico.
Ut honore afficiatis hanc urbem, semper filiis filiorum
Denunciantes memoriam *eorum*, quæ adepti estis.
Jupiter autem testis sit, et Dii in cœlo,
Quali beneficio a nobis affecti abeatis.
AD. Theseu, scimus omnia, quibus Argivorum agrum
Affecisti beneficia, egentem benefactoribus,
Habebimus autem non senescentem gratiam: nam
Cum acceperimus beneficia, vobis parem gratiam referre debemus.
THE. Quid vero aliud oportet me vobis præstare!
AD. Bene-valeas. Dignus enim es tu, et tua urbs.
THE. Sint ista: sed tu quoque eadem consequaris.

MIN. Audi, Theseu, hæc Minervæ verba,
Quid oportet te facere, facientemque juvare res tuas.
Ne des hæc ossa istis in Argivum agrum
Pueris ferre, sic facile dimittens:
Sed pro tuis et urbis laboribus
Recipe primum juramentum. Oportet autem jurare hoc
Adrastum: hic *enim* rex, auctoritatem habet,
Pro universa terra Danaidum jurare:
Hoc autem esto jusjurandum: nunquam Argivos terram
In hanc adducturos hostilem exercitum,
Et aliis venientibus, repugnaturos armis.
Si vero violato juramento venerint contra *hanc* urbem,
Ut Argivorum ager male pereat precare.
In quo vero *loco* oporteat te hostias cædere, audi *ex* me:
Est tibi tripos æneis pedibus præditus intra domum,
Quem, quondam Ilii sedibus eversis,
Ad aliud negotium Hercules festinans
Jussit et statuere ad aram Pythicam.
In hoc secans tria guttura trium ovium
Inscribe jusjurandum in cavo alveo tripodis,
Deinde des servandum Deo, qui Delphis præsidet,
Ut sit et monumentum fœderis et testimonium Græciæ.
Quo autem hostias jugulaveris et peregeris cædem,
Acutum gladium in terræ recessus
Abde juxta ipsos septem rogos mortuorum:
Metum enim ipsis, si quando venerint *adversus* regionem,
Ostensus dabit et infelicem reditum.
Peractis autem istis mitte extra terram mortuos.
Lucum etiam, ubi ipsorum corpora purificata sunt igne,
Concede ad ipsum trivium Deæ Isthmiæ.
Tibi quidem hæc dixi: sed Argivorum dico filiis:
Adulti capietis Ismeni urbem,
Ulciscentes necem parentum mortuorum,
Tuque, Ægialeu, pro patre dux
Juvenis constitutus, et ab Ætolis veniens filius
Tydei, quem nominavit Diomedem pater.
Sed oportet genis pubescentes,
Continuo bene armatum Danaidum exercitum incitare
Adversus septem turres Cadmeorum.
Ubi enim creveritis, venietis acerbi ipsis
Catuli leonum, expugnatores urbis.
Non fiet aliter. Epigoni vero per Græciam
Vocati, facietis posteris cantilenas:
Talem exercitum Deo duce ducetis.
THE. Domina Minerva, parebo verbis tuis:—

Tu enim me dirigis, ut non errem.—
Et istum juramento divinciam: tantum tu me
Dirigas. Nam te propitia urbi
Existente, in posterum tuto habitabimus.
CHO. Eamus, Adraste, jusjurandum demus
Isti viro, et urbi: digna cum enim nobis
Ante laboraverat ut colamus.

# EURIPIDIS

## IPHIGENIA IN AULIDE.

# DRAMATIS PERSONÆ.

AGAMEMNON.

SENEX.

CHORUS.

MENELAUS.

CLYTÆMNESTRA.

IPHIGENIA.

ACHILLES.

MINISTER.

NUNCIUS.

# EURIPIDIS

## IPHIGENIA IN AULIDE.

AGA. O SENEX, ante hanc domum
Procede. SEN. Procedo. Quid vero novi moliris,
Rex Agamemnon? AGA. Audies. SEN. Festino.
Usu *enim* senectutem meam insomnem,
Et vegetam oculis, præstiti.
AGA. Quæ stella hæc vehitur cœlo?
SEN. Sirius, prope septemplicem
Leporem currens in medio sublimis adhuc.
AGA. Non igitur est sonitus neque avium,
Neque maris: et silentia Ventorum
Circa Euripum hunc regnant.
SEN. Quid vero tu extra tentorium proruis,
Agamemnon rex?
Adhuc enim quies, hic in Aulide,
Et *sunt* immotæ custodiæ murorum.
Abeamus intro? AGA. Felicem duco te, senex,
Felicem quoque duco mortalium, quicunque sine periculo
Vitam transegit ignotus, inglorius:
Minus vero felices duco illos qui sunt in honoribus.
SEN. Atqui decus hic *est* vitæ.
AGA. Hoc vero decus est lubricum;
(Et) principatus
Dulcis quidem *est*, sed molestia afficit cum adest.
Aliquando enim Deorum cultus non rite peractus
Evertit vitam:
Aliquando vero hominum sententiæ variæ
Et morosæ male habent.
SEN. Non laudo ista *in* viro principe:
Non ad omnia bona genuit te,
O Agamemnon, Atreus.
Oportet enim te gaudere, et dolere;

Es enim mortalis: et etiamsi tu non velis,
Deorum ea est voluntas.
Tu vero lucernæ lumen aperiens,
Epistolam scribis
Hanc, quam adhuc geris in manibus;
Et easdem literas rursus confundis,
Et obsignas, et postea resignas,
Abjicisque tabulas humi, largas
Lachrymas effundens:
Et nulla perturbatione indiges,
Ne insanire credaris; quid laboras? quid laboras?
Quid novi, quid novi tibi adest, O rex?
Age, communica sermonem nobiscum.
Dices enim viro bono et fideli.
Nam tuæ conjugi quondam Tyndareus me
Misit munus dotale,
Probumque sponsæ communem curatorem.
AGA. Fuerunt Ledæ Thestiadi tres virgines,
Phœbe et Clytæmnestra mea conjux,
Et Helena: hujus præstantes opibus
Proci fuerunt Græciæ.
Atroces vero minæ et mutuæ cædes
Parabantur *ab eo*, quisquis non consecutus fuisset virginem.
Hæc igitur res valde anxium habebat patrem Tyndareum,
Sive daret, sive non daret, et quomodo rem
Optime aggrederetur: et hoc ei venit in mentem,
Ut jusjurandum mutuo darent, et dextras conjungerent
Proci inter se, et per ardentes victimas
Libationes demitterent, dirisque se astringerent, *se*,
Cui uxor obtigisset Tyndaris puella,
Huic simul opitulaturos esse, si quis ex domo capiens *eam*
Abiret et depelleret a lecto maritum,
Et adversus illum militaturos, et eversuros urbem,
Græcam pariter et barbaram, manu armata.
Postquam autem *mutuo* fidem dederunt, et astute senex
Tyndareus eos fefellerat callido consilio,
Concessit *tunc* filiæ ut eligeret unum et procis,
Ad quemcunque grati Veneris flatus *eam* ferrent.
Illa vero elegit,—utinam ipse nunquam duxisset *eam*!—
Menelaum. Veniens autem ex Phrygibus dearum
Iste judex, ut habet sermo hominum,
Lacedæmona, florens ornatu vestium,
Et auro splendens, barbarico luxu,
Amans amantem abiit abreptam vehens
Helenam in Idæ bovilia, peregre profectum nactus
Menelaum: ille autem per Græciam æstuans ægritudine,

Testatur vetus jusjurandum Tyndareo datum,
Quod oporteat opem ferre injuria affectis.
Hinc igitur Græci parantes navigia,
Armis correptis, *in* Aulidis sedes freto vicinas
Hujus veniunt, navibus et clypeis simul
Ac equis et multis curribus instructi.
Et me summam belli administrare Menelai gratia
Elegerunt, fratrem *ipsius*. Dignitatem vero
Hanc utinam aliquis alius nactus esset pro me!
Collecto autem et congregato exercitu,
Sedemus, cum non possimus navigare in Aulide.
Calchas vero vates nesciis quid ageremus
Respondit: Iphigeniam, quam genui ego,
Mactandam Dianæ habitanti hoc solum,
Et futuram simul navigationem et eversionem Phrygum,
Mactantibus *Iphigeniam*, at non mactantibus non fore hæc.
Hæc autem audiens ego, claro præconio
Jussi Talthybium dimittere totum exercitum,
Ut nunquam meam filiam occidere sustenturus.
Donec tandem me frater, omne admovens argumentum,
Persuasit sustinere atrocia: et in epistolæ plicis
Scribens, misi ad meam uxorem,
Ut mittat filiam tanquam nupturam Achilli,
Et amplificans dignitatem viri,
Et dicens, quod non velit navigare cum Achivis,
Nisi a nobis veniat connubium in Phthiam:
Hanc enim persuasionem habui ad conjugem meam,
Falsas prætexens de puella nuptias.
Soli vero ex Græcis scimus, quomodo se habeant hæc,
Calchas, Ulysses, et Menelaus. Sed quæ non recte
Tunc decrevi, rursus rescribo recte
In has tabellas *literis*, quas in umbra noctis
Solventem et colligentem vidisti me, senex.
Sed eja vade, accipiens hanc epistolam,
Ad Argos. Sed quæ occultat epistola in plicis,
Verbis exponam tibi omnia quæ in *ea sunt* scripta:
Es enim fidelis conjugi et meæ familiæ.
Dic et significa, ut lingua quoque
Consentanea tuis scriptis dicam.
*Ias* mitto tibi præter priores
iteras, O Ledæ germen,
e mittas tuam filiam ad
nuosam alam Eubœæ,
: Aulidem fluctibus non vexatam.
am in aliud tempus
iæ Hymenæos dilatos celebrabimus.

SEN. Et quomodo Achilles, frustratus conjugio,
Non valde incandescens incitabit iram
Adversus te et tuam conjugem?
Hoc etiam est incommodum. Expone, quid velis.
AGA. Nomen, non rem, præbens Achilles,
Haud novit nuptias, neque quid agamus,
Neque quod illi filiam promiserim.
Nuptialia in ulnarum
Vincula me daturum lectis.
SEN. Atrocia certe audes, rex Agamemnon,
Qui Deæ *Thetidis* filio tuam filiam sponsam
Dicens ducebas victimam pro Danais.
AGA. Hei mihi, mente excidi!
Heu, heu! Incido enim in calamitatem.
Sed vade agitans tuum pedem, senectæ
Nihil cedens. SEN. Propero, rex.
AGA. Ne nunc, ne nemoribus cinctos considens *juxta*
Font.s, neque demulcearis somno.
SEN. Bona verba, quæso.
AGA. Ubique vero præteriens biviam viam,
Vide, observans, ne forte te lateat
Velocibus rotis prætervecta,
Filiam *meam* portans huc rheda,
Danaorum ad naves.
SEN. Fiet. AGA. Ex portis igitur ocyus exi:
Nam si ejus comitatui occurras,
Retro flectes fræna illico,
Mittens ad Cyclopum atria.
SEN. Quomodo autem fidem consequar, dicens hæc
Apud filiam tuam et tuam conjugem? dic.
AGA. Serva sigillum, quod supra literas
Has portas. Vade; jam enim albescit
Lucem hanc aurora accendens,
Et ignis curruum Solis:
Adjuva *me in his* laboribus.
Nemo enim mortalium *est* ad finem usque beatus,
Neque felix:
Nullus enim adhuc natus est omnis doloris expers.
CHO. Veni ad littoralem (*str.* 1.)
Arenam maritimæ Aulidis,
Per fluctus Euripi
Navigans, angusto trajectu
Chalcidem, urbem meam, relinquens,
Altricem aquarum vicinarum m..ri
Inclytæ Arethusæ,
Ut videam exercitum Achivorum

Et remos qui naves promovent Achivorum
Juvenum, quos ad Tro-
jam remis mille navium
Flavum Menelaum
Nostri mariti
Dicunt et nobilem Agamemnonem
Ducere ad Helenam *repetendam*,
Ab Eurota arundinoso
Quam abduxit Paris Pastor,
Munus Veneris,
Quando ad rorem fontanum
Cum Junone et Pallade litem, litem
De forma Venus habuit.
Per nemus multorum sacrificiorum Di- (*ant.* 1.)
anæ veni festinans,
Genam meam rubefaciens
Pudore juvenili,
Clypeatorum munimentum et tentoria
Armifera Danaorum volens
Et equorum turmas videre.
Vidi autem duos Ajaces contubernales
Oilei et Telamonis filium,
Decus Salaminis,
Et Protesilaum in sedibus
Delectantes se tesserarum figu-
ris multiplicibus,
Et Palamedem, quem genuit filius Ne-
ptuni, et Diomedem volu-
ptatibus disci gaudentem:
Et juxta Merionem, Martis
Germen, miraculum hominibus,
Et a montibus insularibus *profectum*
Laertis filium *Ulyssem*, et simul Ni-
reum, formosissimum Græcorum:
Et parem-vento pedibus (*epod.* 1.)
Celeriter-currentem Achillem,
Quem genuit Thetis et
Chiron instituit,
Vidi in littore,
Et ad areas cursum habentem cum armis:
Et faciebat certamen pedibus
Cum curru quadrijugo, flec-
tens cursum circa metam:
Auriga vero clamabat
Eumelus Pheretiades,
Cui vidi pulcherrimos

Equos frænis, auro varie ornatis insignes,
Stimulo impelli, medi-
os quidem jugales, albis maculis distincta coma
Varios, exteriores vero funales,
Obliquos flexibus cursuum,
Ruffis conspicuos pilis, et solidungulis sub cruribus
Variegatos pellem: juxta quos currebat
Pelides armatus juxta rotarum orbem
Et *modiolos* curules.
Navium deinde ad multitudinem veni (*str.* 2.)
Et spectaculum inenarrabile,
Muliebrem delectationem oculorum
Ut explerem, suavem voluptatem.
Et ad cornu quidem erat dextrum, classem protegens
Phthioticus Myrmidonum exercitus
Quinquaginta navibus impetuosis:
Aureis vero simulachris
In summitate stabant Nereides Deæ,
Proris signum exercitus Achillei.
Argivorum vero paribus instructæ remis (*ant.* 2.)
Naves stabant prope istas:
Quarum Dux Mecistei
Erat filius, quem educat pater Talaus:
Et Capanei filius Sthenelus: ex Attica vero ducens
Sexaginta naves Thesei
Filius deinceps habebat stationem, Deam
Palladem in equestribus
Alatis curribus habens venustum
Faustumque signum nautis.
Et exercitum Bœotorum, marinas (*str.* 3.)
Naves quinquaginta vidi
Ornatas signis faustis:
(Quippe quibus Cadmus, aureum draconem tenens
In navium rostris erat;
Leïtus vero terrigena
Duxerat navalis exercitus:)
Phocidis vero *pone erat turba:*
Locrisque pares numero ducens
Naves venit Oïlei filius, claram
Throniada urbem relinquens.
Ex Mycenis vero Cyclopeis (*ant.* 3.)
Filius Atrei mittebat nautas
Centum navium collectos,
Et simul erat Adrastus dux, ut amicus cum amico,
*Helenæ* illius quæ deseruerat domum *suam*,
Barbararum gratia nuptiarum

Ut acciperet Græcia compensationem.
Ex Pylo autem Nestoris
Gerenii vidi
In puppibus signum taurinis-pedibus videndum,
Accolam Alpheum.
Ænianorum autem duodecim rostra (*epod.* 2.)
Navium erant, quibus rex Guneus
Imperabat: prope vero istos
Elidis principes,
Quos Epeos vocabat omnis populus:
Eurytus autem imperabat his.
Albis vero remis instructum *exercitum*
Taphium mirabar, cui Meges
Præerat, Phylei filius,
Relictis Echinadibus
Insulis quæ nautis sunt inaccessæ.
Ajax autem, alumnus Salaminis,
Dextrum cornu
Sinistro conjungebat:
Quibus propius habebat stationem ratibus
Extremis cohærens
Duodecim celerrimis navibus·
Ut audivi, et nauticum
Populum vidi:
Cui si quis committat
Barbaricas naves,
Non consequentur reditum.
Ubi bellicam, vidi
Navalem expeditionem,
Alia vero audiens domi, convocati
Memoriam servo exercitus.
Menelae, audes atrocia, quæ te non decet audere.
Apage: nimis fidelis es dominis.
Honestum sane probrum mihi exprobras.
Plorabis, si facias, quæ te non decet facere.
Non oportebat te aperire literas, quas ego ferebam.
Neque oportet te ferre mala omnibus Græcis.
Cum aliis de his contendito; relinque vero mihi has *literas*.
Non relinquam. SEN. Neque ego dimittam.
Cito igitur cruentabo caput tuum sceptro.
Sed gloriosum est mori pro dominis.
Dimitte; cum enim servus es dicis longas orationes.
domine, injuria afficimur: tuas enim epistolas
Hicce rapiens ex meis manibus vi,
gamemnon, non vult uti jure.

AGA. Eja, quisnam (vero) tumultus est in foribus, et verborum indecentia?
SEN. Mea, non hujus, oratio est potior dici.
AGA. Tu vero Menelae quare venisti cum isto in contentionem, et ducis eum vi?
MEN. Respice ad nos, ut hinc sumam initium orationis.
AGA. Num timens non aperiam palpebras, natus ex Atreo?
MEN. Videsne hanc tabulam ministram pessimorum facinorum?
AGA. Video, et primum hanc ex tuis manibus dimitte.
MEN. Non, priusquam ostendero omnibus Græcis quæ in *ea sunt* scripta.
AGA. An igitur scis, quæ non decet te scire, relaxato sigillo?
MEN. Quantum te dolore afficiet, detegens, quæ clam tu patrasti mala?
AGA. Ubi vero has *literas* cepisti? O dii, O tuæ impudentis mentis.
MEN. Expectans tuam filiam, num Argis veniat *ad* exercitum.
AGA. Quid vero te *res* meas observare oportet? nonne impudentis hoc *est?*
MEN. Quia voluntas me pungebat: tuus autem servus non eram.
AGA. Non *sunt hæc* atrocia? nonne sinar regere meam domum?
MEN. Obliqua enim sentis, alia quidem nunc, alia olim, alia mox.
AGA. Jactasti mala: lingua ad odium concitandum solers.
MEN. Animus vero instabilis, neque certus amicis, mala haberi res.
Volo autem te convincere, tu vero ne præ ira
Aversare verum, etiamsi valde te ego vellicavero.
Meministi, quando cupiebas præfici Græcis ad Ilium euntibus,
Specie quidem non volens, voluntate vero cupiens,
Quam eras humilis, omnem dextram prehensans,
Et habens fores patentes cuilibet popularium,
Et dans alloquium ordine omnibus, etiam si quis non volebat,
Moribus quærens imperium a vulgo redimere?
Deinde postquam potitus es imperio mutans mores,
Amicis non amplius fuisti, sicut ante, amicus,
Difficilis aditu, et rarus extra claustra: virum autem non decet
Probum, *res* magnas gerentem, mores mutare,
Sed tunc maxime firmum esse amicis,
Quando ipse fortunatus maxime potest *eos* juvare.
Hæc igitur tibi primum objeci, ut in primis te invenirem malum.

Postquam vero etiam in Aulin venisti, et totus Græcorum exercitus,
Nullus eras, sed consternabaris calamitate divinitus immissa,
Secunda navigatione carens: Græci vero, ut dimitteres
Naves flagitabant, et ne frustra laborares in Aulide.
Quam vero miserum vultum habuisti et quantam perturbationem, nisi navibus
Mille præpositus, Priami campum armis impleturus esses!
Et me consulebas, quid faciam? quamnam viam alicubi reperiam?
Ne privatus imperio præclaram gloriam amittam.
Deinde postquam in sacrificiis Calchas dixit, ut mactares tuam filiam
Dianæ, atque ita secundam navigationem fore Græcis, gavisus animo,
Libens mactaturum te esse filiam tuam promisisti: et volens mandas
Uxori tuæ, non coactus vi,—ne dixeris istud,—tuam filiam
Huc mittere, hoc prætextu, tanquam nupturam Achilli.
Deinde mutata sententia clam alias literas misisti,
Quod non sit futurus interfector filiæ tuæ ullo modo.
Hic idem æther est testis, qui de te hæc audivit.
Innumeris autem hoc accidit in rerum administratione;
Ut penes ipsos sit, labore consequuntur; tandem vero excedunt turpiter,
Partim quidem ob stultum civium judicium, partim vero juste,
Cum non possint ipsi tueri Rempublicam.
Ego potissimum gemo miseram Græciam,
Quæ cum velit aliquid gloriosum gerere contra barbaros nihili homines,
Dimittet *eos* ridentes propter te et tuam filiam.
Neminem ego facerem præfectum alicujus loci propter affinitatem,
Neque ducem exercitus: oportet sapere ductorem
Urbis: quippe princeps vir quinque, sapientiam si habeat.
Acerba *res est*, inter fratres fieri convitia
Et pugnas, quando in contentionem inciderint.
Volo te vituperare paucis, non nimis sursum
Palpebras impudenter attollens, sed modestius,
Ubi fratrem existentem: vir enim probus coli amat.
Dic mihi, quare acerba spiras, habens cruentum oculum?
Quis te injuria afficit? qua re indiges? conjugium bonum adipisci cupis?

Non possum equidem tibi præstare: quæ enim bas, male
Rexisti. An igitur ego pœnas dabo malorum qui non peccavi?
An te mea ambitio mordet? At in complexibus
Formosam conjugem vis ratione contempta
Et honestate, habere? Hominis mali malæ luptates.
Quod vero ego non recte prius sentiens, sententi tarim prudenter,
*An* insanio? tu magis, qui, amissa mala conjuge,
Eam recipere vis, Deo tibi fortunam secundam l.
Quando juraverunt Tyndarei illud jusjurandum
Nuptiarum cupidi Proci: Spes vero credo, Deu
Ad præstandum magis adegit te, non Tu, aut tuu
Quos assumens bellum aggredere credo, quo eos agunt mentium delirationes:
Non enim excors est Numen, sed intelligere pot
Male pactum jusjurandum et per vim extortum.
Ego vero non interficiam meos liberos: unde tib
Præter jus erit, vindicta pessimæ conjugis.
Me vero conficient noctes diesque lachrymis,
Si faciam iniqua et injusta in liberos, quos genui
Hæc tibi pauca dicta sunt et clara, et facilia:
Quod si non vis sapere, ego mea recte curabo.
CHO. Hi dissimiles sunt prius dictis
Sermonibus, probe autem habent, ut parcatur lib
MEN. Heu, heu! non igitur habeo miser amicos?
AGA. *Imo*, si modo non vis perdere amicos.
MEN. Ubi vero ostendes quod sis ex eodem patre natu
AGA. Volo tecum sapere, sed non simul furere.
MEN. Atqui oportet amicos cum amicis dolore commun.
AGA. Mone me beneficio, sed non dolore afficiens.
MEN. Annon tibi videtur in his laborandum esse cum G.
AGA. Græcia vero a nescio quo lymphata Deo tecum i..
MEN. Tu gloriare nunc regno, prodens tuum fratrem:
Ego vero ad alias artes me conferam,
Et ad alios amicos. NUN. O rex omnium Græ.
Agamemnon, adsum adducens tibi tuam filiam,
Quam Iphigeniam olim nominasti in ædibus.
Mater autem comitatur, tua conjux Clytæmnestr.
Et filius Orestes: ut delecteris conspectu *horum*,
Jam pridem a *tuis* ædibus peregre agens.
Sed quia longum *iter* fecerunt, ad limpidum
Fontem reficiunt fœmineos pedes,
Ipsæque et equæ: in gramen vero pratorum

Dimisimus hasce, ut gustent cibum.
Ego vero præcursor propter tuum apparatum
Venio; exercitus enim *hoc* audivit, quia velox
Pervasit *ipsum* fama, venisse tuam filiam.
Omnis igitur turba cursu venit ad spectaculum,
Ut videat tuam filiam: fortunati vero *viri*
Inter omnes homines *sunt* inclyti, et conspicui.
Dicunt autem: estne aliquis hymenæus, aut quid agitur?
An desiderio affectus res Agamemnon filiæ
Curavit adduci eam? ab aliis vero hæc audires:
Dianæ initiant adolescentulam,
Reginæ Aulidis. Quisnam eam ducet?
Sed eja, quæ proxima sunt auspicare Canistra.
Coronate capita, et tu, rex Menelae,
Appara nuptias, et in domo
Sonet tibia et sonitus sit pedum:
Venit enim hic dies felix puellæ.

AGA. Laudo: sed vade intra ædes:
Reliqua enim, favente fortuna fient.—
Hei mihi, quid dicam miser? quanam a re incipiam?
In quale vinculum necessitatis incidimus!
Antevertit *me* Fortuna, ut technis
Meis longe sit astutior.
Ignobilitas vero quantum habet utilitatis!
Etenim licet illis facile lachrymari,
Et dicere quælibet; nobilibus vero genere
Omnia hæc molesta; gubernatorem quidem vitæ
Habemus populum, et servimus plebi.
Ego enim vereor equidem emittere lachrymas,
Rursus vero pudet me miserum non lachrymari,
In maximas calamitates delapsum.
Esto, quid dicam ad meam conjugem?
Quomodo excipiam eam? quos oculos *in eam* conjiciam?
Etenim me perdidit præter mala, quæ mihi prius aderant,
Veniens non vocata: jure autem secuta est
Filiam nuptias *ejus* celebratura, et charissimam
Datura, ubi nos inveniet perfidiosos.
Hanc vero miseram virginem—quid virginem *voco?*
Pluto, ut opinor, eam brevi ducet—
Ut miseror! Arbitror enim ipsam inter supplicationes
hæc dicturam;
O Pater, occides me? tales nuptias
Celebres ipse et quisquis tibi charus est.
Orestes autem prope stans, clamabit
Scita parum scite; adhuc enim est infans.
Heu, heu! ut perdidit me nuptias *cum Helena*

Celebrans Paris filius Priami, quod horum mihi causa est!
CHO. Et ego misericordia commoveor, ut decet mulierem peregrinam
Propter calamitatem principum ingemiscere.
MEN. Frater, da mihi ut tuam dextram contingam.
AGA. Do: tua est enim victoria, ego vero miser.
MEN. Juro Pelopem, qui pater mei patris,
Et tui vocabatur, et Atreum qui genuit nos,
Certe dicturum me tibi esse ex animo aperte,
Et nihil artificiosum, sed ita ut sentio.
Ego cum viderem te ex oculis emittentem lachrymas,
Misertus sum *tui*, et ipse vicissim emisi *lachrymas*, propter te,
Et discedo a priore sententia,
Non in te crudelis: vado enim eo *sententiæ* ubi tu nunc es:
Et tibi suadeo, ne interficias filiam *tuam*,
Neque anteferas meam *utilitatem*: non enim justum *est*,
Te quidem gemere, me vero suaviter habere,
Et tuos quidem mori, meos vero aspicere *hanc* lucem.
Quod enim volo? an non egregias nuptias
Alias apparare possum, si nuptias desidero?
Sed perdens fratrem, quem me minime oportebat *perdere*,
Helenam accipiam, malum pro bono?
Stultus et juvenis eram prius: sed propius rem
Inspiciens vidi, quale *malum* sit interficere liberos.
Præterea vero me miseratio infelicis puellæ
Subiit, cogitantem cognationem *nostram*,
Quæ propter meas nuptias mactanda
Est: quid enim rei est tuæ filiæ cum Helena?
Eat exercitus dimissus ex Aulide.
Tu vero desiste oculos tuos irrigare lachrymis,
Frater, et me provocare ad lachrymas.
Si quid vero oracula de tua ad me pertinent,
Nihil sane pertinent; tibi tribuo meam partem.
Sed si veni in mutationem a crudeli sententia,
Affectus sum, ut æquum erat: *fratrem* eodem patre satum
Amans mutatus sum. Boni viri mutationes
Tales sunt, semper optima sententia uti.
CHO. Generosa dixisti, et Tantalo filio Jovis
Digna: non dedecoras tuos majores.
AGA. Laudo te, Menelae, quod præter meam opinionem
Recte hæc verba subjecisti, et ut te decet.
MEN. Discordia fratrum quibus propter amorem oritur,
Et avaritiam familiarum: abominor
Talem cognationem acerbam mutuo.
AGA. Atqui pervenimus in necessitatem,

Ut cruentam cædem filiæ meæ patremus.
MEN. Qui? quis vero coget te tuam *filiam* occidere?
AGA. Universus conventus copiarum Græcarum.
MEN. Non, si rursus ipsam Argos mittas.
AGA. Eatenus possim fallere: sed illa in re non potero fallere.
MEN. Quid est illud? non oportet turbam nimis timere.
AGA. Calchas aperiet oracula exercitui Græcorum.
MEN. Non, si ante moriatur: hoc autem facile *est*.
AGA. Totum genus vatum est gloriæ cupidum malum.
MEN. Neque ulla in re commodum neque utile cum adest.
AGA. Illud vero non times, quod me subit?
MEN. Quomodo possum suspicari sermonem, quem tu non dicis?
AGA. Genus Sisyphi novit hæc omnia.
MEN. Nihil est, in quo me et te lædet Ulysses.
AGA. Semper est dolosus utique apud populum.
MEN. Ambitione quidem tenetur, ingenti malo.
AGA. Nonne ergo putas eum stantem in medio Græcorum
Dicturum esse, oracula ea quæ enarravit Calchas,
Et quomodo ego promiserim sacrificium, deinde vero recusem,
Dianæ me facturum: non conciens exercitum,
Me et te interficientes, Græcos puellam
Mactare jubebit: quod si ad Argos fugero,
Venientes cum ipsis mœniis Cyclopiis
Devastabunt, et evertent terram.
Talia *sunt* mea mala, O me miserum.
Ad quam angustiam a Diis in hac re nunc redigor!
Unum mihi caveto, Menelae, per exercitum
Veniens, ut ne Clytæmnestra hæc
Resciscat, priusquam Plutoni filiam meam acceptam addixero,
Ut sim miser paucissimis lachrymis.
Vosque, O peregrinæ, silentium servate.
CHO. Beati, qui moderatæ Deæ (*str.* 1.)
Et cum castitate sunt parti-
cipes lectorum Veneris,
Tranquillitate fruentes
Pleni utique œstris sumus, quando
Amor auricomus geminos
Arcus intendit venustatum,
Unum quidem ad felicem vitam,
Alterum vero ad confusionem vitæ.
Deprecor hunc *arcum* a nostris,
Thalamis, O pulcherrima Venus.
Sit vero mihi moderata quidem *formæ*
Gratia, et sancti amores,

Et sim particeps *moderatæ* Vene-
ris, immoderatam vero rejiciam!
Diversa autem *sunt* ingenia mortalium, (*ant.*)
Dissimiles etiam *sunt* moribus: mos vero rec-
tus, bonum *est* manifestum semper.
Et educatio recte instituens
Multum confert ad virtutem:
Etenim vereri aliquid Sapientiæ,
Parem ad mores emolliendos
Gratiam et mente perspicere
Officium, ubi fama affert
Gloriam non senescentem vitæ.
Magnum quiddam *est* venari virtutem,
Mulieribus quidem in Vene-
re occulta viris vero contra
Populus palam videns innumerus
In majus iterum auget.
Quibus neglectis, O Paris, tu nimium (*epod.*)
Pastor educatus es candidos
Apud Idæos vitulos,
Canens barbaricos modos, Phrygiis
Tibiarum Olympi calamis
Imitationem faciens.
Mammosæ vero boves pascebantur,
Quando te dearum judicium expectavit,
Quod te *in* Græciam misit
Ante eburneas
Domos, ubi Helenæ
In adversos oculos amorem injecisti,
Amore vero tu ipse perculsus es.
Unde discordia discordia
Græciam cum hastis et navibus ducit
Ad Pergama Trojæ.
Io, io, (*str.* 2.)
Magnæ magnorum *sunt* felicitates.
Regis *filiam*
Videte Iphigeniam, reginam meam,
Et Clytæmnestram filiam Tyndarei,
Quomodo ex magnis parentibus natæ sunt
Et ad prolixam evectæ fortunam?
Deorum loco sunt potentes, et
Minus beatis mortalibus.
Consistamus, *hic* O Chalcidis filiæ alumnæ, (*ant.* 2.)
Reginam
Excipiamus curru de *suo*, non lubrice, (in terram,)
Placide vero, manuum tenera indole,

Ne consternetur recens ad nos veniens
Inclyta filia Agamemnonis;
Neque tumultum, neque terrorem
(Argivis)
Hospitæ hospitibus præbeamus.
CLY. Bonum augurium facimus hoc,
Tuam bonitatem, et verborum comitatem:
Spem vero quandam habeo, quod ad felices nuptias
Adsim adducens sponsam. Quamobrem e curribus
Efferte munera dotalia quæ puellæ fero,
Et mittite diligenter in aulam.
Tu vero, O filia mea, relinque equestres currus,
Ponens pedem tenerum et simul infirmum.
Vos vero, puellæ, in ulnis
Excipite *eam*, et deducite de curru:
Et mihi det aliquis manus fulcimentum,
Sedes currus ut relinquam commode.
Aliæ vero, state ante equina juga,
(Est enim meticulosus equorum oculus, nec verbis consolabilis:)
Et hunc puerum, Agamemnonis filium,
Orestem, capite: est enim adhuc infans.
Dormis, O fili mi, victus equestri vectatione?
Expergiscere feliciter ad nuptias sororis:
Præclari enim viri affinitatem, cum ipse Nobilis sis
Accipies, *Deæ* Nerei filiæ diis parem prolem.
(Prope huc veni ad meum pedem, O filia,
Juxta matrem, Iphigenia, beatam vero me
Istis hospitibus vicina stans ostende,
Et agedum jam tuum charum patrem saluta.)
IPH. (O mater, accurrens,—ne *mihi* succenseas,—
Applicabone pectus meum ad pectus patris?)
CLY. O rex Agamemnon, in primis mihi colende,
Venimus, non immorigeræ tuis mandatis.
IPH. Ego vero volo, O pater, me ad tuum pectus
Accurrens applicare post longum tempus,
(Cupio enim tuo conspectu frui: ne vero irascaris.)
AGA. Fruere igitur, O mea filia: semper enim patrem dilexisti,
Præ liberis aliis, quos ego genui.
IPH. O pater, intueor te lubens post longum tempus.
AGA. Et ego te: ex æquo utrisque convenit quod dicis.
IPH. Salve bene autem fecisti pater, quod me ad te adduci curasti.
AGA. Equidem, O mea filia, nescio an hoc affirmem, vel negem.
IPH. (Hei) quam me non tranquille intueris, ut si me libens videris.

AGA. Multa regi et duci curanda sunt.
IPH. Da te mihi nunc, nec ad *alias* curas convertaris.
AGA. Atqui sum tecum totus, non alibi.
IPH. Remitte nunc supercilium, oculosque lætos explica.
AGA. Ecce jam lætor, utcunque lætor dum te video, filia.
IPH. Et tamen lachrymas ex oculis tuis profundis?
AGA. Longa enim *erit* nobis jam appropinquans absentia.
IPH. Nescio, mi charissime pater, nescio quid dicas.
AGA. Quod prudenter loqueris, eo magis me ad miserationem moves.
IPH. Dicemus igitur stulta, si modo te exhilarabo.
AGA. Papæ! non possum tacere: te vero laudo.
IPH. Mane, O pater, domi cum tuis liberis.
AGA. Volo quidem: sed exequi non habens doleo.
IPH. Valeant hastæ et mala Menelai!
AGA. Prius alios perdent, quæ me perdiderunt.
IPH. Quam longum abfuisti tempus in Aulidis recessibus!
AGA. Prohibet me nunc etiam aliquid trajicere exercitum.
IPH. Pater, ubi dicunt Phrygas habitare?
AGA. Ubi utinam nunquam habitasset Paris Priami filius.
IPH. Procul navigas, O pater, deserens me?
AGA. In eundem rerum statum, O mea filia, tu quoque venis cum patre.
IPH. (Oh!) Utinam esset honestum mihi, tibique me tecum navigationis comitem ducere.
AGA. Quid postulas? et tibi est navigatio, ubi recordaberis patris.
IPH. Cum matre navigans, an sola, proficiscar?
AGA. Sola segregata a patre et matre.
IPH. An igitur in alias ædes me collocas, pater?
AGA. Mitte hæc: non enim oportet puellas hæc scire.
IPH. Pater, propera, ut redeas de Phrygibus, rebus illic recte curatis.
AGA. Oportet me prius hic quoddam sacrificium facere.
IPH. Atqui cum sacerdotibus oportet deliberare hanc sacram rem.
AGA. Tu scies: astabis enim prope lavacrum.
IPH. O pater, faciemusne chorum circa aram?
AGA. Duco te hoc esse beatiorem, quam me, quod nihil *horum* scias.
Sed in atrium eas, ut videant te puellæ,
Dans mihi acerbum osculum et dextram,
Cum sis longo tempore abfutura a patre.
O pectora, et genas, O flavos capillos,
Quantum dolorem nobis attulit Troja
Et Helena! desino loqui: subito enim

Humor oculorum urget me, cum te tango.
Abi in aulam. Te vero deprecor,
O filia Ledæ, quod valde misericordia afficiar ob hæc,
Cum sim Achilli filiam elocaturus meam.
Est quidem felix ablegatio, sed tamen
Mordet parentes, quando alienis ædibus
Tradit liberos pater, quos multo labore educavit.
CLY. Non ita stulta sum, passuram vero me
Et ipsam eadem existimes, ut nihil opus sit te monere,
Quando puellam educam cum Hymenæo:
Sed et lex et tempus ista una mitigabunt.
Nomen igitur scio *ejus* cui despondisti filiam,
Cupio autem scire ex quo genere sit, et unde.
AGA. Ægina filia nata est *ex* Asopo patre.
CLY. Hanc vero mortaliumne, an Deorum, aliquis *uxorem sibi* junxit?
AGA. Jupiter. Æacum vero genuit, Œnones principem.
CLY. Sed quisnam filius Æaci obtinuit domum?
AGA. Peleus. Peleus autem habebat filiam Nerei.
CLY. Deone concedente, an invitis Diis *eam* accipiens?
AGA. Jupiter desponsavit, et dedit, qui jus habuit.
CLY. Ubinam ducit illam? an in fluctibus marinis?
AGA. *Ibi* ubi Chiron habitat augustam sedem Pelii.
CLY. Ubi aiunt habitare genus Centaurorum?
AGA. Ibi diis celebrarunt nuptias Pelei.
CLY. Sed utrum *mater* Thetis educavit Achillem, an pater?
AGA. Chiron, ne disceret mores malorum hominum.
CLY. (Hem.) Sapiens educator et qui sapientioribus tradidit educandum.
AGA. Talis vir maritus erit tuæ filiæ.
CLY. Non contemnendus. Sed in qua urbe Græciæ habitat?
AGA. Ad flumen Apidanum in finibus Phthiæ.
CLY. Eone abducet tuam, meamque virginem?
AGA. Hæc erunt curæ illi, qui possidebit *ipsam.*
CLY. Sint igitur beati! Quo vero die ducet *eam?*
AGA. Quum lunæ plenum venerit orbis.
CLY. Jamne mactasti Deæ initiales victimas nuptiarum filiæ?
AGA. Mactabo: in hoc negotio jam sumus occupati.
CLY. An vero deinde celebrabis convivium nuptiale?
AGA. Cum mactavero victimas, quas me diis immolare oportet.
CLY. Nos vero ubinam faciemus convivium mulieribus?
AGA. Hic ad naves Græcorum bene-puppibus-ornatas.
CLY. Inhoneste et sine dignitate: bene autem vertat nihilominus.
AGA. O uxor, factura igitur, nostin' quid? pare autem mihi.
CLY. Quam rem *faciam?* nam soleo tibi obtemperare.

AGA. Nos quidem illic, ubi est sponsus—
CLY. An sine matre facietis aliquid *eorum*, quæ me facere oportet?
AGA. Elocabimus tuam filiam inter Græcos.
CLY. Sed ubi nos interim oportet esse?
AGA. Proficiscere Argos, et cura virgines.
CLY. Relicta filia? quis vero præferet sublatam facem?
AGA. Ego exhibebo facem, quæ convenit sponsis.
CLY. Non hoc moris *est*, licet tu judices hæc levia.
AGA. Non te decet in exercitus turba comitibus stipari.
CLY. Atqui honestum *est* me matrem meos saltem elocare liberos.
AGA. Atque etiam puellas non solas esse domi.
CLY. Bene custodiuntur firmis gynæceis.
AGA. Pare. CLY. Non per deam reginam Argivorum.
Profectus igitur, quæ foris sunt age, res vero domesticas ego *curabo*,
Quas oportet habere puellas nubentes.
AGA. Hei mihi! Frustra veni, frustratusque sum spe,
Volens conjugem dimittere e conspectu.
Utor autem fallaciis, et adversus charissimos
Excogito technas, et tamen undique vincor.
Attamen cum Calchante vate
Quid Deæ gratum, mihi vero non felix est,
Deprecaturus eo, onus Græciæ.
Oportet autem virum sapientem in ædibus alere
Uxorem commodam et bonam, aut *omnino* nullam alere.
CHO. Veniet igitur ad Simoenta et (*str.*)
Argenteos vortices
Cœtus exercitus Græcorum
Cum navibus et cum armis
*Ad* Ilium in Trojæ
Phœbeïum solum,
Ubi audio Cassandram
Diffundere flavos crines
Viridi corona lauri
Ornatam, quando Dei
Vaticini impulsus spirant.
Stabunt autem in Pergamis (*ant.*)
Trojæ et circa muros
Trojani, cum Mars æreis scutis armatus
Mari vectus ratibus bene rostratis
Remigatione appropinquabit
Ad Simoentis alveos,
Geminorum in cœlo
Dioscurorum *sororem* Helenam

Referre volens a Priamo
In terram Græcam bellicosis
Clypeis et hastis Græcorum.
Pergamum vero, urbem Phrygum, (*epod.*)
Lapideas circum circa turres
Cingens Marti cruento,
A cervicibus resecta *civium* capita
Consecrans, urbem Trojæ
Evertens funditus (urbem)
Faciet puellas multum lachrymantes
Et conjugem Priami.
Helena vero Jovis
Filia multum plorans sedebit
Desertrix mariti. neque mihi,
Neque meis liberorum liberis
Hæc spes unquam veniat,
Qualem divites Lydæ
Et uxores Phrygum habe-
bunt, ad telam colloquentes
Hæc inter sese:
Quis bene comptorum capillorum,
Velamen lacrymosa ejulanti
Patria eversa, avellet?
Propter te filiam cygni superbientis longo collo,
Si modo vera *est* fama, quod Leda te peperit,
Avi volanti,
Jovis quando permutatum est corpus,
Sive in tabulis Pieridum
Fabulæ hæc ad homines
Tulerunt intempestive et temere.
ACH. Ubinam hic est dux Græcorum?
Quis ministrorum dicet Pelei
Filium Achillem, quærere eum in portis?
Non enim æquali lege manemus juxta Euripum:
Nam alii quidem nostrum expertes nuptiarum,
Relictis ædibus desertis, hic
Sedent in littore, alii vero habentes uxores,
Et liberos. Tam vehemens amor incidit
Non sine diis in Græciam hujus expeditionis.
Quod igitur jus ad me pertinet, id oportet me dicere:
Alius vero, cui libitum est, ipse pro se dicat.
Relictis enim terra Pharsalo et Peleo,
Moror ad flatus istos tenues Euripi,
Continens Myrmidones, qui, mihi semper instantes,
Dicunt: Achilles, quid expectamus? quam longum tempus

Adhuc oportet emetiri expeditionem ad Aulidem?
Fac, si quid es facturus, aut abduc exercitum domum,
Istas Atridarum non expectans cunctationes.

CLY. O fili Deæ Nereidis, intus sermonem
Tuum audiens exivi ex ædibus.

ACH. O veneranda verecundia, quamnam video
Fœminam, forma *tam* decente præditam?

CLY. Non est mirum te nos non novisse, quas ante non
Vidisti; laudo vero *te*, quod colis verecundiam.

ACH. Quæ vero es? cur venisti ad exercitum Græcorum,
Mulier ad viros munitos scutis?

CLY. Sum quidem filia Ledæ, Clytæmnestra vero mihi
Nomen, maritus vero est mihi rex Agamemnon.

ACH. Apte dixisti breviter opportuna.
Non decet autem me loqui cum mulieribus.

CLY. Mane; quid fugis? Dextram manui meæ
Adjunge, felix principium desponsationis.

ACH. Quid ais? Egone tibi dexteram? vereremur
Agamemnonem, si tangerem quæ mihi non fas est tangere.

CLY. Maxime fas est, quoniam meam ducturus es
Filiam, O fili Deæ marinæ Nereidis.

ACH. Quas mihi nuptias tu dicis? equidem stupor me habet, O mulier,
Nisi quid vafre agitans dicis novum sermonem.

CLY. Omnibus hoc insitum est natura, ut vereantur amicos
Novos quum vident, et nuptiarum mentione facta meminerint.

ACH. Nunquam mulier, ambivi tuam filiam,
Neque mihi intercessit sermo cum Atridis de nuptiis.

CLY. Quid hoc tandem fuerit? tu iterum meum sermonem
Mirare: nam mihi mirus est tuus.

ACH. Conjice; commune *enim* est, utriusque interest:
Nam fortassis ambo verbis, verum dicimus.

CLY. Male certe mecum agitur: *nam* concilio nuptias
Quæ non sunt, ut videtur. Horum me pudet.

ACH. Fortasse illusit aliquis mihi et tibi
Sed ne cures ista, ferasque leviter.

CLY. Vale: non enim rectis amplius te oculis intueor,
Cum sim mendax facta, et indigna mihi acciderint.

ACH. Et tibi hoc *ipsum* a me sit dictum; maritum vero tuum
Vado quæsiturus istis in ædibus.

FAM. O hospes nepos Æaci, mane, O te appello,
Filium Deæ et te filiam Ledæ.

ACH. Quis *me* vocat paullulum apertis portis? ut ore perturbato vocat!

FAM. Servus, non insolesco hoc *nomine:* non enim mesinit fortuna.

CH. Cujus? non *enim* meus: mea et Agamemnonis sunt sejuncta.
1M. Hujus, quæ ante ædes stat, dante patre Tyndareo, *sum servus.*
:H. Stamus; dic, si quid vis, propter quæ me sistis.
M. An igitur soli vos duo statis hic ante *ædes* ad istas fores?
Y. Potes loqui tanquam solis: egredere vero ex ædibus regiis.
M. O fortuna et mea providentia, serva eos, quos volo.
H. Hæc oratio futuro tempori permittenda est; habet enim quid ponderis.
'. Quoad dextram ne cunctare, si quid mihi vis dicere.
I. Scis igitur, qualis existens tibi et tuis liberis fuerim fidus.
. Scio ego te veterem mearum ædium esse ministrum.
:. *Scis* etiam quod olim me tuæ dotis in partem accepit rex Agamemnon.
Venisti Argos nobiscum, et meus semper fuisti.
. Sic habet *res:* et tibi quidem sum benevolus, minus tuo marito.
Aperito nunc tandem nobis, quod vis dicere.
Pater vult filiam tuam, quam genuit, sua manu occidere.
Quomodo? abominor, O senex, hunc sermonem: non enim es compos mentis.
Cædens gladio candidam cervicem miseræ puellæ.
) me miseram! an igitur maritus meus insanit?
Mentis compos ille, præterquam in Te et tuam filiam: quoad hoc autem desipit.
)ua de causa? quis malus Genius illum instigat?
)racula, ut inquit Calchas, ut exercitus proficiscatur—
)uo? me miseram, infelicem etiam illam, quam pater est interfecturus.
ardani ad sedes, ut Helenam Menelaus recipiat.
Iphigeniæ igitur perniciem reditus Helenæ erat fatis decretus?
:m tenes *omnem.* Pater filiam tuam immolaturus est Dianæ.
ıptiæ vero quem prætextum habebant, quibus me ex ædibus adduxit?
*lubens* adduceres tuam filiam, ut eam Achilli datura nuptui.
lia, venis ad necem et tu, et mater tua.
era vos ambæ patimini; et dira ausus est Agamemnon.
i misera, oculique non amplius retinent lachrymas.
idem acerbum est lachrymari orbatam liberis.
tu, O senex, unde dicis te hæc scire, atque audivisse?
ı afferens literas tibi præter illas, quæ ante erant scriptæ.

CLY. Utrum prohibens, an cohortans adducere filiam ad necem?
FAM. Ut non adduceres: tunc enim resipuerat tuus maritus.
CLY. Quomodo vero cum ferres literas, mihi non tradebas eas?
FAM. Menelaus mihi eripuit, qui autor est horum malorum.
CLY. O puer Nereidis, O fili Pelei, audis hæc?
ACH. Audio te esse miseram, quod vero ad me attinet, non negligenter fero.
CLY. Interficient filiam meam circumvenientes nos prætextu nuptiarum tuarum.
ACH. Et ego indignor marito tuo, neque ita leviter fero.
CLY. Non verebor accidere ad genua tua,
Ego mortalis tibi nato ex dea: quid enim ego superbe jam agam?
Pro quonam mihi magis laborandum, quam pro filia?
Quamobrem opem feras, O Deæ fili, et meo infortunio,
Et ei, quæ est dicta tua uxor frustra quidem, attamen
Coronans eam adduxi tanquam nupturam tibi,
Nunc vero ad mactationem adduco: tibi vero erit probro,
Si non adjuveris *eam:* etsi enim *ei* nuptiis non fueris junctus,
Tamen nominatus es charus maritus miseræ puellæ.
Per mentum te, per tuam dextram, perque matrem *oro*,
Nam nomen tuum me perdidit, quod te vindicare oportet.
Non possum ad aliam aram confugere, quam tua genua,
Neque amicus ullus mihi in propinquo est. Audis Agamemnonis
Crudele et audax consilium: veni autem, ut vides, mulier,
Ad navalem exercitum seditiosum et ferocem ad mala perpetranda,
Utilem tamen, quum volunt. Si igitur tu ausus fueris me
Manu porrecta protegere, salvi sumus: sin minus, periimus.
CHO. Res est vehemens parere, et adfert ingens desiderium
Communeque omnibus, ut laborent pro liberis.
ACH. Animus meus excelsus antrorsum salit,
Novit enim et malis dolere
Moderate et lætari secundis *rebus*.
CHO. Tales enim homines rationem inierunt,
Recte vitam degendi cum consilio.
ACH. Est quidem, ubi expedit, non nimium sapere,
Est etiam tempus, in quo utile sit esse sapientem.
Ego autem enutritus in *ædibus* pientissimi viri,
Chironis, didici habere simplices mores.
Et Atridis, si recte imperaverint,
Parebimus: quando autem non recte, non parebo.
Sed hic, et in Troia liberum animum

Præbens, Martem quod muneris mei est, ornabo pugnando.
Te vero, O passa miseranda a charissimis,
Quantum quidem a viro juvene præstari potest,
Tantum induens *tui* commiserationem, *te* protegam,
Et nunquam mactabitur a patre tua filia,
Quæ mea dicta est: non enim ad fraudes nectendas
Concedam ego tuo marito meam personam.
Nomen enim meum, etiam si non sustulit ferrum,
Interficiet tuam filiam: causa autem *est*
Maritus tuus. Meum vero corpus non amplius est purum,
Si propter me et propter meas nuptias pereat
Virgo quæ atrocia et non ferenda tulit,
Miris et indignis modis contumelia affecta.
Ego utique Græcorum *omnium* vir essem pessimus,
Ego *homo* nullius pretii, Menelaus vero in virorum numero *haberetur*,
Non tanquam Peleo natus, sed ex malo genio,
Siquidem meum nomen juvenculam tibi necaret.
Non per educatum in humidis fluctibus
Nereum, patrem Thetidis, quæ me peperit,
Non tanget tuam filiam rex Agamemnon,
Ne summa quidem manu, ut admoveat *ejus* peplis eam:
*Sin minus*, Sipulus erit potens, Barbarorum vicus,
Unde trahunt præclari illi Duces genus suum,
Phthiæ autem nomen nullibi habebit decus.
Amaras autem molas salsas, et lavacra consecrabit
Calchas vates: quis enim est vates? vir,
Is qui pauca vera, multa vero falsa, dicit
Si forte sic ceciderit: sin minus, exploditur.
An conjugii causa sexcentæ puellæ
Petunt meas nuptias: dictum est hoc.
Sed rex Agamemnon affecit nos contumelia.
Oportebat enim ipsum a me petere nomen meum
Ad capturam filiæ: Clytæmnestra enim mihi
Facillime persuasa fuisset filiam ut elocaret marito
Ac dedissem eam Græcis, si ad Ilium
In hoc laborasset trajectus: non recusassemus
Augere publicum bonum, *eorum* quibuscum milito.
Nunc vero nihili sum apud Duces,
Parumque referre putant, utrum bene mecum an male agent.
Ensis hic statim sciet, quem, priusquam ad Troiam
Perveniat, cædis maculis sanguine polluam,
Si aliquis mihi tuam filiam eripiet.
Sed sis quieta: ego tibi apparui Deus
Maximus, cum non sim: sed tamen ero.

CHO. O Achilles, dixisti quæ te digna sunt
Et numine marino, veneranda dea.
CLY. (Vah!) Quomodo te laudavero verbis neque nimis prolixe,
Neque nimis parce, ne *tuam* amittam gratiam?
Boni enim cum laudantur, aliquo modo
Oderunt eos qui laudant, si nimium *eos* laudent.
Erubesco autem afferens miseranda verba,
Privatim laborans: tu *es* expers meorum malorum.
Sed tamen habet aliquam speciem, ut, etiamsi sit alienus,
Vir bonus, afflictos juvet.
Miserere igitur nostri; miseranda enim patimur,
Quæ primum quidem existimans me habituram te generum,
Habui vanam spem: deinde tibi fortassis
Omen fuerit nuptiis futuris
Moriens mea filia, quod te cavere oportet.
Sed bene quidem initio dixisti, bene etiam in fine:
Si enim volueris, servabitur mea filia.
Visne eam supplicem amplecti tuum genu?
Hoc quidem virgini parum *est* decorum: si tamen *ita* tibi videtur,
Veniet, cum pudore tamen, vultum ingenuum habens:
Aut absente *ea*, consequar abs te eadem?
AGA. Maneat domi: decore enim decori rationem habet.
CLY. Attamen, quantum fieri potest, oportet supplicare.
ACH. Tu neque filiam tuam adducito in meum conspectum,
Neque veniamus in probrum, O mulier, inconsideratum:
Exercitus enim confertus, quum *rerum* domesticarum curis est vacuus,
Amat malas et maledicas fabulas.
Idem plane consequemini, sive supplices ad me veneritis,
Sive non supplicaveris: nam mihi *propositum* est certamen
Maximum, ut vos a malis *istis* liberem.
Itaque hoc uno audito, scias me non falsa dicturum:
Quod si falsa dicam, et frustra vos ludam,
Moriar, sic autem non moriar, si puellam servavero.
CLY. Sis felix, semper juvans afflictos.
ACH. Audi igitur nunc, ut res recte geratur.
CLY. Quid hoc dixisti? nam tibi quidem parendum est.
ACH. Persuadeamus iterum patri, ut melius sapiat.
CLY. Est quidam ignavus, et nimis timet exercitum.
ACH. Sed rationes superant rationes.
CLY. Frigida quidem *est* spes: sed dic, quidnam oporteat me facere.
ACH. Supplicem te primum illi præbeas, ne occidat filiam:
Quod si restiterit, tibi ad me veniendum *est*.

Si enim persuadebitur id quod vis, non opus est meam
operam
Procedere: hoc *ipsum* enim salutem affert,
Et ego melior erga amicum ero.
Et exercitus non culpabit me, si res
Ratione magis, quam viribus, gessero.
Rebus autem secundum vota ordinatis, et amicis honestum
Et tibi fuerit consequi hæc sine mea opera.
LY. Quam sapienter dixisti! faciendum igitur, ut tibi videtur.
Quod si ista non consequar, quæ ego volo,
Ubi te rursus videbimus? quo me miseram oportet
Ire, ut inveniam tuam manum auxiliatricem malis?
:H. Nos te custodes, ubi opus *erit*, observabimus,
Ne quis te videat ire consternatam
Per exercitum Græcorum: ne paternam domum
Dedecores: nam Tyndareus non dignus est
Qui male audiat: nam inter Græcos *est* magnus.
r. Hæc *ita* sunt: impera; tibi me servire decet.
Si vero sunt dii, tu, cum sis justus vir,
Bona consequeris: sin minus, quid juvat laborare?
). Qualem O Hymenæus per fistulam Libycam (*str.*)
Et cum cithara amante-choreas
Et tibiis arundineis
Edidit vocem,
Quando per Pelium *montem* pulchricomæ
Pierides in convivio deorum
Pedes aureis sandalis ornatos
In terram impingentes
Venerunt ad nuptias Pelei,
Suaviter canentes, Thetin vocibus, et Æaciden *Peleum*,
In montibus Centaurorum celebrantes,
In sylva Peliaca?
Dardanides vero, Jovis
Thalamorum deliciæ charæ,
Nectar hausit aureis
n craterum cavitatibus,
Ganymedes Phrygius.
'rope vero candidam
.renam saltantes
1 orbem quinquaginta filiæ
'erei nuptias concelebrarunt.
um abiegnis vero telis, et gramineis coronis (*ant.*)
urba venit equestris
ntaurorum ad convivium deorum
craterem Bacchi.
*agnum*, exclamaverunt autem, *O Nerei-filia*,

Filiæ (ipsæ) Thessalicæ, *magnum lumen;*
Phœbus vates, Musarumque
Sciens, *creabis,*
Chiron effatus est.
*Qui veniet in terram hastatis cum Myrmidonum*
*Militibus Priami inclytam*
*Terram devastaturus igni,*
*Circa corpus aureis*
*Armis a Vulcano factis*
*Armatus indumenta a Dea*
*Matre dona gestans*
*Thetide, quæ ipsum peperit*
*Beatum.* Tunc Di-
i nobilis
Nereidis nuptias celebrarunt
Deæ marinæ, et Pelei Hymenæum.
Te vero *O Puella* coronabunt pulchricomam (*epod.*)
Cæsariem coronis Græci, maculosam
Ceu saxeis ex antris
Profectam montium intactam Juvencam,
Humanum cruentantes guttur:
Non *ad fistulæ sonum* nutritam, ne-
que ad cantum pastorum,
Sed apud matrem nuptiale
Inachidis præmium.
Ubi nunc pudicitiæ, aut
Virtutis habet vim
Ut possit aliquid species?
Quando impietas quidem habet *magnam*
Vim, virtus vero posthabita
A mortalibus negligitur,
Iniquitas vero vincit leges,
Et commune periculum mortalibus *impendet.*
Ne qua Deorum *ipsos ira* invadat.
CLY. Exivi ex ædibus prospectura maritum,
Qui diu abest et reliquit ædes.
Et mea filia misera in lachrymis est,
Emittens multas variationes gemituum,
Postquam audivit de morte, quam pater molitur.
Feci autem mentionem prope accedentis
Agamemnonis hujus, qui adversus liberos suos
Impia faciens mox deprehendetur.
AGA. O Ledæ proles, opportune te extra domum
Invenio, ut dicam seorsim a virgine verba,
Quæ non decet audire nupturas.
CLY. Quidnam id est, cujus opportunitas tibi jam incumbit?

AGA. Mitte filiam cum patre ex ædibus:
Quia sacra aqua adest parata,
Et molæ salsæ ut ex manibus conjiciantur in ignem lustralem,
Et juvencæ, quas ante nuptias oportet mactari deæ
Dianæ, nigræ sanguinis expirationes.
CLY. Verbis quidem bene dicis, sed facta tua
Haud scio quomodo oporteat me nominantem recte dicere.
I foras vero, filia, scis enim patris
Omnia, quæcunque molitur—et sub peplis affer
Assumptum Orestem, tuum fratrem, filia.
Ecce adest hæc obtemperans tibi.
Alia vero pro hac et meipsa ego dicam.
AGA. Filia, quid fles? neque hilariter me spectas amplius,
Sed vultu in terram defixo, eum peplis objectis velas?
IPH. (Heu) Quodnam meorum malorum sumam exordium?
Omnibus enim licet uti primis,
Et postrèmis, et mediis ubique.
AGA. Quid est? ut mihi omnes consentitis,
Habentes confusionem et conturbationem vultus!
CLY. Dic mihi, marite, ingenue, quæ te interrogabo.
AGA. Nihil opus est hortatu, interrogari volo.
CLY. Visne interficere meam tuamque filiam?
AGA. (Hem) Dixisti atrocia, suspicarisque quæ te non oportet *suspicari*.
CLY. Illud vero primum mihi responde rursus.
AGA. Si tu interrogaveris convenientia, convenientia audies.
CLY. Non interrogo alia, et tu ne mihi alia dicas.
AGA. O fortunam venerandam et fatum et genium meum!
CLY. Et meum et hujus, unus *est* trium infelicium.
AGA. Qua in re læsa es? CLY. Hoc ex me quæris?
Hoc tuum consilium nullam habet prudentiam.
AGA. Periimus: mea arcana sunt prodita.
CLY. Novi omnia et audivi, quæ tu mihi facturus es.
Ipsum vero tuum silentium est signum tui confitentis
Et tui crebri gemitus: ne labores dicendo.
AGA. En taceo. Oportet enim impudentiam
Falsa dicentem præter calamitatem adsumere.
CLY. Audi nunc: aperiam enim sermonem,
Et non amplius utemur ænigmatibus a proposito alienis.
Primum quidem, ut hoc primo loco tibi exprobrem,
Duxisti me invitam et rapuisti vi,
Occiso priore marito Tantalo,
Infantemque meam tuo illisisti vestibulo
Avulsum violenter a meis uberibus:
Et filii Jovis meique fratres,

Equis fulgentes *tibi* bellum intulerunt:
Sed Tyndarus pater senex te liberavit
Factum supplicem, et habuisti rursus meum connubium.
Ubi reconciliata tibi, erga te et domum,
Ipse testis eris, quod fuerim inculpabilis uxor,
Et in rebus venereis casta et tuam
Rem familiarem augens, ut et ædes intrans
Gauderes, et foras prodiens, beatus esses.
Rara autem *est* acquisitio viro, ut talem consequatur
Uxorem: sed non est rarum habere malam uxorem.
Et præter tres filias peperi tibi filium
Hunc, ex quibus una tu me miserabiliter privabis.
Et si quis interrogarit te, ob quam causam interficies ipsam,
Dic, quidnam dices? an me tuo nomine loqui oportet?
Ut Menelaus Helenam recipiat. Præclarum utique, nos
Malæ mulieris pretium persolvere *nostros* liberos.
Invisissima charissimis redimimus.
Age *vero*, si copias *hinc* ducas, in ædibus me relicta,
Et illic longum tempus absis,
Quem in ædibus animum me habituram putas,
Quum sedes hujus omnes aspiciam vacuas,
Et vacuum conclave virginum? in lachrymis vero
Sedeam sola, semper istam lamentans:
Perdidit te, filia, pater, qui te genuit,
Ipse *te* occidens, non alius, nec alia manu,
Tale relinquens a familia tua vituperium:
Quippe levi occasione tantum opus est:
Ob quam ego, et filiæ reliquæ
Excipiemus te eo excipiendi modo, quo te excipere decet.
Ne igitur per Deos, ne cogas me
Malam in te esse, neque tu sis *erga me*.
(Esto) mactabisque filiam: tunc quas preces concipies?
Quid tibi boni, in sacrificio filiæ, precaberis?
Num reditum malum, cum turpiter domo sis profectus?
Sed an me justum est aliquid boni precari tibi?
Nempe Deos pro stultis habere necesse est,
Si parricidis prospera precemur?
An vero Argos reversus amplexaberis liberos tuos?
At *hoc* non licebit tibi. Quis autem etiam aspiciet
Te liberorum, si aliquem ex ipsis occideris palam?
Hæc tibi in deliberationem venerunt: an sceptra tibi
Tantum in pretio sunt, et Ducibus imperare:
Quem justa apud Græcos dicere oportebat.
Vultis, Græci, navigare ad Trojam?
Ducatis sortem, cujus filiam oporteat mori.

Hoc enim ex æquo esset, at non te unum ex omnibus
Præbere tuam filiam victimam Græcis,
Aut *oportebat* Menelaum interficere Hermionem matris causa,
Cujus negotium erat. Nunc vero ego quidem, quæ tuum
Connubium *sancte* servo, spoliabor utique filia *mea*, 1191
Quæ vero peccavit, puellam alumnam
Spartæ educans, erit beata.
Responde mihi de his si quid non recte dico:
Quod si probe dicta sunt, considera ne, oro, ne occidas
Meam ac tuam filiam, et sapiens eris.

HO. Obtempera: nam honestum est conservare liberos,
Agamemnon: nemo mortalium contra hæc dixerit.

PH. O pater, si Orphei facundiam haberem,
Ut possem incantando persuadere lapides ut me sequerentur,
Et demulcere verbis, quos vellem,
Huc confugissem. Nunc vero quæ mea facundia est,
Lachrymas præbebo: hæc enim possemus.
Applico vero tuis genibus tanquam ramum supplicantium
Meum corpus, quod ista peperit tibi,
Ne me interficias immaturam: jucundum enim est hanc lucem
Aspicere: neque me cogas videre ea quæ sunt sub terra.
Prima ego te patrem appellavi, et tu me filiam:
Prima etiam, admovens corpus meum tuis genibus,
Gratas voluptates dedi et recepi vicissim.
Ista vero erat tua oratio: O filia, tene,
Videbo in ædibus mariti locupletis,
Viventem et florentem, ut me dignum est?
Mea vero vicissim *oratio* hæc erat, pendentis a tuo
Mento, quod nunc manibus suppliciter tango:
Quid vero ego te senem? num excipiam
O pater, grato hospitio mearum ædium,
Reddens tibi nutricationes laborum compensationem?
Horum enim sermonum memoriam adhuc servo,
Tu vero oblitus es, et me occidere vis.
Ne per Pelopem, et patrem Atreum
Et per matrem, quæ me prius pariens
Nunc secundos hos dolores partus patitur.
Quid mihi rei est cum nuptiis Alexandri
Et Helenæ? unde, O pater, venit *Paris* ad meam necem?
Respice me, largire mihi tuum aspectum et osculum,
Ut, si mihi moriendum sit, habeam hoc saltem tui
Monumentum, si non persuasus fueris meis verbis.
Pater, infirmus tu quidem auxiliator es amicis,

Tamen lachrymis patri sis una supplex,
Ne occidat tuam sororem: sensus *enim* quidam
Malorum inest etiam in infantibus.
Ecce, O pater, tacens iste supplicat tibi.
Quare mei rationem habe, et *meæ* miserere vitæ.
Næ, nos duo chari rogamus te per tuum mentum:
Alter quidem infans adhuc est, altera vero florens ætate
Unam rem adhuc movebo, totam orationem contrahens:
Gratissimum *est* hominibus intueri hanc lucem,
Infera autem nihil sunt: insanit enim, qui cupit
Mori. Melius *est* male vivere, quam bene mori.

CHO. O infausta Helena, propter te et tuas nuptias,
Magnum venit certamen Atridis et liberis eorum.

AGA. Ego quidem intelligo, ubi sit opus miseratione, et ubi minus,
Amoque meos liberos: insanirem enim, *si aliter facerem:*
Graviter autem me affligit hæc audire, mulier,
Graviter etiam, non audere: oportet enim me hoc facere.
Videtis, quantus hic sit navalis exercitus,
Quot Græcorum domini armorum æneorum,
Quibus ad Ilii turres trajectus non datur,
Nisi te mactavero, quemadmodum dicit Calchas vates,
Neque licet evertere inclytam sedem Trojæ.
Libido vero quædam furiosa incessit exercitum Græcorum,
Navigandi quam celerrime in terram Barbarorum,
Compescendique Græcanicos conjugum raptus:
Qui meas filias Argis occident,
Et vos meque, si *irritum fecero* oraculum deæ.
Non me Menelaus, filia, subegit,
Nec in illius voluntatem concessi,
Sed Græcia, [*me subegit*] cui oportet me, seu velim, seu nolim,
Mactare te: hac autem re sumus inferiores.
Oportet enim eam liberam, quantum in te *est*, filia,
Et *in* me, fieri, neque a Barbaris
Eos, qui sunt Græci, conjugibus per vim spoliari.

CLY. O filia, O hospitæ,
Heu me miseram propter tuam mortem!
Fugit te pater, tradens te Plutoni.

IPH. Heu mihi, mater, mater! idem enim
Carmen convenit utrisque ob fortunam,
Non amplius mihi lux,
Neque solis hic splendor.
Heu heu! nivosa Phrygum nemora
Et montes Idæ, ubi Priamus olim infantem tene-

rum exposuit a matre procul amatum,
Ad mortem funestam, Parin, qui Idæ-
us Idæus Dice-
batur, dicebatur in urbe Phrygum.
Nunquam oportuit circa Bo-
ves bubulcum educatum
Parin habitasse
Ad equas limpidas, ubi fontes
Nympharum siti sunt
Et pratum floribus florens viridibus,
Et rosei flores hyacinthique Deabus decerpendi:
Quo quondam venit Pallas et
Dolosa Venus
Et Juno et Mercurius, nuncius Jovis,
Venus quidem superbiens venustate,
Hasta vero Pallas, Junoque Jovis regis
Regiis nuptiis ad odiosum
Judicium et contentionem formæ,
Quod mihi quidem mortem, nomen vero
Affert Danais, O puellæ.

CHO. Victimarum primitias accepit te Diana expeditionis ad Ilium.

IPH. At qui me, miseram, genuit,
O mater, O mater,
Abit prodens *me* desertam.
O me miseram, acerbam
Acerbam *ac* infaustam Helenam videns,
Interficior, pereo
Impia cæde impii patris.
Nequaquam mihi navium æreis rostris munitarum
Puppes hæc Aulis excipere
*In hos portus*, classem ad Troiam vehere destinatam, debuit:
Nec *Græcis* contrariam
*In* Euripo spirare navigationem
Jupiter convertens auram aliis
Aliam velis hominum gaudium,
Aliis quidem dolorem, aliis vero naufragium,
Aliis ut portu solvant, aliis ut vela deducant,
Aliis vero ut morentur.
Nonne igitur calamitosum est genus,
Nonne calamitosum mortalium.
Fatum vero aliquid hominibus difficile toleratu.

CHO. Heu! heu! magnas clades, magnos etiam dolores
Græcis afferens filia Tyndari.
Miseret me quidem tui quæ calamitatem malorum

Nacta es, in quam utinam nunquam incidisses.

IPH. O mater, quæ me peperisti, video turbam virorum advenientem.

CLY. Et filium Deæ, O filia, cui huc venisti *ut nuberes*.

IPH. Aperite mihi fores, famulæ, ut occultem corpus. 1320

CLY. Quid vero fugis, filia? IPH. Achillem, quem pudet me videre.

CLY. Quid ita? IPH. Infelicitas mearum nuptiarum adfert mihi pudorem.

CLY. Non in deliciis tuæ sunt res quoad præsentem casum.
Sed mane: non est locus jam isti verecundiæ, si possumus.

ACH. O miseram mulierem, filiam Ledæ. CLY. Non falsa dicis.

ACH. Atrociter clamatur inter Argivos. CLY. Quis clamor? indica mihi.

ACH. Super tua filia. CLY. Malum omen verborum dixisti.

ACH. Quod oporteat eam mactari. CLY. Et nemo istis contradicit?

ACH. Ego etiam ipse in periculum veni. CLY. In quod, O hospes? 1329

ACH. Obrui lapidibus. CLY. Num filiam meam servare *volens?*

ACH. Hoc ipsum. CLY. Quis vero ausus est attingere tuum corpus?

ACH. Omnes Græci. CLY. Exercitus vero Myrmidonum non aderat tibi?

ACH. Ille primus erat adversarius. CLY. Periimus igitur, filia.

ACH. Qui me dicebant victum a sponsa. CLY. Verum quid respondisti?

ACH. Ne occiderent eam, quæ esset futura mea conjux— CLY. Æquum enim.

ACH. Quam mihi nuncupasset pater. CLY. Et Argis *huc* evocasset.

ACH. Sed vincebar clamore. CLY. Est enim vehemens malum multitudo.

ACH. Attamen juvabo te. CLY. An tu unus pugnabis cum multis?

ACH. Hosne vides adferentes arma? CLY. Prosit tibi hoc consilium! 1339

ACH. At proderit. CLY. Non amplius igitur mactabitur filia?

ACH. Non, me quidem volente. CLY. Venietne vero, qui Puellæ manus injiciet?

ACH. Plurimi: Ulysses vero ducet. CLY. Num propago Sisyphi?

ACH. Ille ipse. CLY. Per se id faciens, an jussus ab exercitu?

ACH. Electus *ad hoc* volens. CLY. Malam vero electionem, ut se cæde polluat.

ACH. Sed ego arcebo eum. CLY. An vero ducet eam raptam non volentem?

ACH. Scilicet flava coma *correptam*. CLY. Me vero quid oportet facere tunc?
ACH. Retine filiam. CLY. An propter hoc non mactabitur?
ACH. Sed tamen ad hoc veniet. IPH. Mater, audite
Mea verba; frustra enim te video irasci
Marito tuo: At nostræ infirmitati haud facile est obniti.
Istum quidem hospitem æquum est laudare propter promptum animum juvandi: 1351
Sed et te illud videre oportet, ne apud exercitum insimuleris,
Et nihil tamen plus efficiamus, hic *Achilles* autem in calamitatem incidat.
Audi autem, mater, quæ mihi cogitanti in mentem venerint:
Mori quidem mihi decretum est; sed hoc ipsum volo
Gloriose facere, omittens procul indignationem.
Considera vero jam nobiscum, mater, quam recte dicam:
Tota maxima Græcia in me nunc intuetur,
Et in me trajectio navium posita est, et eversio Phrygum,
Posterasque mulieres, si quid adversus Barbarum agant,
Non amplius ex Græcia rapi permittant fœminas illustres,
Helenæ stuprum luentes, quam scelestus Paris rapuit.
Hæc omnia morte mea redimam, et mea gloria
Erit beata, quod ego liberaverim Græciam.
Etenim non valde honestum est mihi amare vitam:
Peperisti enim me communem omnibus Græcis, non tibi soli.
An ergo multi viri muniti clypeis,
Multi etiam remiges, propter injuria-affectam patriam,
Audebunt aliquid facere contra hostes, et mortem oppetere pro Græcia:
Mea vero unius anima hæc omnia impediet? 1370
Quodnam *est* hoc jus? an verbum contra *hæc* dicere possemus?
Veniamus etiam ad illud. Non oportet hunc pugnare
Cum omnibus Græcis propter mulierem, neque mori.
Unus enim vir dignior est, quam innumeræ mulieres, qui lucem aspiciat.
Si autem Diana voluit meum corpus habere,
An ego quæ sum mortalis obsistam Deæ?
Sed impossibile est; do igitur meum corpus Græciæ.
Mactate *me*, devastate Trojam. Hæc enim mea monumenta
Erunt longo tempore, et liberi, et nuptiæ et mea gloria.
Convenit enim Græcos Barbaris imperare, non autem Barbaros 1380

Græcis, mater: Barbari enim sunt natura servi, Græci vero liberi.
CHO. Tua quidem, O virgo, generose se habent:
Quod ad fortunam autem et Deam *Dianam* spectat, peccat.
ACH. O filia Agamemnonis, beatum me Deorum aliquis
Facturus esset, si tuas nuptias possem habere.
Beatam vero Græciam propter te judico, et te propter Græciam.
Recte enim dixisti hæc, et pro dignitate patriæ:
Omittens enim repugnare Deo, qui te potentior est,
Considerasti quæ utilia sunt, saltem necessaria.
Magis vero me subit desiderium nuptiarum tuarum,
Postquam animadverti tuam indolem: es enim generosa.
Vide autem: ego enim cupio tibi benefacere.
Et ducere in ædes: doleoque, testis sit Thetis,
Nisi te servaro, cum Græcis ad pugnandum
Vadens considera, mors magnum est malum.
IPH. Loquor ista, neminem ullo modo respiciens.
Tyndarei filia sufficit propter corpus bella
Virorum faciens, et cædes: tu vero, O hospes,
Ne moriaris propter me, neque occidas quemquam.
Sine vero me Græciam servare, si possimus.
ACH. O præstantissima indoles, non possum ad hæc amplius *quidque*
Dicere, siquidem tibi ista videntur: generosa enim
Sentis: cur enim non dicat quis verum?
Sed tamen fieri potest, ut te consilii hujus pœniteat.
Ut igitur scias quæ a me *tibi* dicta *sunt*,
Vadens juxta aram hos milites statuam,
Ut non permissurus te sed prohibiturus mori.
Et tu fortasse mox meo consilio uteris,
Quando videbis ensem prope tuum collum.
Non igitur sinam te ista tua temeraria audacia mori:
Sed veniens cum armis istis ad templum Deæ
Expectabo illic tuam præsentiam.
IPH. Mater, quid tacite oculos humectas lachrymis?
CLY. Ego misera habeo caussam, cur doleam animo.
IPH. Desine: ne me timidam redde: obtempera vero mihi in hac re.
CLY. Dicito, filia, quia a nobis non repulsam feres.
IPH. Ne igitur tuæ comæ cincinnos reseces,
Neque circa corpus circumda nigras vestes.
CLY. Quid vero hoc dixisti, O filia? ubi te perdidero?
IPH. Non tu me *perdidisti:* salva sum, propter me vero clarior eris.

CLY. Quomodo dixisti? non convenit me lugere tuam vitam?
PH. Minime, quia mihi non excitabitur sepulchrum.
LY. Quid vero, an non sepelienda sunt?
PH. Ara deæ, filiæ Jovis, erit mihi sepulchrum.
LY. At, O filia, obsequar tibi: bene enim dicis.
PH. Utpote beata, et beneficio afficiens Græciam.
LY. Sed quid nunciabo tuis sororibus?
H. Ne ipsis quidem circumdes nigras vestes.
Y. Quodnam vero gratum verbum dicam virginibus tuo nomine?
H. Ut valeant: Orestem vero hunc educato mihi in virum.
Y. Complectere eum quem postremum vides.
H. O charissime, juvisti, quantum potuisti, amicos.
Y. Estne aliquid quod Argis tibi gratum facere possim?
I. Meum patrem, tuumque maritum, ne oderis.
r. Oportet illum dura certamina propter te subire.
I. Invitus me pro Græcia perdidit.
. Sed dolo, non generose, et indigne genere Atrei.
. Quis vadit ducturus me, antequam lacerentur comæ?
. Ego tecum ibo. IPH. Nequaquam; non recte dicis.
. Adhærens tuæ vesti. IPH. Obtempera mihi, mater,
Mane: quia et mihi et tibi hoc *est* honestius.
Aliquis vero horum famulorum patris comitetur me
In pratum Dianæ, ubi mactabor.
O filia, discedis? IPH. Nec iterum amplius redibo.
Relicta matre. IPH. Ut vides, indigne.
Siste gradum, neu me deseras. IPH. Non sino te lachrymari.
Vos vero, O puellæ, accinite
Calamitati meæ Pæana, Jovis filiam
Dianam: veniat autem bonum omen Græcis.
Canistra igitur aliquis auspicetur, et ignis flagret
Molis salsis lustralibus: et pater meus
'eneat aram dextra: quia salutem
ræcis datura vado victricem.
ucite me Ilii
t Phrygum expugnatricem.
ate corona ambientes, afferte: coma
æc attrahitur coronis:
fontanis lavacris
rcuite circa Templum,
rca Aram Dianam,
anam reginam,
*am* beatam. Quia meo, si opus *erit*,
guine et mactatione
cula absolvam.

CHO. O Veneranda, veneranda genitrix, quam
Lachrymas tibi jam nostras dabimus:
Non enim licet inter sacra.
IPH. O puellæ,
Concelebrate Dianam
Quæ est e regione Chalcidis,
Ubi naves bellicæ manserunt propter meum
Nomen in augusto (hujus) Aulidis portu:
O terra mater,
O *terra* Argiva,
Et Mycenæa mea domicilia!
CHO. Invocas urbem a Perseo factam,
Laborem manuum Cyclopicarum.
IPH. Educasti magnum lumen Græciæ:
Mori tamen non recuso.
CHO. Gloria enim te nequaquam deseret.
IPH. Io! Io!
Facifera dies et Jovis lumen
Aliam, aliam vi-
tam et sortem habitabimus:
Vale mihi, charum lumen.
CHO. Io! Io!
Videte Ilii
Et Phrygum expugnatricem
Euntem, ubi caput coronis
Circumdatam et sacrarum aquarum fontibus,
Ara tutelaris Deæ,
Guttis stillantibus-sanguine morituram
Florentem et elegantem vigore cervicem desectam.
Roscidi latices paterni
Et lavacra te manent, et exercitus
Græcorum volens
Proficisci ad Trojæ urbem.
Sed filiam Jovis
Dianam celebremus, reginam Deorum,
Iis, quæ ad prosperum eventum pertinent.
O veneranda, quæ humanis victimis
Gaudes, mitte in Phrygum
Terram exercitum Græcorum
Et dolosas Trojæ sedes. Et Agamemnoni
Hastis Græciæ
Inclytam coronam des
Et circa caput suum
Perpetuam gloriam ponere.
NUN. O Clytæmnestra, filia Tyndari, ædibus
Egredere, ut audias mea verba.

CLY. Audiens tuam vocem veni huc,
Consternata misera metuque perterrefacta.
Venis ne nuncians mihi novam aliquam calamitatem,
Præter præsentem? NUN. Imo vero de tua filia
Volo tibi mira et stupenda dicere.
CLY. Ne cuncteris igitur: sed quamprimum dicito.
NUN. Ergo, O chara domina, audies omnia manifeste.
Dicam autem ordine ab initio, nisi quid lapsa mea
Mens turbarit linguam in verbis meam.
Postquam enim venimus ad filiæ Jovis
Dianæ nemus et prata florida,
Ubi erat cœtus exercitus Græcorum,
Ducentes tuam filiam, statim turba Græcorum
Congregabatur: ut vero rex Agamemnon vidit
Puellam euntem ad cædem in nemus,
Ingemuit, et retro vertens caput
Emisit lachrymas, oculis vestem opponens.
Illa autem prope patrem cum stetisset,
Talia dixit: O pater, adsum tibi,
Meum vero corpus pro mea patria
Et pro tota Græciæ terra
Trado volens ut mactetis ad aram Deæ
Ducentes *me*, siquidem hoc postulat oraculum.
Et quod ad me attinet, sitis fortunati, et prospero
Marte utamini, et redeatis in patriam.
Quamobrem ne quis Græcorum me tangat.
(Silentio enim præbebo cervicem animose.)
Tantum dixit: omnes autem qui audiverunt, obstupuere
Magnitudinem animi et virtutem virginis.
Talthybius autem stans in medio, cui hoc erat curæ,
Imperavit bonam ominationem, et silentium exercitui.
Calchas vero vates in aureum canistrum
Posuit acutum gladium, manu quum prius extraxerat
Sub molis salsis, et coronavit caput puellæ.
Sed Achilles circum aram Deæ
Accepto canistro et simul aqua cucurrit.
Dixit autem: O Diana, quæ ferarum cæde gaudes, filia Jovis,
Agitans clarum lumen noctu,
Recipe hanc victimam, quam tibi donamus
Et Græcorum exercitus, et simul rex Agamemnon,
Impollutum sanguinem cervices pulchræ virginis,
Et concede nobis, ut tuto possimus navigare,
Trojæque arces armis expugnare.
Et exercitus et Atridæ steterunt intuentes terram:
Sacerdos vero correpto gladio precatus est,

Et consideravit guttur, ubi feriret.
(Mihi vero non levis dolor subibat animum,)
Et stabam inspiciens terram: subito autem erat videre miraculum:
Sonum enim plagæ quilibet audivisset manifeste,
Sed nemo novit virginem, quo terræ subierit.
Clamat autem sacerdos, acclamat et universus exercitus,
Inspicientes insperatum ab aliquo Deorum
Ostentum, cui ne tum quidem cum videbatur, fides adhibebatur:
Etenim Cerva palpitans jacebat in terra,
Maxima visu, et eximia specie,
(Cujus sanguis aris Deæ adspergebatur undique abunde.)
Tunc hoc *viso* Chalcas—quomodo putas?—gaudens dixit:
O duces communis hujus exercitus Græcorum,
Videtisne hanc ad aram, quam dea
Obtulit hostiam, cervam montanam?
Hanc magis quam puellam dignatur,
Ne contaminet aram cæde generosa.
Libenterque hoc accepit, et secundam navigationem
Dabit nobis, et Ilii invasionem:
Quamobrem omnes classici milites sumite animos,
Et ite ad naves: quippe oportet hoc die,
Nos relictis Aulidis cavis recessibus,
Trajicere mare Ægeum. Postquam vero tota
Victima combusta est in Vulcani flamma,
Precatus est *sacerdos* congrua, ut exercitus consequeretur reditum.
Mittit autem me Agamemnon, ut tibi hæc indicem,
Et dicam, quale fatum nactus sit ex Diis
Et habeat gloriam immortalem in Græcia.
Ego vero, qui adfui, et rem vidi, dico tibi hæc:
Filia tua palam ad Deos avolavit.
Aufer igitur dolorem, et remitte indignationem adversus maritum:
Inopina enim mortalibus *accidunt fata* Deorum,
Et servant *eos*, quos amant: hic enim dies
Vidit mortuam, et vivam tuam filiam.

CHO. Quam lætor tua causa, audiens ista a nuncio,
Vivam enim inter Deos tuam filiam manere dicit.

CLY. O filia, cujus Dei furtum es facta?
Quomodo appellem te? quomodo dicam?
Solari me falso hos sermones,
Ut tui luctus tristis finem faciam?

CHO. Atqui et ipse rex Agamemnon venit
Eadem tibi dicturus verba.

AGA. Uxor, quod ad filiam attinet, sumus beati:
Habet enim vere consortium inter Deos.
Oportet autem te assumpto hoc tenero vitulo, *Oreste*,
Ire domum: quia exercitus spectat ad navigationem.
Et vale: ex longo intervallo tibi alloquia mea
Erunt ex Troja, et bene tibi sit!

CHO. Gaudens, Atrida, venias *in* terram Phrygum:
Lætusque redeas,
Postquam ceperis pulcherrima spolia ex Troja.

# EURIPIDIS

## IPHIGENIA IN TAURIS.

# DRAMATIS PERSONÆ.

IPHIGENIA.

ORESTES.

PYLADES.

CHORUS GRÆCARUM MULIERUM.

PASTOR.

THOAS.

NUNCIUS.

MINERVA.

# EURIPIDIS

## IPHIGENIA IN TAURIS.

IPH. PELOPS Tantali filius, Pisam profectus
Velocibus equabus, Œnomai duxit filiam,
Ex qua Atreus natus est: Atrei vero filius
Menelaus et Agamemnon: ex hoc vero nata sum ego
Iphigenia filia Tyndaridis Clytæmnestræ,
Quam circa vortices, quos crebro Euripus densis
Auris agitans vertit cæruleum mare,
Mactavit propter Helenam, ut videtur, pater
Dianæ in claræ Aulidis recessibus.
Hic enim mille navium classem
Græcam contraxit Agamemnon rex.
Ex præclara victoria partam coronam ob Ilium volens
Capere Græcos, et vi effectum connubium
Ob Helenam persequi, Menelao gratificans.
Et ob pelagus minime navigabile, ventosque non nactus,
Ad ignispicium ivit, et Calchas hæc *ei* dicit:
O hujus Græci exercitus imperator,
Agamemnon, ex hujus terræ portu naves non deduces,
Priusquam filiam tuam Iphigeniam Diana
Acceperit mactatam: quod enim annus pareret ille
Pulcherrimum, vovisti Luciferæ te sacrificaturum deæ.
Filiam itaque in domo tua conjux Clytæmnestra
Peperit, ad me titulum pulcherrimi referens,
Quam oportet te immolare. Et Ulyssis artibus
A matre abduxerunt quasi ad nuptias Achillis.
Cumque in Aulidem venissem misera super rogum
Sublimis collocata, *jam* occidebar gladio:
Verum *me* subduxit, cervam pro me subjiciens,
Diana Græcis, et per lucidum aerem
Missam me collocavit in hac terra Taurorum,
In qua terra imperat barbaris barbarus

Thoas, qui celerem pedem ponens parem avibus,
Hoc nomen habet propter pedum celeritatem.
Templis autem in istis sacerdotem me constituit,
Ubi delectatur dea hostiis singularibus
Diana festorum, quibus nomen tantum *est* honestum:
Immolo enim, cum mos iste et ante civitati fuerit,
Quicunque huc appulerit vir Græcus.
Auspicor quidem *sacra*, cædes vero, aliis sunt curæ
Nefandæ intus in his templis Deæ.
Cætera vero taceo, Deam reverita.
Jam vero quæ nox præsens nova attulit visa,
Dicam ad ætherem, si quod hoc est remedium.
Videbar in somno relicta hac terra
Habitare Argis, et in mediis cubiculis virginalibus
Dormire, terræ autem tergum motu concuti,
Ego autem fugere, et foris stans fastigium intueri
Ædium cadere, et totam ruere contignationem
Dejectam humi ex summis postibus.
Unica vero relicta est columna, ut mihi videbatur,
Paternæ domus, ex capitulo autem comam *videbatur*
Flavam demittere, vocemque hominis accipere.
Ego vero artem, quam hic exerceo, occidentem hospites,
Colens, aqua ipsam conspergebam, ut morti destinatam,
Lamentans. Sic autem somnium interpretor hoc:
Mortuus est Orestes, cujus sacrificium auspicata sum.
Columnæ enim familiarum sunt liberi masculi:
Moriuntur autem, quos lavacra mea consperserint.
Haud tamen accommodare somnium hoc ad amicos possum:
Strophio enim non erat filius, quando ego perii.
Nunc igitur fratri volo dare inferias
Præsens absenti (hæc enim poterimus *præstare*)
Cum ancillis, quas nobis dedit Rex
Græcas mulieres; sed ob causam aliquam
Nondum accedunt ad me intra domum,
In qua habito, hoc utique Templum Deæ *Dianæ*.
ORE. Vide, observa, ne quis homo sit in via.
PYL. Video, speculorque controvertens oculos in omnes partes.
ORE. Pylade, videturne tibi hoc esse templum Deæ,
Ad quod ex Argis navem per mare direximus?
PYL. Mihi quidem *videtur*, Orestes: tibi vero idem videri decet.
ORE. Et ara, ex qua Græcus stillat sanguis?
PYL. Ex sanguine quidem rubra habet latera.
ORE. Pinnis vero sub *templi* spolia videsne suspensa?
PYL. Interfectorum exuvias hospitum.
ORE. Ergo oportet oculis in orbem circumactis bene speculari.
O Phœbe, quo me rursus in hæc retia duxisti

Edito oraculo, postquam paternam cædem sum ultus,
Matre cæsa? tunc perpetuis vicibus Furiarum
Agitamur exules, extra sedes patriæ,
Cursusque multos flexuosos confeci.
Et veniens interrogavi te, quomodo agitantis *me*
Furoris tandem ad finem venirem et meorum laborum,
(Quos pertuli vagabundus per Græciam.)
Tu vero me jussisti venire in Tauricæ terræ fines,
Ubi Diana, soror tua, aram habet,
Et rapere statuam Deæ, quam dicunt hic
In hoc templum de cœlo decidisse:
Captam vero sive dolo, sive casu aliquo,
Periculo impleto, Atheniensium terræ
Dare *hanc:* præter hoc nihil ultra dictum fuit:
Et his peractis *me* respirationem a laboribus habiturum *dixisti.*
Venio igitur, tuis obtemperans verbis, huc
In terram ignótam, *et* inhospitalem. Te autem interrogo,
Pylade—tu enim adjutor mihi *es* hujus laboris—
Quid faciemus? munitiones enim murorum vides
Altas: utrum domus scalas
Exscendemus? quomodo igitur latebimus?
An ærea claustra solventes vectibus?
Quorum nihil scimus: quod si aperientes portas
Capti fuerimus ingressumque machinantes,
Moriemur. Verum priusquam moriamur, navi
Fugiamus, qua huc navigavimus.
PYL. Fugere quidem non *est* tolerabile, neque consuevimus:
Dei vero oraculum non *est* contemnendum.
Sed a templo recedentes occultemus corpus
In antris, quæ Pontus alluit aquis niger,
Procul a nave, ne quis navigium conspicatus
Regibus dicat, et deinde per vim corripiamur.
Quando vero venerit oculus noctis obscuræ,
Audendum *erit* ex templo capere politam
Statuam, omnes admovendo machinas.
Cura autem sit inter triglypha, an alicubi sit vacuitas,
Corpori dimittendo. Labores *enim viri* fortes
Audent *subire:* ignavi vero nihil usquam sunt.
ORE. Longum quidem iter remo venimus,
Et ex finibus reditum inchoabimus iterum?
Sed—recte enim dixisti—parendum *est:* oportet ire,
Ubi corpus occultantes lateamus.
Haud enim fiet Dei perfectum,
Ut cadat irritum oraculum: audendum *est:*
Labor enim nullus juvenibus excusationem præbet.

IPH. Favete linguis, O Ponti
Gemina concurrentia saxa
Euxini incolentes *homines*.
O filia Latonæ,
Dictynna montana,
Ad tuam aulam, pulchris columnis-ornatorum
Templorum *ad* aureas pinnas
Pedem virgineum sanctum sanctæ
Clavigeræ serva immitto,
Græciæ bellicosæ turres
Et muros agrorumque nemorosorum
Relinquens Europam,
Paternæ domus sedem.
CHO. Adsum. Quid novi? quid es sollicita?
Cur me ad templum duxisti, duxisti?
O filia illius, qui *ad* Trojæ turres
Advenit inclyta classe
Mille navibus innumeris hastis
Atridarum inclytorum.
IPH. O famulæ, flebilibus
Ut nondum lamentis immoror,
Non-jucundæ cantu vocis
Lyra destitutis elegis,
Heu heu! in funero luctu!
Quæ mihi accidunt mala
Fratrem meum lugens
Ob vitam qualem vidi (somniorum) speciem
*Hac* nocte, cujus abiit caligo.
Perii, Perii: non est domus
Paterna: hei mihi interiit *meum* genus!
Heu, heu! *propter* Argis labores
Heu! heu fatum, quod
Fratre, quem habui unicum, me spolias,
Quem ad inferos misisti cui has inferias
Paro poculumque mortuorum
In terræ dorsum effundere
Et fontes ex montanis vitulis *lacteos*,
Et Bacchi vinosam libationem,
Et flavarum labores apum,
Quæ mortuorum delinimenta more recepta sunt.
Verum da mihi aureum.
Vas, et libationem inferis.
O infra terram Agamemnonium
Germen, tanquam mortuo hæc tibi mitto:
Tu vero accipe: non enim ante *tuum* sepulchrum tibi
Flavam comam, neque lachrymas adferam.

Procul enim absum a tua
Patria et mea, ubi ego proba
Jacebo mactata misera.
CHO. Respondentes cantilenas, et hymnum
Asiaticum tibi, barbaricum clamorem
O domina sonabo
Musam lugubrem mortuis
Incassum, quam inter carmina Pluto
Laudat sine Pæane.
IPH. Heu mihi Atridarum calamitates!
Periit lumen sceptrorum heu mihi:
Heu paternos domos!
Quonam beatorum Argis
Regum *est* gubernatio?
Labor autem ex laboribus circumdat
In gyrum actis equis
Volucribus mutans e sede
Sacrum * * * oculum splendoris
Sol. Aliis vero alius accessit
Dolor ædibus *propter* aureum agnum,
Cædes ad cædem, dolorque ad dolorem:
Inde mactatorum ad epulas
Tantalidarum erumpit furia ultrix
In familiam; festinat autem perfida rependere
Tibi dæmon, ex initio mihi invidens,
Dæmon uteri materni:
Cui noctis illius ab initio
Partuum crudelem institutionem
Fatales Deæ portenderunt,
Quæ petita in connubium a Græcia,
* *
Quam primogenitum germen in thalamis
Ledæ infelix filia
Victimam patris flagitio
Et non jucundum oblectamentum
Peperit, educavit, votivam
Equestribus in curribus
In Arenas Aulidis detulerunt
Sponsam, heu *me*! infelicem sponsam
Filiæ Nerei filio, heu! heu!
Nunc inhospitalis Ponti hospes
Inamœnas domos habito
Sine nuptiis, sine liberis, sine civitate, sine amicis,
Non canens Junonem Argivam,
Nec telis in argutis
Radio Palladis Atticæ imaginem

Et Titanum varians sed
Sanguinem stillantium luctuosam,
Hospitum cruentans Aten (circa Aras)
Vocemque ejulantium miserabilem,
Emittentiumque láchrymas miserabiles.
Nunc vero illorum quidem me *subit* oblivio
Hunc vero Argis mortuum deploro
*Meum* fratrem, quem reliqui lactentem equidem
Adhuc infantulum, adhuc tenellum, adhuc germen
In manibus matris ad pectoraque *pendentem*,
Argis sceptrigerum Orestem.

CHO. Atqui hic relinquens littus marinum
Pastor venit tibi significaturus aliquid novi.

PA. O filia Agamemnonis, et Clytæmnestræ proles,
Audi novum ex me nuncium.

IPH. Quid vero est quod me a præsenti luctu deturbat?

PA. Venerunt in terram concurrentes *Cyaneas*
Navi fugientes *huc* duo adolescentes,
Deæ grata victima et sacrificium
Dianæ: aquam igitur, lustralem et initiationes
Debes ne mature paratas facere?

IPH. Cujates *sunt?* cujus terræ nomen habent hospites isti?

PA. Græci, hoc unum tantum scio, et nil ulterius.

IPH. Ne nomen quidem hospitum audiens dicere potes?

PA. Pylades alter ab altero appellabatur.

IPH. Socii vero hospitis quodnam erat nomen?

PA. Nullus hoc novit; non enim audivimus.

IPH. Quomodo igitur igitur eos vidistis, et inventos cepistis?

PA. In littore extremo inhospitalis Ponti.

IPH. Et quod cum mari pastoribus *est* commercium?

PA. Boves invenimus lavaturi marino rore.

IPH. Huc igitur redi, quomodo eos nacti cepistis
Et quali modo? hoc enim scire cupio:
Post longum tempus enim *huc* veniunt; nec ara Deæ
Nuper madefacta est Græco sanguine.

PA. Postquam ad influentem per Symplegades
Pontum boves deduximus sylvicolas,
Est quædem abrupta fluctuum frequenti agitatione
Concava spelunca, purpuras captantium tecta.
Hic geminos juvenes vidit quidam
Pastor nostrum, et recessit retro
Summis *pedum* digitis relegens vestigium.
Et dixit: non videtis? dæmones quidam
*Hic* sedent isti: quidam vero de nobis religiosior
Sustulit manus et adoravit intuens:
O marinæ Leucotheæ fili, navibus custos,

O domine Palæmon, sis nobis propitius,
Sive in littore sedetis vos, Gemini, Castor et Pollux,
Sive Nerei chara propago, qui generosum
Genuit quinquaginta Nereidum chorum.
Alius vero quidam vanus, impietate audax,
Risit *has* preces, nautasque naufragos
Sedere *in* specu metu *nostri* moris dixit,
Audientes, quod hic mactemus hospites.
Visus autem *hic* est recte dixisse plerisque nostrum,
Et venari Deæ victimas usitatius visum est.
Interea vero rupem alter peregrinorum relinquens.
Stetit, caputque quassavit sursum, *et* deorsum
Et ingemuit tremens summas ulnas,
Insania furens, et clamabat sicut venator:
Pylade, vides hanc? hanc vero non vides
Inferorum dracænam, ut me vult interficere,
Horrendis viperis in me ruens instructa?
Altera vero spirans ignem ex faucibus et necem
Remigat alis, matrem meam *in* ulnis
Tenens, et saxeam molem ut injiciat mihi.
Hei mihi! interficiet me: quo fugiam?—licebat autem videre
Non easdem terroris species, sed varians edebat
Sonosque vitulorum, et canum latratus,
Quas imitationes *vocum* aiunt emittere Furias.
Nos vero metu contracti, tanquam morituri,
Tacite sedebamus: ille vero manu districto gladio,
Vitulos ruens in medios, ceu leo,
Cædit ferro, ilia in lata mittens,
Existimans Furias Deas se tunc propulsare,
Adeo ut cruenta spuma emergeret ex mari.
Interea vero unusquisque ubi videt
Cadentes et vastatos boum greges, armabatur,
Et conchas inflans, et congregans indigenas:
Nam adversus generosos, et robustos hospites
Invalidos pugna fore pastores putabamus.
Multi igitur convenimus exiguo tempore.
Cadit autem remisso stimulo furoris hospes,
Manans spuma mentum: ut vero vidimus *rem*
Commode *nobis* cecidisse, omnis vir satagebat,
Jaciens, pulsans: alter vero hospitum
Spumamque detergebat, corporisque curam gerebat
Vestiumque bene-textam telam prætendebat,
Observans quidem caute venientis vulnera,
Amicum vero virum officiis bene curans.
Mentis vero compos factus hospes, ex lapsu cito surgens,

Animadvertit procellam hostium imminentem *sibi*
Et calamitatem prope sibi admotam,
Ingemuitque: nos vero non intermisimus saxa
Jacere, alius aliunde instans.
Tum vero atrocem adhortationem audivimus:
Pylade moriemur: verum moriamur
Honestissime, sequere me, districtum ensem tenens manu.
Postquam autem conspeximus geminos hostium vibratos enses,
Fuga promontoriales implevimus sylvas.
Sed cum fugeret aliquis, alii instantes
Percutiebant eos: cum autem hos pepulissent,
Iterum quæ pars prius cesserat pulsabant saxis.
Sed *res* erat incredibilis. Innumeris enim ex manibus
Nullus has Deæ victimas ferire poterat, lapides jaciens.
Vix enim *nunc*, non audendo quidem eas cepimus:
Sed globo facto circumdantes extorsimus
Saxis ex manibus enses, ad terram vero genua
Præ fatigatione demiserunt: ad regem autem hujus terræ
Adduximus ipsos. Ille intuitus *eos*, quam celerrime
Ad lavacra et ad mactationem misit tibi.
Opta vero tales, O virgo, tibi hospitum
Victimas adesse: et si mactes hospites
Tales, Græcia compensabit tuam cædem,
Pendens pœnam cædis in Aulide.

CHO. Mira dixisti de illo, qui conspectus est, quicunque tandem
Ex Græcia qui venit ad Pontum inhospitalem.

IPH. Bene est: tu igitur abiens adduc hospites.
Quæ vero hic facienda sunt sacra, nos curabimus—
O miserum cor, prius quidem erga hospites
Tranquillum fuisti et semper misericors,
Cognationi lachrymam impertiens,
Quoties Græcos in manus acciperes.
Nunc vero ex somniis, quibus efferatæ sumus,
Existimans Orestem non amplius solem intueri,
Malevolam *vobis* me nansciscemini, quicunque tandem *huc* veneritis.
Et somnium verum fuit: prætextus fuerit, O amicæ:
Infelices enim beatoribus,
Ipsi male se gerentes, non bene sapiunt
Verum nec ventus a Jove *missus huc* venit unquam,
Nec navis, quæ per rupes Symplegades
Helenam adduxerit huc, quæ me perdidit:
Nec Menelaum, ut ipsos vicissim ulciscerer,

Hic *sitam* Aulidem opponens illi, quæ illic *est*,
Ubi Danaidæ me, sicut juvencam, capientes
Mactaverunt, sacerdos vero fuit pater, qui me genuit.
Hei mihi! malorum enim illorum non possum non meminisse:
Quoties ad genas manus ejaculata sum,
Prudens a genibus patris,
Dicens hæc: O pater, sponsa fio
Nuptiarum turpium a te; mater vero mea,
Dum tu *me* interficis et Argivæ illam
Celebrant Hymenæis, et personat cantu fistulæ tota
Aula: ego vero interea interficior a te.
Pluto igitur erat Achilles, non *autem* Pelei filius,
Quem mihi promisisti sponsum: in curruum vero vehiculis
Ad cruentas nuptias duxisti dolo.
Ego vero tenuia per velamina oculos
Conjiciens, nec fratrem hunc cepi manibus,
Qui nunc periit, neque sorori osculum
Dedi præ pudore, tanquam itura ad Pelei
Ædes; ac multas distuli salutationes
In aliud tempus, ut iterum Argos reditura.
O miser, si es mortuus, ex quam præclaris rebus
Periisti, Orestes, et patris invidenda fortuna.
Deæ vero damno commenta,
Quæ, si quis quidem mortalium patrarit cædem,
Aut etiam partum, aut cadavera attigerit manu,
*Eum* arcent ab ara, ut impurum existimans,
Ipsa vero delectatur hostis humanis.
Non est, quin non pepererat Jovis conjux
Latona tantam absurditatem: ego etiam
Tantali epulationem diis *exhibitam*
Incredibilem judicio, *Deos scilicet* pueri esu delectatos esse,
Hujus vero regionis incolas, quod sua natura sint homicidæ,
In Deum culpam *suam* transtulisse puto:
Neminem enim deorum malum esse censeo.

CHO. Cærulei, cærulei (*str.* 1.)
Congressus maris,
Quod Œstro percita *Io* volans ab Argis
In Euxinum mare trajecit olim
Asiaticum solum
Europa mutans.
Quidam semel aquosum
Et arundine-virentem relinquentes Eurotam,

Sacraque Dirces fluenta,
Venerunt, venerunt in hospitum-commercia-fugientem
Terram, ubi puella
Spargit circa aras, et columnas
Templorum sanguinem humanum.
Nimirum impetuosis abiegnis (*ant.* 1.)
Utrinque-navem-agitantibus remis
Per marinos fluctus urserunt
Navale vehiculum, et auris vela ferentibus,
Avarum certamen
Exercentes domuum gratia?
Dulcis enim spes est, in
Perniciem vitarum insatiabilis hominibus,
Divitiarum onus qui quærunt
Errabundi per fluctus urbesque
Barbaricas transeuntes
Inepti sententiis: opinio aliis quidem expers divitiis, aliis vero inter media venit.
Quomodo concurrentes petras, (*str.* 2.)
Quomodo Phineios
Nunquam tranquillos scopulos transiverunt, juxta inhumanum litus
In Amphitritæ æstu currentes?
Ubi quinquaginta puellarum
Nereidum chori
Ludunt in orbem semper:—
Quamvis implentibus-vela flatibus,
Stridenti ad puppim firmo gubernaculo,
Auris australibus, aut
Zephyri flatibus,
Ad terram avibus-abundantem,
Planum littus, Achillisque cursus pulchro stadio-celebres,
Euxinum ad Pontum.
Utinam *pro* votis Dominæ (*ant.* 2.)
Helena Ledæ
Chara filia huc aliquo casu veniret
Relicta Trojana urbe,
Ut circa capillum aqua lustrali
Letifera conspersa guttur-secante
Manu dominæ moreretur
Dans pœnas mutuas!
Jucundissimum autem nuncium
Acciperemus, ex Græciæ
Terra nautarum si quis *huc* veniret,

Servitutis meæ mise-
ræ laboribus finem impositurus: etenim
Somnio par dicerem,
In ædibus et urbe pater-
na jucundis sermonibus fru-
i, gaudium divitibus aliisque commune!
Verum isti manus geminis vinculis
Vincti veniunt, nova
Deæ victima: tacete, O amicæ.
Græcorum enim primitiæ jam
Istæ ad templum prope veniunt:
Neque nuncios falsos nunciavit
Pastorius vir.
Veneranda, si hæc tibi grata
Urbs hæc perficit, accipe victimas,
Quas apud nos mos non pias
Græcis dans exhibet.

IPH. (Esto.) Primum igitur ut Deæ cultus recte se habeat,
Curandum *est* mihi. Solvite hospitum manus,
Ut cum sint sacri non sint amplius vincti.
Ingredientes autem in templa parate,
Quæ oportet ad *res* præsentes, et *quæ* moribus sunt recepta.
(Papæ!) Quænam *est* mater, quæ vos olim peperit
Quis pater, soror quoque, si qua *vobis* nata sit?
Qualibus geminis juvenibus privata
Sine fratribus erit! Quis *rerum* eventus novit, cui
Tales sint futuri? Omnia enim Deorum *consilia*
In obscurum eunt, nec ullus absens quidquam novit:
Fortuna enim furtim ducit in miserias.
Undenam venitis, O miseri hospites?
Quam per longum spatium navigastis *ad* hanc terram,
Longe autem domo abfuturi estis semper sub terra.

ORE. Cur tu hæc deploras, et cur de futuris nostris
Malis contristaris, quæcunque tandem es, O mulier?
Non existimo sapientem, qui moriturus
Ficta gravitate metum exitii vincere vult:—
Nec *illum*, qui mortem *jam* vicinam misere-deplorat,
Salutis nullum spem habens:—quia ex uno geminum
Facit malum, estque obnoxius stultitiæ crimini
Moriturque æque: Fortunam igitur oportet sinere.
Tu igitur ne nos deplora: quæ enim hic fiunt
Sacrificia scimus, et cognoscimus.

IPH. Uter vero vestrum hic nominatus
Pylades vocatur? hoc scire primum volo.

ORE. Hic, si quid tibi voluptati hoc scire est.

IPH. Cujus patriæ Græcæ civis *est* natus?

ORE. Quid vero cognoscens hæc plus habebis, O mulier?
IPH. Utrum estis fratres ex una matre geniti?
ORE. Amicitia sane, non natu tamen fratres sumus, O mulier.
IPH. Tibi vero quod nomen imposuit qui *te* genuit pater?
ORE. Vero quidem *nomine* possemus vocari miseri.
IPH. Non hoc interrogo: hoc enim tribue fortunæ.
ORE. Ignoti si moriamur non ridebimur.
IPH. Quid vero invides hoc, an adeo superbe sentis?
ORE. Meum corpus mactabis, non nomen.
IPH. Neque civitatem dices, ex qua oriundus es?
ORE. Quæris enim *quod* nullam utilitatem *mihi* morituro *feret.*
IPH. Quid vero prohibet quominus hoc mihi gratificeris?
ORE. Inclytum Argos patriam meam *esse* glorior.
IPH. Per deos verene, O hospes, illinc es oriundus?
ORE. Ex Mycenis, quæ olim erant beatæ.
IPH. Num vero ex patria discessisti exul, aut quali fortuna?
ORE. Exulo aliquo modo non volens, *et tamen* volens.
IPH. Num dixeris mihi *aliquid eorum*, quæ volo?
ORE. Quæcunque a mea infelicitate aliena sunt.
IPH. Profecto desiderans mihi venis Argis profectus.
ORE. Mihi quidem non, si vero tibi, scelus amas.
IPH. Novisti fortasse Trojam, cujus ubique fama.
ORE. Utinam non nossem, et nunquam vidissem, ne in somnio quidem!
IPH. Dicunt eam bello deletam non amplius extare.
ORE. Est enim ita, neque *falsa* audivistis.
IPH. Helena vero rediit rursus *in* Menelai domum?
ORE. Rediit, infauste rediens cuidam meorum.
IPH. Ubinam est? Nam et mihi aliquod pridem debet malum.
ORE. Spartæ cohabitat pristino marito.
IPH. O commune Græcis odium, non mihi soli.
ORE. Et ego jam quendam fructum ex illius nuptiis percepi.
IPH. Redieruntne Græci, ut fama fertur?
ORE. Ut omnia semel *ac simul* complexa me interrogas!
IPH. Priusquam enim moriaris, hunc fructum percipere volo.
ORE. Interroga, quandoquidem hoc cupis: ego vero *tibi* respondebo.
IPH. Rediitne quidam vates Calchas ex Troja?
ORE. Periit, ut dicebatur inter Mycenæos.
IPH. O *dea* veneranda quam bene! Quid vero Laertis filius?
ORE. Nondum domum rediit: vivit tamen, ut dicunt.
IPH. Pereat, nec unquam in patriam redeat!
ORE. Nihil impreceris *illi:* omnes *res* illius male habent.
IPH. Filius vero Thetidis Nereidis adhucne vivit?
ORE. Non vivit: frustra celebravit nuptias *in* Aulide.
IPH. Dolosæ enim *erant*, ut dicunt illi, qui suo damno sciunt.

ORE. Quænam vero es? Quam accurate de *rebus* Græciæ percontaris!
IPH. Inde sum: puella etiamnum perii.
ORE. Recte ergo cupis scire quæ ibi *acta sunt*, mulier.
IPH. Quid vero dux, quem dicunt esse beatum?
ORE. Quisnam? Non enim *ille* saltem, quem ego novi, *est ex numero* beatorum.
IPH. Agamemnon rex quidam Atrei filius dicebatur.
ORE. Nihil scio: absiste ab hoc sermone, O mulier.
IPH. Nequaquam per Deos, sed dic, ut exhilarer, O hospes.
ORE. Periit miser, et præterea perdidit quempiam.
IPH. Mortuus est? quo fato? heu me miseram!
ORE. Cur vero ingemuisti *propter* hoc? num ad te pertinebat?
IPH. Deploro priorem ejus fortunam.
ORE. Periit enim miserabiliter, interfectus a muliere.
IPH. O maxime deploranda quæ *illum* interfecit, et qui obiit!
ORE. Desine igitur jam, et ne interroges ulterius.
IPH. Adhuc tantum, an vivit illius miseri conjux?
ORE. Non est *amplius:* filius, quem genuit is, eam perdidit.
IPH. O confusa domus! Quid vero volens?
ORE. *Ob* patrem mortuum, ipsam ulciscens.
IPH. (Eheu) Quam bene malum Jus peregit.
ORE. Sed quamvis sit justus, *tamen* Deos habet infensos.
IPH. Reliquitne domi aliam sobolem Agamemnon?
ORE. Reliquit Electram virginem unicam.
IPH. Quid vero, estne aliquis sermo de mactata filia?
ORE. Nullus alius, nisi eam mortuam non intueri lucem.
IPH. Miseram illam et patrem qui interfecit eam.
ORE. Malæ mulieris gratia periit sine gratia.
IPH. Interfecti vero patris filius estne Argis?
ORE. Ille est, miser, nullibi et ubique.
IPH. Falsa somnia, valete, nihil enim estis.
ORE. Nec genii, qui vocantur sapientes,
Minus sunt mendaces levibus somniis.
Magna confusio est in rebus divinis
Et humanis: una autem in re causa cadit,
Quod non stultus existens, vatum verbis adductus,
Perierit, quo modo periit conscientia.
CHO. Heu, heu! quid vero nos, et nostri parentes?
Num sunt? an non sunt? quis queat dicere?
IPH. Audite. Jam enim in quoddam venio consilium,
Vobis utilitatem, O hospites, meditans simul
Et mihi: bene tunc maxime se habet,
Quando omnibus eadem res placuerit.
Velisne, si te servavero, nunciare aliquid, *meo nomine*,
Argos profectus, meis amicis illic *degentibus*,

Et *illis* ferre literas, quas quidam me miseratus
Captivus scripsit, meam non
Existimans manum *esse* homicidialem, sed a lege
Mori se, Dea hæc justa postulante.
Nullum enim habui, qui, Argis huc profectus
Argos iterum, meas literas
Mitteret servatus meorum amicorum alicui.
Tu igitur—es enim, ut videris, generosus,
Et Mycenas novisti et quos ego volo—
Serveris, mercedem non contemnendam accipiens
Propter leves literas, salutem.
Iste vero, siquidem civitas hoc cogit,
Deæ fiat hostia, sejunctus a te.

ORE. Recte dixisti cætera, præter hoc unum, O hospita:
Nam istum interfici *esset* mihi valde gravis dolor.
Ego enim sum gubernator navis harum calamitatum:
Iste vero una navigat propter meos labores.
Non igitur justum *est* me cum hujus nece
Tibi præstare officium, et me ipsum eripere ex malis:
Sed si sic fiat, huic quidem trade literas:—
Nam *eas* Argos mittet, ut tuæ res recte habeant:—
Nos vero, quicunque vult, interficiat. Amicos *enim*
Quisquis in calamitatem conjiciens,
Ipse servetur, turpissimum *est*. Hic autem est *mihi* amicus,
Quem non minus volo videre lucem, quam me *ipsum*.

IPH. O indolem præstantem, ut ex generosa aliqua
Radice ortus es, amicisque verus amicus!
Talis utinam sit meorum consanguineorum *is*
Qui relictus est! nam ne ego quidem, O hospites,
Sine fratre sum, nisi quod eum *nunc* non video.
Postquam vero hoc vis, hunc mittemus
Qui perferat literas, tu vero morieris: quoddam enim magnum
Studium hujus *rei* te tenet.

ORE. Quis vero interficiet me, et hæc atrocia audebit?

IPH. Ego: hujus enim deæ sacerdotium habeo.

ORE. Indignum certe, O virgo, et infelix officium.

IPH. At venimus in necessitatem, cui parendum *est*.

ORE. Tu, cum sis femella, ense mactas mares?

IPH. Non: sed circa tuam comam aquam-lustralem-effundam.

ORE. Sed quis *est* mactator? si mihi licet hæc interrogare.

IPH. Intra hanc ædem sunt, quibus ista curæ sunt.

ORE. Quale vero sepulchrum accipiet me mortuum?

IPH. Sacer ignis intus et tenebrosus hiatus rupis.

ORE. (Heu!) quomodo me sororis manus componet?

IPH. Inane votum, O miser, quisquis tandem es,
Vovisti: habitat enim *tua soror* procul ab hac barbara terra.
Veruntamen, quia Argivus es,
Ne ego quidem saltem *earum rerum*, quas *præstare* potero, omittam officium.
Multum enim ornatum tibi in sepulchro ponam,
Et flavo oleo corpus tuum ungam,
Et montanæ ex floribus manentem humorem
Flavæ apis injiciam in tuum rogum.
Sed ibo, et literas ex sacello Deæ
Portabo: non tamen mihi hanc crudelitatem imputa.
Ministri, custodite eos sine vinculis.
Fortasse insperato meorum amicorum alicui
Mittam Argos, *eorum*, quos maxime ego amo,
Et literæ illi vivere, quos mortuos credit,
Significantes parum credibilia gaudia annunciabunt.

CHO. Deploro te lustrationum (*str.*)
Guttis destinatum guttis cruentis.

ORE. Hæc quidem non *sunt mihi* miseranda, quare valete, O hospites.

CHO. Te vero *propter* felicem sortem, O adolescens, (*str.*)
Admiramur, in patriam quod tandem redibis.

PYL. Non optanda amicis, morientibus amicis.

CHO. O miseranda navigatio! (*epod.*)
Heu, heu! perire.
Æ æ æ æ!
Uter est, qui destinatur?
Adhuc enim ambigua in gemina movetur mens,
*Utrum* te prius, an te lamentis defleam.

ORE. Pylade, dic per Deos, affectusne es, sicut ego?

PYL. Nescio: interrogas me cum non possim respondere.

ORE. Quænam est hæc puella? quam Græcanice
Interrogavit nos, et de laboribus ad Ilium *toleratis*
Et de Græcorum reditu, et de vate
Calchante et de Achille: et miserum
Agamemnonem quam est miserata! interrogavitque me
De uxore, et liberis *ejus*. Hæc hospita est genere
Illinc *profecta* Argiva aliqua: nunquam enim *alias*
Literas mitteret *eo* nec scrutaretur hæc,
Quasi communem fortunam habens, si Argi rem feliciter gerant.

PYL. Paulo me antevertisti: eadem vero dicis antevertens,
Præter *hoc* unum: regum enim clades
Omnes norunt, qui aliquo modo considerant *talia*:
Sed et aliud quiddam considera.

ORE. Quid? *nam hoc* in commune ferens melius intelliges.
PYL. Turpe *est*, te mortuo, nos intueri lucem.
Una enim navigavi, una etiam mori me oportet:
Etenim timiditatis, et ignaviæ probrum mihi conciliabo
Argis, et in Phocide multas habente-valles,
Videbor enim multis,—multi enim *sunt* mali—
Te prodito solus ipse rediisse domum,
Aut etiam occiso te in calamitate familiæ,
Struxisse necem tibi, propter tuum principatum,
Ut ducam tuam sororem patrimonii totius hæredem.
Hæc igitur metuo, et horum me pudet,
Nec ullo modo fieri potest, quin tecum *animam* expirem
Et simul juguler et conflagrem corpore,
Quia sum amicus *tuus* et vituperationem metuo.
ORE. Bona verba quæso: mea mala *me* ferre oportet:
Cum autem possim ferre simplicem mœstitiam, non feram geminam.
Quod enim tibi triste et probrosum dicis,
Hoc mihi accidet, si te laborantem mecum
Interfecero: quod enim ad me attinet, non male res habet,
Si moriar, cum exercear a diis, sicut exerceor.
Tu vero es beatus, puramque, nec afflictam, habes
Domum ego vero impiam, et infelicem.
Servatus autem, et liberos ex mea sorore
Suscipiens, quam tradidi tibi uxorem:
Manebitque meum nomen, neque sine liberis domus
Paterna mea delebitur unquam.
Quare abi, et vive, et inhabita domum paternam.
Et cum veneris in Græciam et ad equestre Argos,
Obtestor te per hanc dextram ista:
Excita *mihi* sepulchrum, et impone monumenta mihi,
Et Soror det lachrymas, et comam tumulo.
Et nuncia, quomodo ego perierim ab Argiva quadam
Muliere, circa aram lustratus cæde
Neque deseras unquam meam sororem,
Inopes affines tuos, et domum paternam videns.
Jamque vale: meorum enim amicorum te *fidissimum* inveni.
O venationis socie et mecum educate *amice*,
O qui multos labores suscepisti propter mea mala.
Nam autem Apollo, vates existens, fefellit:
Callide autem commentus, quam longissime a Græcia
Abegit præ pudore priorum vaticiniorum.
Cui ego omnia mea permittens verbisque *ejus* obtemperans,
Interfeci matrem, nunc vero ipse vicissim pereo.

PYL. Erit sepulchrum tibi, et sororis *tuæ* lectum
Nunquam deseram, O miser, quia ego te
Mortuum magis, quam vivum, charum habebo.
Sed nondum perdidit te penitus Dei
Oraculum, quamvis prope cædem stes.
Sed sæpe, sæpe nimia calamitas
Magnas habet mutationes, quoties ita res tulerit.
ORE. Tace. Phœbi autem vaticinia nihil mihi prosunt.
Mulier enim hæc egreditur extra templum.
IPH. Discedite vos et apparate
Profectæ res intus *necessarias* iis, qui præsunt *victimarum* cædi.—
Literarum quidem hæc volumina antiqua,
O hospites, adsunt: quæ vero præter hæc volo,
Audite: nemo sui idem est in calamitate,
Et quando cadit ex metu in confidentiam.
Ego igitur metuo ne, reversus *ex hac* terra
Nihil curet meas literas
Is qui debet hanc epistolam Argos perferre.
ORE. Quid igitur vis? qua de re angeris?
IPH. Det jusjurandum mihi, se has literas portaturum
Argos, amicis quibus *eas* mittere volo.
ORE. An tu quoque vicissim huic eosdem sermones reddes?
IPH. Quam rem me facturam? aut non facturam? dic.
ORE. Te *hunc* non mortuum dimissuram ex *hac* terra.
IPH. Recte dixisti: quomodo enim posset nunciare *quæ volo?*
ORE. An et tyrannus ista concedet?
IPH. Etiam persuadebo ei, et ipsa *ipsum* in navis imponam scapham.
ORE. Jura tu: et incipe jusjurandum, quod sit pium.
IPH. Dabo, dicere oportet, *hanc* epistolam meis amicis.
PYL. Dabo has literas tuis amicis.
IPH. Et ego te salvam dimittam extra Cyaneam petram.
ORE. Quem autem Deorum advocas *tui* juramenti testem?
IPH. Dianam, in cujus templis *hos* honores habeo.
PYL. Ego vero regem cœli, Jovem venerandum.
IPH. Si vero deserto jurejurando feceris mihi injuriam?
PYL. Sim sine reditu: quid vero tu, si me non servaveris?
IPH. Nunquam Argis viva vestigium figam pedis.
PLY. Audi vero rem, quam præterivimus.
IPH. At aptus erit etiam nunc, si recte se habuerit.
PYL. Da mihi hanc exceptionem, si quid acciderit navi,
Et tabulæ in procellis cum literis
Perierint, corpusque servaro solum,
Ut non amplius hoc juramentum sit ratum.
IPH. Scis, quid sim factura? multa enim navi accidunt.

Quæ sunt scripta in epistolæ plicis
Dicam tibi verbis ut omnia possis nunciare amicis,
Res enim in tuto est: quod si servaris literas,
*Tum* ipsæ dicent tacentes, quæ sunt inscripta:
Si vero literæ in mari deletæ fuerint istæ,
Corpore servato, hæc verba servabis mihi.
PYL. Recte dixisti Deorum meique causa.
Significa igitur cui oporteat has literas ferre
Argos, et quid dicere oporteat me audivisse ex te.
IPH. *Nuncia Oresti, filio* Agamemnonis:—
*In Aulide interfecta mittit has literas*
*Viva* Iphigenia, *quæ illis, qui istic sunt, non vivit amplius.*
ORE. Ubi vero illa est? num mortua revixit?
IPH. Quam vides, illa est: ne *tu* me a sermone depelle.
*Deduc me Argos, frater, priusquam moriar,*
*Ea hac terra barbara et abducito a deæ*
*Sacris, in quibus munus hospitum-interficiendorum habeo.*
ORE. Pylade, quid dicam? ubinam existentes inventi sumus?
IPH. *Aut tuæ scelesta familiæ fiam*
*Orestes,* ut rursus nomen bis audiens scias.
PYL. Proh deos! IPH. Cur deos invocas in meis rebus?
PYL. Nihil: pertexe modo: aberraram enim cogitando.
Mox igitur te interrogans ad certa perveniam.
IPH. Dic *Oresti,* quod *cervam dans pro me dea*
*Diana servavit me, (quam cervam mactavit meus pater,*
*Cum putaret se in nos acutum ensem immittere,)*
*Et in hanc terram collocavit:* hæ *sunt meæ* literæ:
*Et* hæc sunt scripta in literis.
PYL. O quæ me facili jurejurando obstrinxisti,
Et quæ pulcherrime jurasti, non multum morabor tempus,
Et jusjurandum, quod juravi, præstabimus.
Ecce, fero tibi literas et trado,
Orestes, ab hac tua sorore.
ORE. Accipio: omittens vero literarum plicas,
Voluptatem primum non verbis *at factis* capiam.
O charissima mihi soror, perculsus
Nihilominus brachiis amplectens vix credentibus,
Capiam voluptatem, audiens admiranda mihi.
CHO. Hospes, non recte deæ ministram
Polluis non-tangendis circumjiciens peplis manum.
ORE. O soror ac ex eodem patre
Agamemnone nata, ne me averseris,
Cum teneas fratrem, quem non putasti te habituram unquam.
IPH. Egone te meum fratrem *teneo?* non desines *hoc* dicere?
Argos enim *est* ipsi et Nauplia vicina.

ORE. Non illic est tuus frater, O misera.
IPH. Num Lacæna Tyndaris te peperit?
ORE. Et quidem ego sum natus ex filio filii Pelopis.
IPH. Quid ais? habesne aliquod horum mihi documentum?
ORE. Habeo: aliquid ex domo paterna interroga.
IPH. Ergo te quidem dicere oportet, me vero audire.
ORE. Dicam hoc primum, Electræ narrationem:
Atrei et Thyestis ortam novisti dissensionem?
IPH. Audivi, quem de aureo vellere habuerunt.
ORE. An igitur scis te hæc texuisse in texturis?
IPH. O charissime, prope meum flectis animum.
ORE. Item in tela imaginem, Solis conversionem?
IPH. Texui hanc etiam imaginem subtilibus filis.
ORE. Et accepisti a matre ad Aulidem ornatum?
IPH. Novi: nam nuptiæ abstulerunt me non-bonæ.
ORE. Quid vero? an te dedisse comam tuam perferendam tuæ matri?
IPH. Monumentum pro meo corpore altrici.
ORE. Hæc vero, quæ ipse vide, dicam signa certa.
Pelopis antiquam hastam in ædibus patris,
Quam vibrans manibus puellam Pisatidem
Adeptus est Hippodamiam, occiso Œnomao,
In ipsis tuis virgineis conclavibus absconditam.
IPH. O charissime, nihil aliud, es enim charissimus,
Teneo te, Orestem unice desideratum solo ex patrio,
Ex Argis, O charissime.
ORE. Et ego te mortuam, ut putatur.
Lachrymæ autem non lachrymosæ, et luctus cum gaudio
Tuos oculos, æque ac meos humectant.
IPH. Hunc *tum* adhuc reliqui infantem in brachiis recentem nutricis, recentem in ædibus.
O plus, quam verbis dici queat, felix mi
Anime, quid dicam? ultra miraculum, et ultra quam dici potest,
Hæc acciderunt.
ORE. In postremum una degentes simus felices:
IPH. Insperatam voluptatem cepi, O amicæ:
Metuo autem, ne ex manibus mihi in aerem
Avolans elabatur
O Cyclopei lares, O patria
Chara Mycenæ,
Gratiam habeo *tibi* vitæ *causa*, gratiam habeo educationis *causa*,
Quia mihi fratrem istum domui
Educasti lumen.

ORE. Genere quidem beati sumus, sed quod ad calamitates *spectat*,
O soror, nostra infelix vita fuit.
IPH. Ego misera hoc experta sum, quando ensem
Ad cervicem posuit mihi miser pater.
ORE. Hei mihi! videor enim non præsens te videre ibi.
IPH. Sine Hymenæo, O frater, Achillis
Ad cubile nuptiarum
Fraudulentum quum ducebar:
Et circa aram erant lachrymæ, et luctus.
Heu, heu! lavacra, *quæ* ibi *erant!*
ORE. Deploravi et ego audaciam quam pater ausus est.
IPH. Indignum patre, indignum patre fatum nacta sum.
Alia vero ex aliis sequuntur.
ORE. Si tuum fratrem, O misera, *cædens* perdidisses
Numinis alicujus fato—
IPH. O misera nefandi facinoris! atrocia ausa sum,
Atrocia ausa sum, O mi frater!
Quam vix effugisti impiam necem
Meis interfectus manibus.
Post hæc vero quis *malorum* finis *erit?*
Quæ fortuna mihi *quod cupio* concedet?
Quam tibi *salutarem* rationem inveniens
Rursum ab *hac* regione, *et* ab nece remittam
Patriam in Argivam,
Priusquam tu in ensem in sanguine tuo
Luctens? hoc tuum *est*, O misera anima,
Negotium invenire,
Utrum terra, non navi,
Sed pedum impetu
Morti sis appropinquaturus, *per* barbaras gentes
Et *per* transitus invios vadens? per Cyaneos sane
Angusto meatu præditos scopulos, *est* longum iter navali fugæ,
Misera, misera *sum ego!*
Quis igitur in his
Aut Deus, aut mortalis, aut
Casus aliquis insperatus
Viam impeditam expediens
*Nobis* duobus solis Atridis ostendet
Finem malorum?
CHO. Inter mirabilia, et ultra fabulas
Hæc ipsa vidi, et audiens nunciabo.
PYL. Amicos utique qui venerunt in conspectum amicorum,
O Orestes, æquum *est* se manibus mutuo complecti:

Oportet vero *nunc* omisso luctu ad illud venire,
Quomodo, inclytum salutis flatum
Adepti, ex *hoc* agro barbaro discedamus.
Sapientum enim virorum hæc *sunt*, non fortuna decidentes
Occasionem nactos, aliis voluptatem capere.
ORE. Recte dixisti: fortunæ vero puto curæ esse
Hoc nobiscum: si enim gnarus sit aliquis,
Consentaneum est numen divinum fore efficacius.
IPH. Nihil me *jam* cohibet nec avertet a sermone,
Quominus primum quæram, quodnam Electra fatum
Sortita sit vitæ: grata enim facere studuit mihi omnia.
ORE. Cum hoc *nupta* habitat, vitam habens beatam.
IPH. Hic vero cujas, et quo patre natus est?
ORE. Strophius Phocensis hujus vocatur pater.
IPH. Hicne ex Atrei filia est, cognatus meus?
ORE. Consobrinus certe, solus mihi certus amicus.
IPH. Nondum erat iste natus, quando pater me mactavit?
ORE. Non erat: aliquandiu enim Strophius fuit sine liberis.
IPH. Salve mihi, marite meæ sororis.
ORE. Et meus servator *est*, non tantum cognatus.
IPH. Quomodo vero sustinuisti ista atrocia facta in matrem?
ORE. Taceamus de illis: ulsciscens necem mei patris.
IPH. Quæ vero *fuit* causa, quod occidit maritum?
ORE. Sinas hæc matris *facinora;* non enim tibi *est* honestum audire.
IPH. Taceo. Nunc igitur Argos in te respicit?
ORE. Menelaus tenet imperium: *nos* exules sumus ex patria.
IPH. An igitur patruus injuria-affecit familiam *jam* afflictam?
ORE. Non, sed terror Erinnyum exturbat me ex terra.
IPH. Inde ergo in litore etiam hic dictus es insaniisse.
ORE. Sumus conspecti non nunc primum miseri.
IPH. Intelligo, propter matrem agitaverunt *te* Deæ.
ORE. Adeo ut cruenta fræna injecerint mihi.
IPH. Cur vero in hanc terram intulisti pedem?
ORE. Veni jussus oraculo Phœbi.
IPH. Quam rem facturus? dicendam, an tacendam?
ORE. Dicam: initium autem hoc mihi multorum laborum *est:*
Postquam hæc mala matris, quæ taceamus,
Manibus nostris patrata fuerunt, Erinnyum incursibus
Pulsi sumus exules: unde meum pedem
Athenas utique misit Phœbus,
Ut satisfacerem non nominandis Deabus.
Est enim *ibi* sanctum judicium, quod olim Marti
Jupiter constituit ob quandam contaminationem manuum.
Profectum autem illuc, primum quidem nullus hospitum

Ultro *me* recepit, ut diis invisum;
Qui vero reveriti sunt, mensam hospitalem solitariam
Præbuerunt, manentes sub eodem tecto ædium,
Silentio autem machinabantur me omnis colloquii expertem, ut
Cibo potuque exhilararent sine piaculo,
In vas vero proprium æqualem omnibus Bacchici *liquoris*
Mensuram plenam infundentes, fruebantur voluptate.
Ego vero reprehendere quidem hospites non audebam,
Dolebam vero tacite et simulabam *me hæc* nescire,
Valde ingemiscens, quod eram matris interfector.
Audio autem Atheniensibus meas calamitates
Festum factum esse, et adhuc morem hunc manere,
Congiarium Vas ut Palladis populus honoret.
Postquam autem veni in tumulum Martis et in judicio
Steti, ego quidem occupans alteram sedem,
Alteram vero natu maxima Erinnyum,
Perorans autem audiensque causam parricidii,
Phœbus testificans servavit me: paria vero mihi
Suffragia numeravit Pallas manu,
Atque victor abii ex judicio parricidii.
Quæcunque igitur *Furiarum* sedebant acquiescentes judicio,
Curiam prope ipsam sacellum statuerunt habere,
Quæcunque vero Furiarum *huic* sententiæ non acquiescebant,
Cursibus irrequietis me semper agitaverunt,
Donec rursus redii ad Phæbi sanctum solum,
Et ante adyta jacens extensus, jejunus a cibo,
Juravi me illic abrupturum esse mihi vitam moriendo,
Nisi me servaret Phœbus, qui me perdiderat.
Ibi, ex aureo tripode vocem emittens,
Phœbus misit me huc, ut delapsam cœlo auferrem
Statuam et collocarem in terra Atheniensi.
Quare quam *Deus* constituit salutem nobis, *hanc*
Nobiscum para: si enim Deæ potiamur statua,
Insaniaque liberabor et te in multiremi scapha
Avectam, Mycenis iterum collocabo.
Quamobrem, O chara tu, O sororium caput,
Serva paternam domum, meque conserva;
Quia mea simul omnia perierunt et totum genus Pelopidarum,
Cælestem nisi captam abstulerimus Deæ statuam.

CHO. Gravis quædam Deorum ira efferbuit
Adversus semen Tantali et per ærumnas ducit.

IPH. Hanc quidem voluntatem habui, priusquam huc venires,

Ut essem Argis, et tuo conspectu fruerer, O frater.
Misericordia vero *nunc* eadem, quæ tu, teque laboribus *his cupio* liberare,
Laborantemque domum, interfectori meo non
Infensa, paternam erigere volo:
A cæde enim tua manum abstinebimus,
Servaboque domum: deam vero quomodo latere *possim*,
Metuo, et Regem, quando vacuam
Sedem saxeam statuæ invenerit.
Quomodo enim *tunc* non moriar? quænam erit mihi excusatio?
Verum si simul hæc omnia unum quoddam fient,
Et statuam auferas et me in firmam puppim habente navi
Abducas, hæc periclitatio erit præclara:
Verum ego quidem ab hac sejuncta peribo,
Tu vero tua re constituta redibis *domum*.
Ego tamen non fugio ullum *periculum*, neque si mihi moriendum sit,
Ut te servem: vir enim in familia
Mortuus *est* desiderabilis, mulieres vero parvi pretii sunt.

ORE. Nunquam fiam et tuus et matris interfector:
Satis est illius cædes: eadem vero sentiens quæ tu,
Et vivens volo et mortuus parem *sortem* nancisci.
Abducam enim te, si res hic bene ceciderint,
Domum, vel tecum mortuus *hic* manebo.
Audi autem sententiam *meam:* si molestum hoc esset
Dianæ, quomodo Phœbus jussisset
Me deferre statuam deæ in urbem Palladis
Et tuam intueri faciem duxisset? omnia enim
Hæc in unum collecta perpendens, spero nos reditus fore compotes.

IPH. Quomodo potest ergo fieri, ita ut neque nos pereamus,
Et *tamen* auferamus ea: quæ volumus hac enim laborat
Reditus ad domus: voluntas quidem mea non deficit.

ORE. An tyrannum interficere possemus?

IPH. Periculosum *est* hoc, *quod* dixisti, hospites ab advenis interimi.

ORE. Verum si hoc fuerit saluti mihi et tibi, periclitandum.

IPH. Non possem ego, promptitudinem vero tuam laudo.

ORE. Quid vero, si occultes me clam in hoc templo?

IPH. Ut *nimirum* tenebras nacti evadamus incolumes?

ORE. Furum enim *est* nox, veritatis vero lux.

IPH. Sunt intus sacri custodes, quos non fallemus.

ORE. Hei mihi, periimus! Quomodo *igitur* servabimur?

IPH. Videor mihi habere quoddam novum inventum.

ORE. Quodnam? *mihi tuam* opinionem communices, ut et ego sciam.
IPH. Utar tuo infortunio ad fallendum.
ORE. Mulieres certe *sunt* ingeniosæ ad excogitandas technas.
IPH. Dicam te venisse matricidam ex Argo.
ORE. Utere meis malis, si lucrifactura es.
IPH. Quod non fas sit sacrificare deæ dicam——
ORE. Quam causam prætendens? suspicor enim aliquid.
IPH. Non purum existentem, purum vero dabo neci—
ORE. Quomodo vero *sic* Deæ statua magis capietur?
IPH. Maris te fontibus lustrare volo.
ORE. Adhuc intus est statua, propter quam huc venimus?
IPH. Illud etiam lavare, te quasi contrectante, dicam.
ORE. Ubinam maris? ubi humidum fragmentum?
IPH. *Ibi* ubi navis tua stat ligata lineis vinculis.
ORE. An vero tecum aliquis alius manibus gestabit statuam?
IPH. Ego: quia mihi soli licet attingere.
ORE. Pylades vero in quo loco hujus laboris a nobis ponetur?
IPH. Dicetur eodem, quo tu, manuum piaculo pollutus esse.
ORE. Faciesne hæc clam, an sciente rege?
IPH. Persuaso verbis; non enim possem eum latere.
ORE. Atqui bene instructum remigium navis adest.
IPH. Reliqua vero tu curabis ut recte fiant.
ORE. Una te adhuc opus est, ut istæ hæc occultent.
Quamobrem obsecra eas et sermones persuadentes
Excogita: habet enim vim ad commiserationem mulier.
Reliqua vero, ut spero, bene succedent.
IPH. O charissimæ mulieres, ad vos respicio,
Meæ enim res penes vos sitæ sunt ut vel bene se habeant,
Vel nihil sint, et priver patria
Et fratre charo, et cognato charissimo.
Atqui hoc quidem primum initium sermonis:
*Nos* mulieres sumus, genus addictum amori mutuo,
Et ad communes res servandas fidissimæ.
Tacere nobiscum, et adjuvate nostram
*Hanc* fugam: egregia res est lingua, cui fides adest.
Videte autem, quomodo tres charissimos una fortuna,
Aut reditus in patriam, aut mors complectitur.
Ego enim servata, ut tu quoque particeps sis *nostræ* fortunæ,
Salvam te reducam in Græciam. Quare te per dextram
Et te, et te, te vero precor per charas genas
Et genua, et per ea quæ charissima domi *sunt*,
Per matrem et patrem et liberos, si quibus sunt.
Quid dicitis? quis vestrum affirmat? aut quis non vult,

Eloquimini, hæc? non approbantibus enim vobis ea, quæ dixi,
Perii et ego et miser frater.
CHO. Sis bono animo, chara domina, et cura tantum ut serveris:
Quantum enim ad nos pertinet, omnia tacebimus,
Sciat magnus Jupiter, omnia de quibus mandasti.
IPH. Bene sit vobis propter hunc sermonem et felices sitis!
Tuum jam erit munus, ac tuum, ingredi in domum:
Quia statim rex hujus terræ veniet,
Sacrificium exploraturus, an factum sit, hospitum.
O veneranda, quæ me in Aulidis sinu
Sæva liberasti a patris interfectrice manu,
Serva me nunc etiam, et istos: aut Apollinis
Non amplius hominibus propter te *erit* verum os.
Verum propitia exeas hac barbara terra
Ad Athenas: non enim decet te hic
Habitare, cum liceat tibi urbem incolere beatam.
CHO. O Avis, quæ circa saxeos (*str.* 1.)
Ponti scopulos, Halcyon,
Næniam unice canis,
Generosam apud prudentes vocem,
Quia maritum semper resonantibus luges cantibus,
Ego tibi admisceo
Luctus, ales sine alis,
Desiderans Græcorum cœtus,
Desiderans Dianam Lucinam,
Quæ habitat ad Cynthium tumulum
Juxta Palmam habentem comas delicatas
Et Laurum ramosam et
Sacrum germen cæruleæ ole-
æ, Latonæ partum dilectum,
Et lacum volventem aquam
Cygneam, ubi canorus Cygnus
Colit Musas.
O lachrymarum stillæ multæ, (*ant.* 1.)
Quas genas in meas
Ceciderunt, quando turribus
Eversis, inscendi naves
Remigio hostium et hastis!
Et per venditionem magno auri pretio factam
Veni in hanc terram barbaram,
Ubi cervorum-interfectricis
Deæ *Dianæ*, ministræ virgini
Agamemnonis filiæ servio,
Arisque non oves mactantibus,
Præoptans ærumnam perpe-

tuo miseram: in neces-
sitate enim non laborat qui cum ea nutritus est.
Mutationem patitur felicitas:
Post enim res secundas infortunium
Vitam duram facit hominibus.
Te vero, O Domina, Argiva (*str.* 2.)
Navis quinquaginta-remis-acta vehet domum:
Modulans vero cera-compacta
Fistula montani Panis
Adhortabitur sono remos,
Et Phæbus vates, ciens
Strepitum septem-fidibus-canoræ lyræ,
Canens ducet te locupletem
Atheniensium usque in terram.
Me vero hic reli-
cta, fereris impetuosis remis:
Ventis autem fausta rudentes ad pup-
pim et super rostrum extendent carbasa
Navis celeriter-euntis.
Utinam venirem *in* splendidum circum, (*ant.* 2.)
Qua solis ardens ignis iter facit:
Super autem domesticos thalamos
Alas super terga mea
Desinerem agitare!
Et starem *in* choris, ubi etiam
Virgo laudem adepta sum in festo nuptiali,
Ad pedem charæ flectens
Matris æqualium thiasos,
Crines ad molle opulentumque
Certamen concitans, variegatas sto-
las et cincinnos circumfundens
Genis adumbravi!

TH. Ubinam est custos harum ædium, mulier
Græca? an vero hospitum cædem auspicata est?
Num in castis adytis corpora ardent igni?

CHO. Hæc est, quæ tibi, Rex, cuncta clare dicet.

TH. (Ah) cur hanc transfers ex non movendis sedibus,
Agamemnonis filia, Deæ statuam brachiis?

IPH. O rex, ibi siste tuum pedem in Porticu.

TH. Quid vero novi est, Iphigenia, in domo?

IPH. Rejicio: religiose enim vocem hanc edo.

TH. Quid dicis insolentis proœmii? eloquere clare.

IPH. Non mundas has hostias, Rex, mihi venati estis.

TH. Quid te hoc docuit? aut opinionem dicis?

IPH. Statua deæ a sua sede retro se vertit.

TH. Ultrone, an vertit eam terræ motus?

...usit oculorum aspectum.
...causa? an pollutio hospitum?
...usa? et nulla alia: atrocia enim fecerunt.
...m barbarum interfecerunt in littore?
...huc domestica cæde polluti.
...n desiderium enim sciendi incidimus.
...erunt matrem communi ense.
...llo, ne inter barbaros quidem quisquam hoc ausus fuisset.
...lsi sunt ex Græcia omnibus persequentibus eos.
...n igitur propterea portas statuam foras?
Sub sanctum æetherem, ut amoveam a contagione cædis.
Quomodo vero deprehendisti piaculum hospitum?
Deprehendi, postquam deæ statua retroversa est.
TH. Sapientem te nutrivit Græcia, quod *rem tam* bene senseris.
IPH. Et nunc animum meum deliniverunt illecebra suavi.
TH. Nunciantes aliquid suave ex Argis?
IPH. Orestem meum fratrem unicum bene valere.
TH. Videlicet ut eos servares propter voluntatem grati nuncii?
IPH. Et patrem meum vivere, et bene valere.
TH. Tu vero ad Deæ cultum merito inclinasti.
IPH. Ut quæ oderim universam Græciam, quæ me perdidit.
TH. Quid igitur faciemus de duobus hospitibus? dic.
IPH. Oportet nos colere legem propositam.
TH. Nonne ergo sunt in opere lavacra et ensis tuus?
IPH. Prius volo eos lavare purificatione religiosa.
TH. Utrum aquis fontanis, an marino rore?
IPH. Mare abluit omnium hominum mala.
TH. Sanctius certe Deæ cadent.
IPH. Et res meæ sic rectius habebunt.
TH. Nonne ergo ad ipsum templum fluctus alliditur.
IPH. Est opus solitudine; nam et alia faciemus.
TH. Ducito, quo vis. Haud *enim* cupio arcana videre.
IPH. Purificanda est mihi et Deæ statua.
TH. Siquidem macula matricidarum polluit eam.
IPH. Nunquam enim *alias* eam sustulissem ex sua sede.
TH. Laudabilis est Pietas, et Diligentia illa tua.
Adeo ut jure optimo te tota miratur civitas.
IPH. Scis quæ mihi nunc fieri debent? TH. Tuum *est* hoc significare.
IPH. Addas vincula hospitibus. TH. Quonam tibi effugiant?
IPH. Fidem Græcia nullam novit. TH. Ite ad vincula petenda, ministri.
IPH. Educant autem hoc hospites— TH. Fiet hoc.
IPH. Capita tegentes peplis— TH. Solis adversus flammas?

IPH. Adde etiam mihi comites de tuis satellitibus. TH. Hi te comitabuntur.

IPH. Et mitte civitati aliquos qui illi significent. TH. Quasnam res?

IPH. Ut omnes maneant domi. TH. Ne occurrant homicidio?

IPH. Hæc enim sunt abominanda. TH. Vade tu, et edicito—

IPH. Ne quis in conspectum accedat. TH. Recte curas urbem.

IPH. Et amicorum nullus præcipue. TH. Tu de me hoc dixisti.

IPH. Tu vero manens hic ante templum, Deæ. TH. Quid faciam?

IPH. Tæda templum lustra. TH. Purum ut redeas?

IPH. Cum autem egredientur hospites— TH. Quid *tunc* oportet me facere?

IPH. Tegere oculos peplo. TH. Ne contraham contagium cædis?

IPH. Si autem videar diutius cunctari— TH. Modus hujus rei quis erit mihi?

IPH. Nihil mireris. TH. Deæ *sacra* per otium recte perage.

IPH. Utinam autem hæc expiatio cadat, ut cupio! TH. Et ego idem precor.

IPH. Hos hospites jam video ex ædibus egredi
Et ornatum deæ et agnos tenellos, ut cæde cædem
Eluam abominandam, et fulgorem lucernarum et reliqua, quæ
Ego proposui ad purificationem hospitum et deæ pertinentia.
Edico autem civibus ut ab hoc piaculo procul absistant,
Si quis aut templi custos habet manus puras deorum causa,
Aut vadit contracturus nuptias, aut quæ partu gravatur,
Fugite, recedite, ne cui hoc piaculum accidat.
O Jovis et Latonæ filia Regina virgo, si abluero cædem
Horum et sacrificavero, ubi oportet, habitabis puram domum,
Et nos erimus beati. Reliqua vero quamvis non dicam, tamen
Diis qui plura norunt, et tibi significo, O Dea.

CHO. Præstanti indole *est* Latonæ proles, (*strophe.*)
Quem olim Deliacæ *terræ* in fertilibus
Vallibus *postquam peperisset, nempe* auricomum
Phœbum citharæ peritum, et *Dianam,* quæ propter
Jaculandi peritiam exultat—
Age illos a scopulo marino,
Puerpurii locum inclytum relinquens,

Non stillantium mater aquarum,
Ad bacchans Diony-
so Parnasium cacumen,
Ubi maculosum tergum habens rubra facie draco
*Sub* opaca æreus frondosa lauro,
Telluris immane monstrum, custodi *
* * oraculum terrestre.
Adhuc ipsum adhuc infans, adhuc charæ
In matris ulnis saliens
Interfecisti, O Phœbe, ora-
cula vero iniisti divina,
Tripodeque in aureo
Sedes, in veridico throno,
Oracula mortalibus (edens)
Divinis regens adytis super,
Castaliæ fluenta vicinus, mediam
Tenens terræ domum.
Themin vero postquam invadens Terræ (*ant.*)
Filiam Apollo ejecerat ex divinis
Oraculis nocturna
Terra peperit spectra somniorum,
Quæ multis mortalium, et præter-
ita et præsentia, et quæcunque sunt futura,
Per somnum in obscuræ terræ
Cubiculis dicebant. Terra autem
Oraculorum privavit hono-
re Phœbum ex ira ob filiam:
Celerique pede in Olympum contendens Rex
Manum puerilem extendebat ad Jovis thronum
Pythiis ex templis terrestrem ut auferret
Deæ *Telluris* iram nocturnaque responsa.
Risit autem *Jupiter*, quod filius statim *ad se* venisset
Opulentos cupiens obtinere cultus.
Postquam autem concussit comam,
Fecitque cessare nocturna somnia,
Et imposturam
Nocturnam exemit hominibus,
Et honores iterum
Dedit Phœbo, in celebri autem,
*Et* hospitum frequentia claro solio fiduciam hominibus
Oraculorum carminibus.

NUN. O æditui, et ararum præsides,
Quo abiit rex hujus terræ Thoas?
Vocate, aperientes portas firmas,
Extra hanc aulam dominum terræ.

CHO. Quid vero est? num oportet me non jussam loqui?

NUN. Abierunt evanidi duo adolescentes,
Consilio filiæ Agamemnonis
Fugientes ex hac terra, et venerandam statuam
Accipientes in sinu navis Græcæ.
CHO. Dicis rem incredibilem: quem autem videre cupis
Regem *hujus* terræ, jam ex templo abiit.
NUN. Quo? oportet enim eum scire quæ *nunc* fiunt.
CHO. Nescimus: quare abi, et persequere ipsum eo,
Ubi cum eum nactus fueris, nuncies ei ista verba.
NUN. Videte, quam perfidiosum sit genus muliebre,
Et vos estis participes horum facinorum.
CHO. Insanis: quid enim nobis negotii est cum fuga hospitum?
Non ibis ad portam regis quam celerrime?
NUN. Non, priusquam satelles aliquis dixerit hoc verbum,
Intusne sit, an non, princeps *hujus* terræ.
Heus aperite fores, vobis dico qui intus estis,
Et Regi dicite, quod ad fores
Adsim, nuncians novorum onus malorum.
TH. Quis circa domum hanc deæ excitat clamorem,
Fores pulsans, et terrorem mittens intro?
NUN. Hæ mentitæ sunt, et abegerunt me a domo
Quod extra esses: tu tamen eras intus in domo.
TH. Quod lucrum expectantes, aut *quid* venantes?
NUN. Postea dicam, quæ ad has pertinent: quæ vero ante pedes
Jam sunt audi: puella, quæ hic
Aris astabat, Iphigenia extra hanc terram
Cum hospitibus abiit, venerandam deæ
Statuam habens; simulatæ enim erant illæ expiationes.
TH. Quid ais? Qua rerum aura impulsa?
NUN. Ut servaret Oresten: hoc enim tu miraberis.
TH. Quem? Num illum Tyndaridis filium?
NUN. Illum, quem consecraverat deæ ad hanc aram.
TH. O portentum! quomodo recte minore nomine te compellem.
NUN. Ne huc vertas tuam mentem, sed audi me,
Et clare considerans, et audiens cogita,
Qui modus persequendi venetur hospites.
TH. Dic; nam recte mones: non enim per vicinum mare
Fugiunt, ut possint effugere meam classem.
NUN. Postquam venimus ad littus marinum,
Ubi navis Orestis latens erat appulsa,
Nobis quidem, quos tu cum *ista* misisti vincula hospitum
Tenentes, nutu significavit, ut recederemus procul
Agamemnonis filia, tanquam arcanum ignem
Sacrificatura et purificationem, ad quam ibat.

Ipsa vero retro vincula tenens hospitum
Ibat manibus: et hæc erant quidem *nobis* suspecta,
Satisfaciebat tamen tuis ministris, O Rex.
Tandem vero, (ut nobis aliquid majus scilicet videretur agere,)
Ululavit, et cantavit barbara
Carmina magos imitans, quasi cædem jam *expiaret*.
Posteaquam autem diu sedimus,
Venit nobis in mentem, ne soluti hospites
Interficerent eam et effugerent.
Metu tamen ne videremus ea, quæ non oportebat, sedimus
Tacite, tandem vero omnibus eadem fuit sententia,
Ire eo, ubi illi essent, etiamsi *nobis hoc* non concederetur.
Ibi vero vidimus Græcæ navis scapham
Et nautas quinquaginta qui remos in scalmis
Remigium palmulis bene aptatis alatum,
Tenebant, et a vinculis adolescentes
*Vidimus* liberos ad puppim navis stantes.
Contis vero alii proram regebant, alii vero ad epotidas
Anchoram suspendebant, alii autem scalas
Properantes adducebant in manibus, et a puppi
Concedente mari hospitibus demiserunt.
Nos vero non parcentes *nobis*, quum vidimus
Dolosas artes, hospitæ manum injecimus,
Rudentibusque, et a gubernaculo,
Habenas auferre voluimus navis bonam puppim habentis,
Sermonesque ibant: quare mare trajicitis,
Surreptas absportantes ex *hac* terra statuas, et sacerdotes?
Cujus filius quis existens tu e terra avehis?
Ille respondit, Orestes hujus frater, ut scias,
Filius Agamemnonis, meam avebo
Sororem nactus, quam amiseram ex ædibus.
Verum nihilominus retinebamus hospitam,
Et per vim ipsos cogere conabamur, ut *nos* ad te sequeretur:
Unde sævæ plagæ erant genarum.
Illi enim ferrum non habebant *in* manibus,
Neque nos: sed pugnis cum strepitu res gerebatur,
Et lacerti ab utroque juvene simul
In latera *nostra*, et in hepar injecti ferebantur,
Ita ut velociter procurrerent et salva recurrerent membra.
Nos autem malis notis signati
Fugimus in locum arduum, alii quidem in capite
Habentes cruenta vulnera, alii vero in oculis:
In collibus vero stantes, cautius

Pugnabamus, ut saxa jaciebamus.
Verum arcebant nos sagittarii, in puppi
Stantes, telis, ut pedem referremus procul.
Tunc autem, (magnus enim fluctus impulerat navem
Ad terram, timor autem fuit, ne demergeretur,)
Sublatam Orestes in sinistrum humerum,
Progressus in mare et per scalas saliens,
Collocavit sororem in navi bona transtra habenti,
Tunc autem quæ de cœlo cecidit, Jovis filiæ
Statuam, exque media nave venit
Vox quædam: O terræ Græcæ nautæ navis,
Prehendite remis fluctusque albos facite:
Habemus enim hæc, propter quæ Euxinum pontum
Intra Symplegades navigavimus.
Illi vero frementes dulcem gemitum
Percusserunt mare: navis autem, quamdiu erat in
Portu, procedebat, transiens vero ostium,
Repellebatur incidens in vehementem æstum:
Vehemens enim ventus subito ortus navis
Pellebat retro rudentes: hi vero sustinebant impetum,
Repugnantes contra fluctum: rursum autem ad terram
Fluctus refluus impulit navim. Stans autem
Agamemnonis filia cœpit precari: O Latonæ filia,
Serva me, tuam sacrificulam, in Græciam
Ex terra barbara, et ignosce me furto.
Amas enim et tuum fratrem, O Dea;
Et me quoque consanguineos amare puta.
Nautæ vero puellæ precibus acclamarunt faustum
Pæana, nudas ab humeris manus
Adplicantes ad remos adhibito celeusmate.
Magis autem atque magis ibat navis versus scopulum:
Et alius quidem in mare pedum saltu ruit,
Alius vero tortas religabat ansas funium.
Ego vero statim huc abii,
Ut tibi, rex, significem quomodo illic se res habeant.
Quamobrem vade, vinculis laqueisque manu sumtis:
Nisi enim mare fiat placidum,
Nulla spes salutis est hospitibus.
Rex enim maris curamque gerit Ilii
Venerandus Neptunus, hostisque est Pelopidarum.
Et nunc tradet Agamemnonis filium
Tibi, et *tuis* civibus, ut verisimile est, in manus,
Ut capias et sororem, quæ cædem *in* Aulide
Oblitam prodens a Dea deprehenditur.

CHO. O misera, Iphigenia, una cum fratre
Morieris, iterum rediens in manus dominorum.

TH. O cuncti cives hujus barbaricæ terræ,
Eia, nonne equis injicientes frena,
Ad littus curretis, et ejectiones navis
Græcæ excipietis, et adjuvante dea
Festinantes, capietis impios viros?
Alii vero trahetis in mare naves celeres?
Ut a mari et a terra equitationibus
Captos ipsos, aut *de* aspera rupe
Præcipites demus, aut palis figamus corpora.
Vos autem horum consiliorum conscias
Mulieres, postea, quum otium nactus fuero,
Puniam: nunc enim in præsentium *rerum*
Studium intenti, non manebimus quieti.

MIN. Quonam, quo manum hanc *fugientes* insequentem ducis,
O Rex
Thoas? Audi hæc Minervæ verba.
Desine persequi, et impetum excitare exercitus:
Fatalibus enim oraculis Apollinis
Huc venit Orestes, iram Erinnyum
Fugiens et sororem Argos reducturus,
Statuamque sacram in meam laturus terram,
A præsentibus calamitatibus respirationes.
Et hæc quidem ad te nostra *est* oratio: quem vero occidere
Decrevisti Orestem, marinis interceptum procellis, illi
Jam in meam gratiam Neptunus tranquillum
Maris facit dorsum transmittens eum navi.
Tu vero, Orestes, audiens mea mandata,—
Audis enim vocem, licet præsens non adsis, Deæ—
Vade accepta statua, et tua sorore.
Et cum veneris Athenas divinitus conditas,
Est quidem ager in extremis Atticæ
Finibus, vicinus jugo Carystio,
Sacer, meus populus eum vocat *Alas:*
Illic extructo templo, colloca statuam,
Cognominem Tauricæ *Dianæ*, et tuorum laborum,
Quos tulisti oberrans per Græciam
Stimulis Erinnyum. Dianam vero ipsam homines
Posthac ut Tauricam Deam canent.
Et hanc legem pone: quando populus celebravit festum
Tuæ a cæde liberationis, admoveat ensem
Ad *alicujus* viri cervicem, et sanguinem emittat
Religionis causa, et Deæ ut honores habeat.
Te vero, O Iphigenia, ad sacras rupes
Brauronias oportet esse æditaum hujus deæ:
Ubi enim sepelieris mortua, et peplorum

Monumenta tibi ponent texta pulchro stamine,
Quæ mulieres in partu animam agentes
Reliquerint in ædibus. Has autem ut educas ex *hac* terra
Mulieres Græcas *tibi* mando
Ob probitatem earum, quandoquidem te servavi
Etiam prius in Martio pago paria suffragia
*Vincere* statuens, O Orestes, et eadem lege,
Ut vincat, quisquis paria suffragia habuerit.
Quamobrem educ tuam sororem e terra,
O fili Agamemnonis, et tu ne irascaris, Thoas.

TH. Regina Minerva, deorum præceptis
Quisquis *ea* audiens, non paret, is non recte sentit.
Ego igitur Oresti, etsi auferens statuam deæ
Abiit, et *ejus* sorori, non irascor: quid enim
Adversus potentes Deos certare decet?
Eant cum statua deæ in tuam
Terram, et feliciter statuam *ibi* collocent.
Mittam vero et has in Græciam beatam
Mulieres, quemadmodum mandat tua vox,
Et retinebo exercitum, quem eram missurus contra hospites,
Et navium remos, hæc quemadmodum tibi, O Dea, placent.

MIN. Laudo: nam et te, et Deos fatum vincit.
Ite, O auræ, navi-ducite Agamemnonis
Filium Athenas: comitabor autem *ipsos* et ego,
Servans meæ sororis venerandam statuam.

CHO. Ite feliciter, propter servatam
Fortunam beati—
At, O veneranda, et inter immortales
Et inter mortales, Pallas Minerva,
Faciemus ita, ut tu jubes:
Admodum enim jucundum et insperatum
Nuncium auribus accepi.
(O valde veneranda Victoria, meam
Vitam *semper* occupes,
Nec *unquam* desinas *eam* coronare.)

# EURIPIDIS

## RHESUS.

## DRAMATIS PERSONÆ.

CHORUS VIGILUM TROJANORUM.

HECTOR.

ÆNEAS.

DOLON.

NUNCIUS.

RHESUS.

ULYSSES.

DIOMEDES.

MINERVA.

PARIS.

MUSA.

RHESI AURIGA.

# EURIPIDIS

## RHESUS.

CHO. VADE ad cubile Hectoreum
Aliquis vigil subditorum regis
Si forte ab armatis exceperit novorum
Nuntium sermonum,
Qui quadriparitam noctis vigiliam
Pro toto exercitu excubant.
Erige caput, cubito innitens:
Solve truces palpebras:
Relinque lectos humiles, ex-foliis-substratis-factos,
Hector: tempus enim *est* audire.
HEC. Quisnam hic? Certe amica est vox, quisnam Vir?
Quid tessera est? effare:
Quisnam per noctem ad nostra
Cubilia appropinquant? dicendum est.
CHO. Vigiles exercitus. HEC. Quid accedis tam turbulenter?
CHO. Bono sis animo. HEC. Sum bono animo.
Num quis dolus nocturnus? CHO. Nondum.
HEC. Quid ergo tu, custodiis jam desertis,
Turbas exercitum, nisi habes aliquem
Noctis nuncium? non scis exercitum
Prope Argivum nocturnum nos
Cubile habere in armis?
CHO. Arma sociam manum, Hector, (*strophe.*)
Vade ad cubilia eorum,
Hortare ut hastam tollant, excita a somno:
Mitte amicos, ut eant ad tuam cohortem:
Aptet frenis equos.
Quis vadit ad Panthoiden, aut *ad*
Ducem Lyciorum, qui ex Europa natus est?
Ubi sunt Duces graviter-armatorum?
Ubi sunt tribuni peditum levis armaturæ,

Sagittariique Phrygum?
Jungite corneos arcus nervis.
HEC. Partim quidem nuncias terribilia auditu,
Partim vero animam addis, nihil tamen clare:
Sed Saturnii Panis tremulo
Flagello agitaris, et excubiis desertis,
Perturbas exercitum: quid trepidas? quid te dicam
Novi nunciare? multa enim cum dixeris,
Nihil tamen clare demonstrasti.
CHO. Ignes accendit exercitus Argivus, Hector, (*ant.*)
Per totam noctem,
Et navium stationes facibus ardentibus collucent.
Et totus exercitus accessit ad Agamemnonis
Tabernaculum noctu cum tumultu,
Novum aliquid mandatum habentes.
Nunquam enim antea sic trepidavit
Nauticus exercitus.
Tibi autem, id quod est futurum formidans,
Veni nuncius, ne
Unquam aliquam accusationem in me dicas.
HEC. Opportune venisti, quanquam terrorem nuncians:
Viri enim isti ex hac terra nocturno remo,
Latentes meum oculum, aggredi fugam
Statuerunt: blanditur *autem* mihi nocturna ignium incensio.
O Deus, qui me victoriis florentem fraudasti
Præda leonem, priusquam Græcorum exercitum
Funditus totum hac consumerem hasta.
Si enim lucidi non condidissent se solis
Radii, non cohibuissem felicem pugnam,
Priusquam naves incendissem, et cucurrissem per tabernacula,
Interficiens Græcos hac sanguinaria manu.
Ego quidem eram promptus pugnare
Etiam noctu, et uti secundo cursu fortunæ:
Verum sapientes me et divina scientes
Vates persuaserunt expectare lumen diei,
Et deinde neminem Græcorum in terra relinquere.
Isti vero non expectant meorum vatum
Consilia: noctu fugitivus multum valet.
Quare quamprimum oportet indicere exercitui,
Ut parata sumant arma, et cessent a somno,
Ut quisque ipsorum *hostium* in navem insiliens,
*In* tergo vulneratus madefaciat scalas sanguine,
Alii vero in laqueis vincti *et* capti,
Phrygum agros discant arare.

CHO. Hector, properas, priusquam scias quid agatur:
An enim viri *Græci* fugiant, non liquide scimus.
HEC. Quænam enim fuerit causa, cur Græcorum exercitus ignes accendat *noctu?*
CHO. Nescio: meo tamen animo *res hæc* est valde suspecta.
HEC. Omnia te metuere scias, si hoc times.
CHO. Nondum antea hostes succenderunt tantum ignem.
HEC. Etiam nunquam ante tam turpiter prælio fusi ceciderunt.
CHO. Tu *bene* hæc fecisti: etiam reliqua bene dispice.
HEC. Simplex *est* oratio adversus hostes, armare exercitum.
CHO. Atqui hic Æneas valde magna festinatione pedis
Venit, novam aliquam rem habens, quam amicis nunciet.
ÆN. Hector, quare nocturni per exercitum
Vigiles, ad omnia cubilia profecti terrore
Delira loquuntur, et turbatus est exercitus?
HEC. Ænea, munias armis tuum corpus.
ÆN. Quid vero est? numquis ab hostibus nunciatur
Dolus occultus strui per noctem?
HEC. Fugiunt Græci, et conscendunt naves.
ÆN. Quod hujus rei dicere potes certum signum?
HEC. Succendunt per totam noctem faces ignes:
Et mihi videntur non esse mansuri in crastinum,
Sed, incensis ignibus in bene transtratis navibus,
Fuga domum ab hac terra discessuri.
ÆN. Tu vero quid facturus ob hæc armas exercitum?
HEC. Ipsos fugientes et salientes in naves
Hasta retinebo, et instabo *illis* gravis:
Turpe enim nobis et præter turpitudinem damnosum *erit*,
Deo concedente, hostes absque pugna
Dimittere fugientes, qui *nos* affecerunt multis malis.
ÆN. Utinam esses tam sapiens, quam es manu promptus!
Verum non *unus*, et idem mortalium omnia scire
Natura potest: alii enim aliud attributum est munus,
Tibi quidem pugnare, aliis vero consulere recte.
Qui audiens ignis faces animo elatus es
Accendere Græcos, et exercitum vis educere,
Transiens fossas in media nocte.
Atqui transiens cavam profunditatem fossarum,
Si non invenias hostes ex terra
Fugientes, sed in tuam hastam respicientes,
Victus quidem, *cave* ne non poteris *redire* in hanc urbem—
Quomodo enim transibit exercitus in fuga palos?
Et quomodo per pontes transibunt curruum rectores,
Nisi frangentes rotarum modiolos?
Vincens vero, paratum adversarium habes Pelei filium,
Qui non sinet te injicere ignem navibus,

Neque sic, ut tu putas, Græcos ad libitum vastare.
Ardens enim vir *est*, et robore superbus.
Quamobrem exercitum quidem quietum juxta clypeos *et arma*,
Dormire sinamus a laboribus bellicis,
Exploratorem vero ad hostes, quicunque velit *ire*,
Mittendum censeo: et si parent fugam,
Euntes irruamus in Argivorum exercitum.
Si vero in dolum aliquem ducunt hi ignes accensi,
Cognitis hostium insidiis *ex* exploratore,
Consultabimus: hæc est, O Rex, mea sententia.

CHO. Hæc *mihi* quoque placent, hæc mutata sententia perpende. (*strophe.*)
Lubrica enim ducum imperia non amo.
Quid enim melius *est*, quam
Velocem cursorem ire naves
Prope, qui exploret, quid demum ab hostibus.
Ignes ante Navium stationes accendantur.

HEC. Vincitis, quandoquidem omnibus hæc placent.
Discedens igitur compone socios: forsan enim exercitus
Moveri posset, auditis nocturnis concionibus.
Ego vero mittam exploratorem hostium.
Et si quos hostium dolos audiverimus,
Omnia audies, et præsens rationem scies:
Si vero abeant in fugam ruentes,
Tubæ clangorem hauriens expecta,
Tanquam non mansuro me: sed accedam ad navium
Stationes hac nocte ad Argivum exercitum.

ÆN. Mitte quamprimum: nunc enim prudenter sentis.
Tecum vero videbis me fortiter agentem, quum opus fuerit.

HEC. Quisnam igitur Trojanorum, qui adsunt huic cohorti,
Vult explorator ad naves Græcorum ire?
Quisquam de hac regione bene mereri cupit?
Quis pollicetur? non enim ego omnia potero
Patriæ urbi et sociis opitulari.

DOL. Ego pro patria hoc periculum volo
Subiens speculator ad naves Græcorum ire,
Et omnibus Græcorum cognitis consiliis,
Redibo; hac autem conditione hunc laborem in me recipio.

HEC. Habes valde conveniens nomen rei, et es amator patriæ
Dolon: patris vero domum et prius nobilem
Nunc reddidisti nobiliorem duplici gloria.

DOL. Nempe laborare me convenit, sed laborantem idoneum
Mercedem auferre. Additum enim omni
Negotio lucrum voluptatem parit duplicem.

HEC. Sane, et hæc æqua *sunt*, nec aliter dico.
Statue igitur mercedem, præter meum regnum.
DOL. Non desidero tuum populosum regnum.
HEC. Tu vero jam ducens uxorem Priamidarum affinis fias.
DOL. Nolo cum me potentioribus nuptias contrahere.
HEC. Aurum adest, si hoc præmium petis.
DOL. At *nobis etiam* est in ædibus: victus penuria non laboramus.
HEC. Quid igitur cupis *earum rerum*, quas Ilium possidet?
DOL. Cum tu viceris Græcos, promitte mihi dona.
HEC. Dabo; tu vero pete, præter duces navium.
DOL. Interfice, non postulo ut abstineas manus a Menelao.
HEC. Non Oilei filium postulas a me accipere.
DOL. Inutiles *sunt* ad agros colendos molliter educatæ manus.
HEC. Quem igitur Græcorum viventem pretio liberare cupis?
DOL. Atqui antea dixi: domi aurum adest.
HEC. Atqui ex spoliis præsens ipse eliges *quæ vis*.
DOL. Spolia suspende diis ad templa.
HEC. Quod igitur majus a me petis munus?
DOL. Equos Achillis: decet enim me pro digna mercede laborare,
Vitam *incertæ* aleæ Fortunæ objicientem.
HEC. Atqui tu quoque eosdem, quos ego cupio, cupis equos:
Ex immortalibus enim immortales nati
Ferunt Pelei bellicosum filium.
Tradidit autem hos equorum domitor Rex
Marinus Neptunus Peleo, ut dicunt.
Sed non te spe delectans fallam: dabo igitur tibi
Pulcherrimam domi possessionem, Achillis currum.
DOL. Laudo: et accipiens aio pulcherrimum inter Phryges
Donum me meæ fortitudinis *causa* accepisse.
Te vero non invidere oportet: infinita alia tibi sunt,
Quibus delectaberis, dominans huic regioni.
CHO. Magnum *est* periculum: magnaque consequi cupis. (*ant.*)
His potitus profecto beatus eris:
Gloriosus est hic labor.
Magnum quoque *est*, affinem esse principum.
Hæc divina spectet Justitia,
Quod enim ad humana attinet, tibi videntur esse perfecta.
DOL. Abibo *igitur:* profectus vero ad *mearum* ædium lares
Ornatu meum corpus convenienter amiciam,
Inde vero pedem ad naves Argivorum immittam.
CHO. Dic si habebis aliam vestem pro hac?
DOL. Convenientem huic negotio et insidiatorio itineri.
CHO. A sapiente vero decet aliquam sapientiam discere:
Dicas, quod erit tegmen tui corporis?

DOL. Alligabo lupinam pellem circum dorsum,
Et rictum feræ circa meum caput ponam,
Gressumque manibus anteriorem aptans
Et pedes pedibus, quadrupedem imitabor
Lupi incessum, hostibus difficilem inventu,
Appropinquans ad fossam, et navium propugnacula.
Quum vero desertum in locum intrabo pedibus,
Bipes incedam: sic *meus* compositus est dolus.
CHO. Feliciter igitur te Maiæ filius illuc et rursus *hæc*
Deducat Mercurius, qui *est* impostorum rex.
Habes rationem operis, oportet tantum te secunda uti fortuna.
DOL. Salvus revertar et interfecto Ulysse
*Ejus* caput tibi feram—certum autem signum habens
Dices, Dolonem ad naves Græcorum ivisse—
Aut filio Tydei: et non incruenta manu
Redibo domum, priusquam lumen terram adveniat.
CHO. Thymbræe et Delie et Lyciæ (*str.* 1.)
Templum occupans,
Apollo, O divinum caput, venias Ar-
citenens, veni jam nocturnus
Dux, salutifer
*Huic* viro itineris
Et sis et opitulare Dardanidis,
O omnipotens, O qui Trojæ
Antiquos muros ædificasti.
Veniat autem *ad* navalia, et exercitus (*ant.* 1.)
Græcanici speculator
Veniat, et revertatur rursus *ad* Lares
Domus patriæ Iliacæ.
Phthiarum vero equarum in
Currum ascendat,
Domino prius Graium Martem superante,
Quas equas *Æacidæ* marinus
Peleo dedit Deus.
Quia pro laribus et pro patria ausus est solus (*str.* 2.)
Ad stationes navium ire speculator.
*Illum ob* animi fortitudinem suspicio: an *magna* raritas *est*
Bonorum? quum sit
Gubernari difficilis in pelago, et
Fluctuat civitas, est Phrygum aliquis
Est fortis: inest autem audacia
In hastis Mysorum aliquando,
Qui nihili habet fœdus nostrum.
Quem virum ex Achivis iste quadrupedans interfector *Dolon* (*ant.* 2.)

Vulnerabit in tentoriis,
Imitationem quadrupedis impellens super
Humum? utinam Menelaum confodiat,
Peracta vero cæde Agamemnonium caput
Afferat Helenæ in manus,
Luctum inauspicati connubii, qui, de adolescentula,
Qui ad Trojam mille
Navium venit habens exercitum.
PAS. O Rex, talium *rerum* nuncius dominis
Sim *etiam* deinceps, quales *nunc* tibi adfero cognoscendas
HEC. Profecto multa rusticis absurda insunt in animo:
Etenim tu de gregibus dominis utilibus
Videris venire nunciaturus aliquid, ubi non decet.
Nonne scis domum meam, aut sedem patris,
Quibus oportet nunciare te de gregibus bene habentibus?
PAS. Nos pastores sumus inepti: fateor.
Nihilominus tamen affero tibi sermones dignos cura.
HEC. Desine dicere mihi villanas fortunas:
In manibus gerimus prælia et hastas.
PAS. Talia et ego significaturus veni:
Vir enim exercitus numerosi dux
Venit tibi amicus, et belli socius huic terræ.
HEC. Cujus patriæ terræ solum deserens?
PAS. Thraciæ: Strymonis vero vocatur filius.
HEC. Rhesum advenisse narras in Trojanum agrum?
PAS. Scis: levasti autem me sermone duplici.
HEC. Et quomodo ad Idæ saltus iter facit,
Aberrans a lata et plaustraria via?
PAS. Non scio certo: sed tamen conjicere licet.
Haud enim leviculum est exercitum noctu ducere,
Qui audiverit campos hostili manu plenos *esse*.
Terrorem vero rusticis, qui in Idæo monte
Habitamus, terræ larem priscum,
Incussit, noctu incedens *per* saltum plenum-feris.
Magno enim clangore Thracius exercitus fluens
Festinabat: stupore vero nos consternati, egimus
Greges in summitates montium, nequis Græcorum accederet
Prædam abacturus, et tua depopulaturus ovilia,
Priusquam per aurem vocem non Græcam
Accepimus, et tunc destitimus a metu.
Vadens vero in vallem speculatores exercitus
Interrogavi Thracio sermone,
Quis dux et cujus filius vocatus
Pergat ad urbem Trojanis socius?
Et cum omnia audivissem, quæ cupiebam scire

Restiti: ibi vidi Rhesum, veluti deum,
Stantem in Thraciis curribus equestribus.
Aureum autem jugamentum collum jugalium
Equorum claudebat, nive candidiorum.
Pelta vero in humeris aureis figuris
Fulgebat: Gorgo vero, velut in Deæ *Palladis* clypeo,
Ærea, fronti equorum alligata,
Cum multis tintinnabulis sonum edebat.
Multitudinem vero exercitus neque in ratione calculi
Ponere posses, adeo immensa erat visu.
Erant enim multi equites, et multi peltatorum ordines,
Et multi sagittarum jaculatores, et multa turba
Levis armaturæ sequebatur, Thracium vestitum gerens.
Hujusmodi Trojæ socius adest vir,
Quem neque fugiens, neque subsistens hasta,
Pelei filius *Achilles* poterit effugere.

CHO. Quando civibus bene volunt dii,
Fortuna proclivis fertur in bonum.

HEC. Multos, quandoquidem hasta mea rem feliciter gerit
Et Jupiter nobiscum est, inveniam amicos.
Sed nihil ipsis indigemus, qui olim
Non una laborarent, quando violentus Mars
Disscidit vela hujus terræ graviter spirans.
Rhesus vero ostendit, qualis sit Trojæ amicus:
Venit enim ad convivium, cum non adfuerit venatoribus
Capientibus prædam, neque una laborarit hasta.

CHO. Merito culpas et succenses amicis:
Recipe tamen eos, qui volunt juvare civitatem.

HEC. Sufficimus nos, qui Ilium a longo tempore servavimus.

CHO. Putas jam te hostes debellasse?

HEC. Puto; ostendet sequens Dei jubar.

CHO. Vide quid sit futurum: multa invertit Deus.

HEC. Odi sero opitulari amicis.

PAS. O rex, repellere socios, odiosum *est:*
Terrori *enim* erit hostibus conspectus tantum.

CHO. Hic itaque, quia advenit, non quidem belli socius,
Sed hospes, ad mensam veniat hospitum:
Gratia enim ei Priamidum periit.

HEC. Tu recte mones, et tu *quoque* opportune *rem* consideras.
Armatus igitur aureis armis ob sermones nuncii,
Rhesus adsit auxiliator huic terræ.

CHO. Adrastea, Jovis filia, (*str.* 1.)
Avertas a verbis meis invidiam *Deorum:*
Dicam enim jam, quæcunque meo
Animo dicere gratum est.
Ades, O Fluminis fili,

Ades, appropinquasti ad aulam amici
Acceptissimus, quando te tandem
Pieris mater et pulchris pontibus instra-
tus fluvius ducit *huc*
Strymon, qui olim cantatricis (*ant.* 1.)
Musæ per intemeratos
Volutatus specie-aquæ
Sinus tuam procreavit pubertatem.
Tu mihi Jupiter Phanæus
Venis velocibus equis currum agens.
Nunc, O patria O Phrygia,
Favente deo nunc tibi liberatorem
Jovem licebit cantare.
Ergo tandem rursus antiqua (*str.* 2.)
Troja celebrabit toto die propinatorios
Cœtus amorum
Cantilenis et poculorum in orbem redeuntibus
Dextrorsum certaminibus,
Per mare Atridis,
Spartam abeuntibus a littore Iliaco?
O amice, utinam mihi
Tua manu et tua hasta con-
fectis his, domum revertaris!
Veni, appare, auro-micantem (*ant.* 2.)
Peltam Pelidæ objicias ab oculos,
Obliquam elevans
Juxta politum currum, equos turbans
Vibransque hastam duplicem.
Te enim nullus sustinens,
Saltabit unquam in templo Argivæ Junonis:
Sed eum hæc terra
Peremptum Thracio fato
Charissimum onus feret.
Io, io.
Maxime rex, eximium, O Thracia,
Catulum aluisti civitatis principem aspectu.
Vide auro-ornatum corporis munimentum,
Audi etiam strepitus tintinnabulorum crepitantium,
A scuti loris resonantes.
Deus, O Troja, deus ipse Mavors,
Pullus Strymonius cantatricis
Musæ veniens aspirat tibi.
RHE. Salve, bone boni *patris* fili, domine hujus terræ,
Hector: ex longo tandem te tempore alloquor.
Gaudeo autem tibi res secundas esse et *te* assidere
Turribus hostium: et ego simul eversurus

Muros *Græcorum* adsum et incensurus naves.
HEC. O fili canoræ matris, unius ex Musis,
Et Strymonis Thracii fluminis, studeo loqui
Vera semper, nec sum duplex vir.
Jam pridem, jam pridem oportebat te opitulari huic terræ
Advenientem, et non, quantum in te est, ab Argivis
Hostibus Trojam sinere everti armis.
Non enim dicis, quod non vocatus ab amicis
Non veneris, neque opem tuleris, neque curaveris *nos*.
Quis enim præco, aut legatio Phrygum
Profectus *ad te*, non obtestatus est, ut opem ferres civitati?
Quem vero donorum ornatum non misimus *tibi?*
Tu vero cognatus existens et barbarus barbaros
Græcis nos propinasti, quantum in te fuit.
Atqui te ex parvo imperio magnum
Thracum regem feci ego hac dextra,
Quando circa Pangæum *montem* et Pæoniam terram
Fortissimis Thracum irruens fronte adversa,
Rupi hastam, et tibi subactum populum
Tradidi: quorum magnam gratiam tu calcibus repellens,
Amicis laborantibus, sero opitularis.
Qui vero nobis non sunt cognati,
Jam pridem præsentes, alii quidem in aggestis tumulis
Jacent mortui, documentum fidei non exiguum civitati,
Alii vero hic in armis et juxta equestres currus
Frigidos flatus et sitibundum ignem dei
Manent constanter sustinentes, non in lectis convivalibus
Ut tu, propinantes crebros haustus.
Hæc, ut scias Hectorem esse liberum,
Expostulo tecum et dico tibi in os.
RHE. Talis sum et ego, rectam sermonum
Viam secans, nec sum duplex vir.
Ego vero magis, quam tu, absens ab hac terra
Dolore ad hepar iniquo ferens animo cruciabar:
Sed confinis mihi terra, Scythicus populus,
Mihi volenti conficere iter ad Ilium
Intulit bellum: Euxini vero veni
Maris ad littus, traducturus Thracum exercitum.
Ibi cruentus sanguis Scythius in terram *cadens*
Hauriebatur hasta, et Thracia mixta cædes.
Talis calamitas remorata est me, ne *ad* campum
Trojæ proficiscerer bellique socius tibi venirem.
Postquam vero expugnavi *illos*, et accepi obsides horum liberos,

Constituens ut annuum tributum domum mihi ferrent,
Veni trajiciens navibus ponti fauces,
Alios vero terræ fines trajiciens pedes:
Non, ut tu objicis superbe hauriens amystidas,
Neque in aureis ædibus dormiens,
Sed ventos, quales Pontum Thracium
Glaciem-facientes et Pæoniam perflant,
Pervigil sustinui cum his sagis.
Sed sero quidem veni, tamen adhuc satis tempestive:
Tu enim jam decimum pugnas annum
Et nihil efficis, sed diem de die
Frustraris Martis alea ludens adversus Argivos:
Mihi vero lux unica solis sufficiet,
Expugnanti *Græcorum* turres ad irrumpendum in *eorum* navalia
Et ad cædendos Achivos: altero vero *die* ab Ilio
Domum redibo, brevi finitis tuis laboribus.
Nullus vero vestrum clypeum tollet manu:
Ego enim cohibebo valde gloriantes bello
Achivos expugnans, quamvis sero venerim.

CHO. Io, io! grata dicis,
Tu radicitus es amicus: tantum
Summus Jupiter invictam invidiam
A tuis sermonibus velit arcere!
Navale autem lignum ab Argis
Neque prius, neque nunc ullum vi-
rum advexit te præstantiorem.
Quomodo Achilles tuam hastam poterit,
Quomodo etiam Ajax sustinere?
Utinam vero ego hunc diem videam, O rex,
Quo multorum cædibus imbuta
Manu tua in bello fruaris!

RHE. Talia igitur tibi pro longa absentia
Mercedem præstabo: cum bona autem Adrastea venia *hæc* dicam,
Postquam ab hostibus hanc urbem liberam
Fecerimus et diis spolia exemeris,
Tecum in agrum Argivum cum exercitu proficisci volo,
Et profectus totam Græciam armis vastare,
Ut et *ipsi* vicissim malis affligi discant.

EC. Si ab hoc præsenti malo liberatus
Urbem incolerem, ut olim, tutam,
Certe diis haberem valde multam gratiam.
Quod vero ad Argos attinet et regionem Græciæ
Non sic, ut dicis, *eam* armis expugnare facile *est*.

IE. Nonne Græcorum fortissimos dicunt *huc* venisse?

HEC. Non vituperamus *eos*, sed abunde repellimus.
RHE. Igitur istis interfectis, omnia confecimus.
HEC. Ne nunc, quæ procul sunt, considera, omittens quæ sunt in manu,
RHE. Satis esse videtur tibi accipere injurias, non inferre etiam?
HEC. Satis enim magno principatui impero, etiam hic manens.
Verum sive ad sinistrum, sive dextrum cornu,
Sive inter medios socios, licet tibi
Peltam ponere et collocare *tuum* exercitum.
RHE. Solus pugnare cum hostibus, Hector, volo.
Sed si turpe putas non simul incendere navium
Puppes, cum tam longo tempore prius laboraveris,
Colloca me in prima acie adversus Achillem et exercitum.
HEC. Non licet contra illum Martiam hastam attollere.
RHE. Atqui sermo fuit, quod navigarit ad Ilium.
HEC. Navigavit, et adest; sed iratus
Imperatoribus non simul prœliatur.
RHE. Quis vero post eum clarus est in exercitu?
HEC. Ajax mihi quidem nullo inferior videtur,
Et Tydei filius: est autem facundissimum
Crepitaculum Ulysses, et satis ferox animo,
Qui vir affecit contumelia hanc regionem plurima.
Qui in templum Palladis profectus noctu,
Furatus Palladium, ad naves Argivorum tulit.
Deinde etiam circulator, habens vestem mendici,
Ingressus est mœnia; et multa Argivis mala
Precatus est, missus in Ilium explorator,
Interfectis autem custodibus et præsidibus portarum
Egressus est: et semper in insidiis invenitur:
Thymbræum juxta templum prope urbem
Sedens: luctamur autem cum gravi malo.
RHE. Nullus vir fortis vult clam
Interficere hostem, sed vadens in conspectum.
Illum vero, quem tu sedere dicis in sede insidiatoria
Et struere dolos, vivum comprehendens ego,
In exitu portarum transfigens spinam dorsi,
Faciam epulas volucribus vulturibus.
Prædonem enim existentem deorumque templa
Spoliantem, oportet eum hoc fato mori.
HEC. Nunc quidem capite locum castris, nox enim *jam est*.
Monstrabo vero tibi locum, ubi oportet exercitum
Tuum pernoctare, seorsum ab ordinibus.
Tesseram vero nobis esse Phœbus, si quid opus fuerit,
Memento te audiisse, et significa Thracio exercitui.
Vos vero euntes oportet paululum ante ordines
Excubias agere vigilando, et exploratorem navium

Excipere Dolonem: etenim si modo salvus est,
Jam appropinquat castris Trojanis.
CHO. Cujus *jam est* vigilia? quis per vices succedit (*strophe.*)
Mihi? Prima
Jam occidunt signa et septem-gradæ
Pleiades in æthere apparent:
Volat autem Aquila in medio cœli.
Expergiscimini—quid cunctamini?—e lectis
Expergiscimini ad vigiliam.
Non videtis lunæ splendorem?
Aurora jam prope *est*, aurora *jam*
Accedit, et quædam præcurrentium
Stella hic jam adest.
SEM. Cuinam indicta est prima vigilia?
SEM. Corœbo Mygdonis filio dicunt.
SEM. Cui vero post eum?
SEM. Cilices excitavit exercitus Pæonius.
SEM. Mysi vero nos.
SEM. Lycios igitur ad quintam vigiliam
*Nos hinc* digressos excitare
Tempus *est* pro ordine sortis.
SEM. Atqui audio: Simoentis (*ant.*)
Insidens ripas
Cruentatas canit multiplici
Voce liberorum interfectrix
Luscinia suavis cantus artifex ærumnas:
Jam autem pascuntur in Ida
Greges; noctu-strepentis
Fistulæ vocem audio:
Demulcet vero oculorum sedem
Somnus: dulcissimus enim *is* venit
Palpebris circa Auroram.
SEM. Cur tandem non appropinquat speculator, quem navium
Hector misit exploratorem?
SEM. Metuo: diu enim abest.
SEM. At ne si in occultas insidias incidens
Perierit? forte mihi formidolosum sit.
SEM. Jubeo Lycios *ad* quintam vigiliam
Digressos excitare
Nos pro ordine sortis.
ULY. Diomedes, nonne audivisti—an inanis strepitus
Stillat per aures?—armorum quendam sonum?
DIO. Non: sed vincula ex rotis equestribus
Clangunt ferreum: et me, priusquam sensi
Collisionem esse vinculorum equestrium, subiit metus.
ULY. Vide ne per noctem incidas in excubitores.

DIO. Cavebo omnia per tenebras iter faciens.
ULY. Si vero excitaris *aliquem*, nosti tesseram exercitus?
DIO. Phœbum scio *esse* tesseram, ex Dolone audiens.
ULY. (Vah.) Hæc hostium cubilia video deserta.
DIO. Atqui Dolon hæc *esse* dixit Hectoris
Cubilia, adversus quem *Hectorem* hasta stricta est hæc.
ULY. Quid rei est? num cohortem aliquo duxit?
DIO. Fortasse adversus nos structura aliquas insidias.
ULY. Hector enim nunc *est* audax rem gerere, quandoquidem vincit.
DIO. Quid igitur, Ulysses, faciemus? non enim invenimus
Hunc virum in stratis, spe vero frustrati sumus.
ULY. Eamus quam celerrime ad stationem navium.
Servat enim eum Deus qui et fortunatum
Facit: nobis vero non *est* violenter agendum contra fortunam.
DIO. An ergo ad Æneam, aut invisissimum Phrygum
Parim euntes, oportet caput amputare gladio?
ULY. Quomodo vero noctu per exercitum hostium
Quærens, poteris hos interficere sine periculo?
DIO. Turpe tamen est redire ad Græcorum naves,
Nullo insigni facinore in hostes perpetrato.
ULY. Quomodo vero nihil perpetrasti? nonne interfecto navium
Exploratore Dolone servamus hæc
Spolia? an putas te totum exercitum esse eversurum?
Obtempera, retro abeamus; utinam vero et hoc bene consequi liceat.
MIN. Quonam euntes ex Trojanis stationibus
Disceditis, mœstitia cor morsi,
Nisi vobis interficere Hectorem, aut Parim, Deus
Dat? virum tamen non audivistis socium
Trojæ venisse Rhesum haud contemnendo apparatu?
Qui si produxerit *hanc* noctem in crastinum,
Non ipsum Achillis, neque Ajacis hasta,
Quin evertat tota castra Græcorum, coercuerit,
Demolientem muros, et intra portas
Facientem hasta latam irruptionem:
Isto interfecto, omnia habes. Hectoris vero
Cubilia omitte capitisque truncationem:
Contingat enim ipsi mors ab alia manu.
ULY. O domina Minerva,—vocis enim sensi
Tuæ consuetum sonum: in periculis enim
Præsens meis opitularis *mihi* semper.
Hunc igitur virum nobis, ubi dormiat, dic,
Et quo loco stationem habeat in barbarico exercitu?
MIN. Hic prope locatur neque conjunctus est cum exercitu,

Sed extra ordines collocavit eum
Hector, donec nocti succedat lux *diei*.
Prope autem equi Thracios ad currus
Albi ligati sunt, *vel* noctu conspicui:
Fulgent enim, veluti fluvialis cygni penna.
Hos, interfecto domino, abducite,
Pulcherrimam prædam domibus: non enim est ubi
Hujusmodi currum terra equestrem capiat.

ULY. Aut tu Diomedes, trucida Thracium populum,
Aut mihi permitte; te vero oportet curare equos.

DIO. Ego occidam, tu vero domabis equos.
Tu enim es exercitatus in rebus elegantibus, et invenire solers.
Oportet vero quemlibet *ibi* collocare, ubi maxime utilis fuerit.

MIN. Atqui ad vos hunc Alexandrum video
Venientem, qui ex aliquo custode rescivit
Rumores incertos *de* hostibus advenientibus.

DIO. Utrum cum aliis, an solus vadit?

MIN. Solus, ut videtur, ad cubilia Hectoris
Vadit, indicaturus speculatores exercitus advenisse.

DIO. Num oportet illum prius mori?

MIN. Non poteris plus fato.
Hunc enim a tua manu mori nefas *est*.
Sed cui venis fatalem cædem afferens, *ad illum*
Propera: ego vero hujus adjutrix Venus
Visa ipsi auxiliatrix in laboribus adesse,
Inanibus sermonibus inimicum virum excipiam.
Atque hæc quidem ego dixi *vobis:* sed is, quem oportet interfici,
Non novit, nec audivit, quamvis sit prope, sermonem.

PAR. Te ducem, et fratrem appello;
Hector, dormis? non expergisci te convenit?
Aliquis hostium appropinquat nostro exercitui,
Aut fures, aut speculatores quidam.

MIN. Bono sis animo: servat te hæc benevola Venus.
Curæ vero est mihi tuum bellum, nec sum immemor
Honoris *a te delati*, faveoque *tibi*, beneficio affecta a te.
Et nunc Trojano exercitu feliciter agente
Adsum, adducens tibi magnum amicum,
Thracium filium cantatricis deæ
Musæ, patris vero Strymonis vocatur *filius*.

PAR. Semper benevola es *huic* urbi,
Et mihi. Maximum in *hac vita* thesaurum
Quum tibi palmam detulit huic urbi addidisse dico.
Venio autem audita *re* non perspicue: rumor enim quidam

Custodes pervasit, quod exploratores *huc*
Venerint Græcorum. Et qui quidem *eos* non vidit, *hoc* dicit,
Qui vero venientes vidit, non potest certo dicere,
Ob quæ ad tentorium Hectoris veni.

MIN. Nihil metuas: nihil in exercitu novi:
Hector enim abest, ordinaturus Thracium exercitum.

PAR. Tu quidem mihi rem persuades, et tuis credens verbis
Ordinem servaturus abeo, liber a metu.

MIN. Abi: et existima omnia tua mihi curæ fore,
Et tu quoque experieris meam promptam voluntatem.
Vobis vero valde animosis dico,
Fili Laertis, acutos enses condite.
Jacet enim vobis Thracius dux,
Et equi *capti* tenentur, hostes vero *re* cognita,
Vadunt adversus vos, itaque quam celerrime oportet
Fugere ad stationes navium. Quid cunctamini,
Turbine veniente hostium, servare vitam?

CHO. Age, age! feri, feri, feri, feri,
Occide, occide: quis hic vir?
Videre, hunc dico.
Fures sunt, qui noctu
Hunc turbant exercitum.
Huc, huc quilibet *veniat*.
Hos ego et hos comprehendi.
Quis sermo? unde venis? cujus es?

ULY. Non oportet te scire; morieris enim hodie si quid male feceris.

SE. 1. Non dices tesseram, priusquam hasta per pectus eat?

ULY. Retine: confidat quisque. SE. 2. Accede: feri, feri, quivis vir.

SE. 1. An tu in Rhesum insolenter te geris? ULY. At tu, in aliquem, qui te interficiet.

SE. 2. Abstine quivis. SE. 1. Minime vero. SE. 2. Ah! Virum amicum ne occidas.

SE. 1. Quidnam igitur tessera est? ULY. Phœbus. SE. 2. Audio: contine quivis hastam.

SE. 1. Scin' quo abierunt Viri? SE. 2. Hac fere vidimus.

SE. 1. Quisquis es sequere vestigium ipsorum, an clamor excitandus *est*.

SE. 2. Atqui socios turbare malum *est* terrore per noctem.

SEM. Quis virorum *est*, qui venit *huc*? (*strophe*.)
Quis *est*, qui *ob suam* magnam audaciam gloriabitur,
Se effugisse meam manum?
Ubinam ipsum consequar?
Cui assimilabo *eum*?

Qui per noctem venit intrepido pede
Per ordinum, et vigilium sedes?
Thessalusne *aliquis*, an
Maritimam Locrensium inhabitans civitatem?
Aut *qui* vitam in sparsis insulis possidet?
Quis, aut unde, aut cujus patriæ *civis?*
Quem deorum supremum precibus colit?
SEM. Num est Ulyssis hoc factum, aut cujusnam?
SEM. Si ex prioribus oportet conjecturam facere, quid ni?
SEM. Existimasne *hoc illius esse facinus?* SEM. Cur non?
SEM. *Est* saltem audax contra nos.
SEM. Quam fortitudinem *prædicas?* quem laudas? SEM. Ulyssem.
SEM. Ne laudes furis martem versutum.
CHO. Venit et ante (*ant.*)
In urbem *Trojam*, vultum morionis instar habens
Lacera veste
Amictus, gladium gestans
Furtim in veste.
Victum autem mendicans ibat *ceu* circulator quidam servus,
Habens caput squalidum, et sordibus obsitum:
Multa vero
Regiæ domui Atridarum male
Dixit scilicet inimicus imperatoribus.
Utinam periisset, utinam periisset justissime,
Priusquam in terram Phrygum pedis vestigium tulisset.
SEM. Sive igitur *hoc sit facinus* Ulyssis, sive non, metus me tenet:
Hector enim nobis custodibus succensebit.
SEM. Quid dicens? SEM. Suspicans.
SEM. Quid agis? quid formidas?
SEM. Per nos transiisse— SEM. Quem virorum?
SEM. *Illos*, qui hac nocte venerunt in Phrygium exercitum.
AUR. Heu! fortunæ gravis casus, heu, heu!
SEM. Hem: tacete omnes.
SEM. Vigilanter; fortasse enim aliquis in retis jactum venit.
AUR. O gravis calamitas Thraciorum sociorum!
SEM. Quis est qui gemit?
AUR. Hei! hei!
Miser ego, et tu rex Thracum.
O qui funestissimam Trojam aspexisti;
Quis te cœpit vitæ finis?
CHO. Quis tandem es sociorum? per noctem
Caligant *oculorum* acies, neque te clare agnosco.
AUR. Ubi aliquem principem Trojanorum inveniam?

Ubinam Hector
Sub clypeo somnum carpit?
Cui principum exercitus indicabo?
Qualia passi sumus? qualia nobis quidam
Cum fecerit occulta *mala* evanidus *abierit*, manifestum
Thracibus luctum parans, agglomerans.

CHO. Aliquid mali accidisse Thracio exercitui
Videtur, quantum hunc audiens cognosco.

AUR. Periit exercitus, cecidit rex
Dolosa plaga.
Qualis me dolor conficit letalis
Vulneris intus? quomodo vero peream?
Oportebat enim me et Rhesum turpiter mori,
Ut appulit ad Trojam auxiliator.

CHO. Hæc mala non obscure significat *iste*:
Clare enim loquitur socios periisse.

AUR. Male acta res est, et præter mala
Etiam turpissime; atqui hoc duplex est malum:
Mori enim gloriose, si omnino moriendum est,
Acerbum quidem puto esse ei qui moritur:—quomodo enim non?—
Viventibus vero gloriatio *est* et decus familiæ:
Nos vero inconsulte et turpiter periimus.
Postquam enim nos collocavit in Castris Hectorea manus,
Dicta tessera, dormiebamus jacentes in campo,
Fatigatione victi, neque custodiebatur exercitus
Nocturnis vigiliis, neque in ordinibus
Posita erant arma, et seræ non jugis
Equorum applicatæ erant, quia *noster* rex audiverat
Vos vincere, et imminere navium
Puppibus: negligenter autem dormivimus decumbentes.
Et ego solicito corde desinens a somno,
Equis pabulum, existimans matutinam
Me juncturum *eos* ad pugnam, larga metior manu.
Video autem duos viros circumeuntes nostrum exercitum
Per densam noctem: postquam vero ego motus sum,
Subterfugerunt, et retro recesserunt.
Inclamavi autem ipsis, ne accederent ad exercitum,
Existimans aliquos ex sociis fures accedere:
Illi vero nihil: non sane scio ego plura.
Dormivi enim reversus iterum in cubile,
Et mihi in somno imago quædam offertur:
Equorum enim, quos alui, et currui junctos regebam,
Rheso astans, vidi, ut in somnis aspiciens,
Lupos conscendere robustam spinam dorsi:
Verberantes autem cauda equinæ pellis setas, *eos*

Agitabant: ipsi vero stertebant, ex pulmonibus
Iram spirantes, et reluctabantur metu.
Ego vero arcens bestias excitor
Ab equis: nocturnus enim terror excitabat me.
Audio vero levans caput gemitus morientium.
Nam calidus torrens a cæde domini
Aspergit me sanguinis juvenilis, illius difficulter-morientis.
Erectus vero surgo cum manu inermi,
Et me gladium respicientem et venantem,
Ferit adstans gladio in imum ile,
Vir robustus: sensi enim gladii
Ictum, accipiens profundum sulcum vulneris:
Cado autem pronus: ipsi vero currum equestrem
Rapientes equorum abierunt fugientes pedibus.
(Heu, heu!) Dolor me cruciat, nec amplius rectus stare possum miser.
Et calamitatem quidem *hanc* novi, quia vidi, quo vero modo
Interfecti sint mortui, non possum dicere,
Neque cujus manu. Sed tamen conjicere mihi
Licet, *nos hæc* tristia ab amicis passos esse.
CHO. Auriga Thracis misere affecti,
Ne suspiceris hostes non fecisse hæc.
Hector autem et ipse, audita clade,
Accedit: condolet autem, ut par est, tuis malis.
HEC. Quomodo qui fecistis maxima mala,
Præfecti speculatores hostium vos
Latuerunt turpiter, et exercitus interfectus est?
Neque intrantes castra depulistis,
Neque abeuntes? horum quis pendet pœnam,
Præter te? te enim custodem dico esse exercitus.
Illi vero abierunt illæsi, Phrygum ignaviam
Multum irridentes, et me imperatorem.
Hoc nunc certo sciatis, per Jovem juro patrem,
Aut flagellum, aut capitalis mors,
Manet te facientem hæc, aut Hectorem
Nihil esse et ignavum existimate.
CHO. Io! io!
Magnum mihi, magnum periculum.
O civitatis potens regimen,
Tunc utique venerunt, quando tibi nuncius veni, circa naves ignes accensos habere Græcos,
Quia vigilans oculus *meus* in *hac* nocte
Neque sopitus est, neque dormivi
Non per Simoentios
Fontes: ne mihi irascaris, O rex:
Ego enim extra culpam *sum horum* omnium.

Si vero *ullo* tempore intempestivum *meum*
Factum, aut sermonem audiveris,
Demitte me viventem sub terram:
Non deprecor.

AUR. Quare istis minaris, et ipse barbarus barbari
Animum meum decipere conaris, nectens sermones?
Tu hæc fecisti: neminem recipiemus
Neque qui didicimus, neque qui vulnerati *sumus*,
Alium: longa et perita oratione tibi opus est,
Qua mihi persuadeas, te amicos non interfecisse,
Equorum amore captum, quorum causa socios
Tuos interficis, cum multum obtestatus sis ut venirent.
Venerunt, obierunt: honestius Paris
Hospitii jus dedecorans violavit, quam tu, qui socios interfecisti.
Ne dicas enim, quod aliquis Argivus *huc* profectus,
Nos perdiderit: quis enim superans cohortes
Trojanorum ad nos venisset, ut etiam lateret?
Tu sedisti ante nos, et Phrygum exercitus:
Quis vero *vestrum* vulneratus est? quis sociorum obiit
Vestrorum, hostibus advenientibus, ut tu dicis?
Nos vero vulnerati sumus, et qui graviora *mala*
Passi sunt, *illi* non vident *amplius* lumen solis.
In summa, nemini Græcorum incusamus.
Quis enim hostium noctu cubilia
Rhesi profectus *huc* invenisset, nisi quis deorum
Dixisset interfectoribus? quem ne advenisse quidem
Omnino noverunt: ergo hæc commenta sunt.

HEC. Longo jam tempore sociis utimur,
Quanto tempore Achaicus populus in hac terra est,
Et ab ipsis nullum delictum scio mihi objectum:
A te inciperemus: non me invadat amor
Tantus equorum, ut amicos interficiam.
Hæc vero Ulysses *fecit:* quis enim alius unquam *hæc*
Fecisset, aut machinatus fuisset, ex Argivis vir?
Metuo eum. Et nonnihil turbat animum meum,
Ne et in Dolonem incidens interfecerit *eum*.
Diu enim jam abest, et nusquam apparet.

AUR. Non novi tuos, quos narras, Ulysses:
Nos vero a nullo hostium percussi sumus.

HEC. Tu igitur putes ista, quando tibi *ita* videtur.

AUR. O patria terra, quomodo moriar in te!

HEC. Ne morere: satis magna enim mortuorum turba *est*.

AUR. Quo vero me vertam dominis orbatus?

HEC. Mea domus recipiens te curabit.

AUR. Quomodo vero manus interfectorum curabunt me?

HEC. Iste eundem sermonem non desinet dicere.
AUR. Pereat quicunque *hæc* fecit! non enim in te tenditur
Lingua, ut tu dicis; sed Justitia scit.
HEC. Prehendatis: ducentes ipsum in meam domum,
Sic, ne quid conqueratur, curate:
Vos vero profectos illis qui *sunt* in urbe oportet
Priamoque et Principibus significare, mortuos
Ut jubeant sepeliri in publicarum viarum diverticulis.
CHO. Curnam ex magna felicitate
Trojam deducit iterum in luctus
Numen aliud, quid ferens?
Atat, atat: papæ, papæ.
Quis supra caput deus, O rex,
Recens cadaver in manibus
Sublatum gestat?
Stupesco, videns hoc portentum.
MUS. Licet videre, Trojani: ego enim quæ a sapientibus
Color Musa, *novem* sororum una,
Adsum, filium hunc cernens charum miserabiliter
Interfectum ab hostibus: cujus interfector tandem
Dignam dabit pœnam dolosus Ulysses.
Luctu domestico, (*str.*)
O fili, te lugeo, O
Matris dolor, qualem
Viam appulisti ad Trojam,
Certe inauspicatam et miseram
Me abominante profectus,
Et adversante patre vehementer.
Hei mihi propter te! O charum
Charum caput, O fili, heu me!
CHO. Quantum convenit *mihi* nullam generis cognationem
Habenti *tecum*, dolore tuum deploro filium.
MUS. Pereat Œneides, (*ant.*)
Pereat etiam Laertiades,
Qui me orbam sobole
Fecit præstantissima:
Et Helena, quæ relicta domo
Phrygios *ad* thalamos accedens, navigavit:
(Ad) Ilium perdidit quidem te in Troja,
O charissime, et innumeras urbes
Evacuavit præstantibus viris.
Profecto multum quidem vivens, multum etiam in Plutonis *ædes* profectus,
O fili Philammonis, cruciasti meum animum:
*Tua* enim arrogantia, quæ te perdidit, et contentio cum Musis

Fecit me parere hanc infelicem sobolem.
Transiens enim flumineas undas,
Admota sum thalamis genitalibus Strymonis,
Quum ivimus terræ glebarum-aurearum-fertilem in montem
Pangæum instructi *musicis* instrumentis
Musæ ad maximum certamen artis suaviter canendi
Cum celebri sophista Thracio, et excæcavimus
Thamyrin, qui nostram artem multis conviciis insectatus fuerat.
Et postquam te peperi, sorores reverens
Et virginitatem, misi ad aquosi patris
Vortices: te vero alendum non ad mortalem focum
Dat Strymon *pater*, sed fontanis Nymphis.
Ubi enutritus optime a virginibus,
Imperans Thraciæ primus eras virorum, fili:
Et te in patrio quidem solo sanguinolentas
Acies instruentem, non metuebam moriturum esse:
Interdicebam vero ne ad urbem Trojæ unquam appelleres,
Sciens tuum fatum: sed te Hectoris
Legationes et frequentes senatus-nuncii
Induxerunt ut *huc* ascenderes, et opem ferres amicis.
Sed hujus totius cladis Minerva autor
(Nihil autem Ulysses, nihil Tydei filius
Fecit, etsi fecerit) ne putes *me* latuisse.
Etenim tuam civitatem, *O Minerva*, nos sorores colimus
Musæ maxime, et *tua* cum terra consuescimus,
Et mysteriorum arcanorum revelationes
Docuit Orpheus, consobrinus mortui
Hujus, quem occidens cachinnas: et Musæum, tuum
Honorandum civem et unum virum longissime omnium
In arte progressum, Phœbus et nos sorores docuimus.
Et horum mercedem *nunc* filium in ulnis gestans
Lamentor; alium vero non arcessam.

CHO. Frustra ergo nos auriga Thracius
Conviciis insectans dixit, Hector, cædem huic molitos esse.

HEC. Noram *hæc:* nihil opus erat vate ad dicendum
Hunc Ulyssis dolo periisse.
Et vero patriam obsidentem Græcorum exercitum
Videns, cur non amicis mitterem
Nuncios, ut venirent et ferrent opem patriæ?
Misi: venit autem debens *hanc operam*, ut una mecum laboraret.
Non gaudeo tamen eum interfectum esse.
Et nunc sum paratus ei facere sepulchrum

Et simul incendere delicias multarum vestium:
Amicus enim venit, sed decessit infeliciter.
MUS. Non ibit in atrum solum terræ:
Tantum sponsam inferorum orabo
Filiam frugiferæ Cereris deæ,
Animam hujus ut *mihi* remittat: est enim mihi debitrix
Orphei ut amicos colere videatur.
Et mihi quidem velut mortuus et non cernens lucem
Erit posthac: non enim in eundem *locum* unquam
Neque accedet *ad me*, neque videbit corpus matris:
Sed occultatus in antris argentiferæ terræ
Deus ex homine factus jacebit, videns lucem,
Bacchi sacerdos, et qui Pangæum saxum
Habitat Deus venerandus cognoscentibus *eum*.
Moderatius vero luctum marina Dea
Feram: fatale enim est illius filium mori.
Lachrymis vero nos sorores primum te canemus,
Deinde Achillem Thetidis filium in luctu olim.
Non liberabit eum Pallas, quæ te interfecit;
Tale telum pharetra Apollinis servat.
O liberorum procreationem, mortalium labores!
Quia, qui vos non negligenter reputat,
Orbus vitam deget neque parens humabit liberos.
CHO. Iste quidem ut ejus funus paretur matri jam erit curæ:
Tu vero si quid vis agere impræsentiarum,
Licet, Hector; lucescit enim jam.
HEC. Ite, et socios armari quam celerrime
Jubete: et sera jungere cervices bigarum.
Faces vero gestantes convenit expectare Tyrrhenæ
Tubæ sonitum: quia superato exercitu
Et muris Achivorum, navibus ignem me injecturum
Confido et Trojanis diem liberam
Radios antecedentes solis allaturos.
CHO. Obtempera regi: eamus armis
Induti, et sociis
Hæc dicamus: fortassis enim victoriam
Dabit Deus qui nobiscum *est*.

# EURIPIDIS

## TROADES.

## DRAMATIS PERSONÆ.

NEPTUNUS.

MINERVA.

HECUBA.

CHORUS EX CAPTIVIS TROADIBUS.

TALTHYBIUS.

CASSANDRA.

ANDROMACHE.

MENELAUS.

HELENA.

# EURIPIDIS

## TROADES.

NEP. VENIO, relicto Ægæo salso gurgite
Maris, *ego* Neptunus, ubi Nereidum chori
Pulcherrime pedis vestigium evolvunt;
Ex quo enim *tempore* in hoc Trojano agro
Phœbus et ego saxeas turres circum
Posuimus ad perpendiculum, nunquam ex animo
Abiit meo benevolentia erga hanc urbem Phrygum,
Quæ nunc fumat et ab Argivo exercitu
Periit expugnata. Nam Parnasius
Epeus Phocensis artibus Palladis
Equum armis gravidum fabricatus
Misit intra mœnia, exitiale onus:
Unde a posteris viris vocabitur
Dureus equus, occultam continens hastam.
Luci autem deserti et deorum templa
Fluunt cæde: et ad fundamentum aræ
Jovis Hercei cecidit Priamus moriens.
Multum autem auri, et Phrygia præda
Mittitur ad Græcorum naves: expectant autem
Ventum a puppe, ut post decennium
Videant læti conjuges et liberos
Græci, qui hanc urbem oppugnarunt.
Ego autem,—vincor enim ab Argiva dea
Junone et Minerva, quæ simul everterunt Phrygas,—
Relinquo inclytum Ilium, et meas aras:
Quum enim infelix solitudo civitatem occuparit,
Non recte se habent res divinæ, neque coli amant.
Multis autem ejulatibus captivarum *mulierum*
Resonat Scamander, quæ *jam* sortiuntur dominos.
Et alias quidem Arcas, alias vero Thessalus populus

Sortito accepit Atheniensiumque Theseidæ duces.
Quæcunque vero de Trojanis sunt extra sortem, sub tectis
Istis sunt, electæ pro primariis
Exercitus *viris*, cum ipsis *autem est et* Lacæna Tyndaris
Helena, captiva jure æstimata.
Si quis etiam hanc miseram intueri vult,
Adest, Hecubam jacentem ante fores,
Multas lacrymas fundentem et pro multis:
Cujus filia quidem ad funeris Achillei monumentum
Occulte Polyxena misere mortua est:
Periit et Priamus et liberi: et quam virginem
Dimisit entheam Cassandram Rex Apollo,
*Eam*, Dei cultu et pietate neglecta,
Agamemnon duxit violenter concubitu clandestino.
Sed vale mihi, O civitas quondam beata,
Politæque turres: si te non perdidisset
Pallas Jovis filia, in *tuis* sedibus adhuc maneres.

MIN. Licetne genere quidem proximum patri meo,
Magnumque Deum et inter Deos honoratum,
Deposita priore simultate, affari?

NEP. Licet: cognatorum enim congressus,
O Regina Minerva, non exiguum philtrum *sunt* animorum.

MIN. Laudo animi affectus lenes: affero autem tibi
Communes mihique ipsi in medium sermones, O Rex.

NEP. Num a Deorum aliquo publicum nuncias mandatum,
Vel a Jove, vel etiam *ab* alio deorum?

MIN. Non: sed Trojæ causa, ubi *nunc* gradimur,
Veni ad tuam potentiam, ut mihi eam adjungam.

NEP. An igitur nunc tandem, odio priore deposito,
Venisti ad commiserationem *urbis* incendio jam consumptæ?

MIN. Illuc primum redi: communicabisne *mecum tua* consilia
Tuamque voluntatem junges *in iis*, quæ ego facere cupio?

NEP. Maxime: sed tamen jam volo scire tuam *voluntatem*,
Utrum Græcorum, an Trojanorum causa nunc veneris.

MIN. Trojanos quidem *mihi* prius inimicos exhilarare volo,
Exercitui vero Græcorum dare tristem reditum.

NEP. Quid vero ita transilis alias ad alios mores,
Odistique et amas vehementer nimium quosvis?

MIN. Non scis me contumelia affectam esse, et meum templum?

NEP. Scio, quando Ajax Cassandram vi *rapuit*.

MIN. Et nihil *ideo* passus est, neque audivit a Græcis.

NEP. Atqui deleverunt Ilium tua potentia.

MIN. Idcirco ipsos tecum malo afficere volo.

NEP. Quod ad me attinet, parata sunt, quæcunque velis. Quid vero facies?

MIN. Miserum reditum illis immittere cupio.

NEP. In terra manentibus, an in salso mari?

MIN. Quando navigabunt domum ab Ilio,
Et Jupiter quidem pluviam et copiosam grandinem
Dabit et caliginosos ætheris flatus,
Et dicit se daturum mihi ignem fulmineum,
Ut jaculer in Græcos, et incendam naves igni.
Tu etiam præbe, quod tuum est, fretum Ægæum
Frementem gravibus procellis, et vorticibus sali.
Imple vero cadaveribus cavum Eubœæ recessum,
Ut deinceps pie colere mea templa
Discant Achivi, et reliquos deos venerari.

NEP. Fient hæc:—beneficium enim hoc non multis verbis
Indiget:—turbabo pelagus Ægæi maris.
Et littus Myconi, et rupes Deliæ,
Et Scyrus, et Lemnus, Caphareaque promontoria
Multorum extinctorum habebunt corpora mortuorum.
Verum vade *ad* Olympum, et fulminea tela
Accipiens ex manu patris expecta
Quando exercitus Achivorum solvet rudentes.
Stultus enim *est*, mortalium quisquis expugnat urbes,
Et templa sepulchraque, defunctorum sacraria,
Dans solitudini, paulo post ipse *etiam* perit.

HEC. Surge, O infelix, a solo caput, *et*
Cervicem attolle: non amplius Troja
Hic *est*, et nos sumus reges Trojæ.
Mutata fortuna, tolera.
Naviga secundum fretum, naviga secundum fortunam,
Neque converte proram vitæ
Contra fluctus, cum naviges arbitrio fortunæ.
Heu, eheu, æ, æ.
Quid enim non mihi miseræ gemendum adest,
Cui patria periit et liberi et maritus?
O magnus fastus adornatorum
Majorum, ut nihil utique eras!
Quid me oportet tacere?
Quid vero non tacere? quid etiam lamentari?
Misera ego *propter* infelicem
Reclinationem artuum, quam *male* affecta sum,
Tergum in rigidis lectis exporrecta!
Hei meo capiti, hei meis temporibus
Et lateribus! ut desidero semper versare,
Et vicissim extendere dorsum et spinam
In utrumque parietem membrorum,

Inchoans perpetua lachrymarum carmina.
Musa vero est et hæc *quædam* infelicibus,
Clades resonare tristes.
Proræ navium, veloces, (*str.* 1.)
Quæ ad sacrum Ilium remis
Per mare purpureum, et per portus
Græciæ commodos
Tibiarum pæane tristi
Et fistularum sonora voce (euntes,)
Funes Ægypti inventionem
Religastis,
Heu heu! in Trojæ sinu
Repetentes Menelai
Odiosam conjugem, Castori dedecus
Et infamiam Eurotæ,
Quæ quidem jugulavit
Satorem quinquaginta liberorum
Priamum, et me miseram Hecubam
In hanc dejecit calamitatem.
Hei mihi *propter* sedes, quas sedeo (*ant.* 1.)
Agamemnoniis tentoriis vicina!
Serva vero ducor anus ex ædibus propriis,
Cæsarie (rasa) lugubri
Caput miserabiliter depopulata.
Sed O bellatorum Trojanorum
Conjuges miseræ, et virgines
Et infelices sponsæ,
Fumat Ilium, ploremus:
Ut autem quædam mater alata clangorem
Avibus exordiar ego
Cantilenam non * eandem,
Qualem olim
Sceptro Priami innixa
Pedis præsultoris ictu Phrygio
Glorioso ducebam ad Deorum templa.
SE.1. O Hecuba, quid clamitas? quid vero vociferaris? (*str.* 2.)
Quo res devenit? per atria enim
Audio ejulatus, quos flebiliter edis,
Et per pectora metus penetrat
Trojanis, quæ in his tabernaculis
Servitutem *suam* deplorant.
HEC. O filiæ, ad naves Argivorum jam
Movetur remis-instructa manus.
SE.1. Heu me miseram,
Quid *isti* volunt? An nunc me miseram
Avehent navi patrio *procul* a solo?

HEC. Non scio: sed conjicio calamitatem.
SE. 1. Io! io!
Miseræ labores audituræ
Troades, prodite extra ædes:
Apparant Argivi reditum:
HEC. Heu, heu! ne mihi nunc furentem
Ducite foras Cassandram,
Dedecus apud Argivos
Mænadem: ad dolores autem dolores feram?
Io! Troja (Troja) infelix, periisti,
Miseri autem sunt qui te relinquunt
Et vivi, et mortui.
SE. 2. Heu mihi! tremens prodii extra tabernaculum (*ant.* 2.)
Hoc Agamemnonis auditura,
Regina, ex te, num me occidere
Miseram lata sit Argivorum sententia,
An jam nautæ in puppibus
Parent movere remos.
HEC. O filia, vigilem luctu animam
Horrore percussa non compos eram mei.
SE. 2. * *
Jam venit aliquis Græcorum præco?
Cui serva addicta sum *ego* misera?
HEC. Prope sortem *jam* es posita.
SE. 2. Io, io!
Quis me Argivorum aut Phthiotarum
Aut insularem Regionem abducet
Miseram procul a Troja?
HEC. Heu, heu!
Cuinam vero ego misera? ubi, ubi terrarum
Serviam anus, ut fucus, (ego)
Misera cadaveris forma,
Mortuorum evanidum simulachrum, an
Apud *ædium* vestibula custodiam obtinens,
Aut liberorum Gubernatrix, *Ego*, quæ Trojæ
Principes habebam honores?
SE. 1. Heu heu heu heu! At quibus querelis (*str.* 3.)
Tuum infortunium lugebis?
Non Idæis telis radium
Agitans variegabo.
SE. 2. Novissimum liberorum corpora video,
Novissimum: habebo labores acerbiores,
Aut lectis admota Græcorum,—
Pereat nox ista et fatum!
Aut *ex* Pirene aquam hauriens
Ministra miserabilis sacrarum aquarum (ero.)

SE. 1. Utinam veniamus *in* inclytam
Et beatam Thesei regionem!
Saltem non ad vortices Eurotæ
Invisam Therapnan Helenæ!
Ubi occurram Menelao serva,
Expugnatori Trojæ.
SE. 2. Penei sacram regionem, (*ant.* 3.)
Fundamentum pulcherrimum Olympi *montis*,
Fama audivi multis opibus abundare
Et fertili frugum ubertate,
SE. 1. Hæc mihi secundo loco *sunt* post sacram
Thesei valde divinam ire regionem.
Et clivum Ætnæum Vulcani
Phœniciæ oppositum soli natura
Siculorum montium matrem, audio
Prædicari virtutis laudibus.
SE. 2. Et proxime præstantem terram
Ionio pelago pulsari,
Quam rigat pulcherrimus
Comam flavedine inflammans
Crathis, sacris fontibus alens
Et beans terram populosam.
CHO. Atqui a Græcorum exercitu hic
Præco, novorum sermonum promus,
Venit, velox pedis vestigium accelerans.
Quid affert? quid dicit? Servæ enim profecto
Jam sumus Doriensis terræ.
TAL. Hecuba,—crebras enim scis me ad Trojam vias
Ivisse, præconem ab Achaico exercitu missum;
Notus igitur etiam ante tibi, mulier,
Talthybius venio, *tibi* publicum nunciaturus mandatum.
HEC. Hoc, (hoc) *illud est*, amicæ muli-
eres, quod jampridem ego metuebam.
TAL. Jam sortitione facta estis electæ, si hoc vobis formido erat.
HEC. Æ æ! quam in urbem,
Aut Thessaliæ, aut Phthiedis dixisti *nos abductum iri*, aut
Cadmei soli?
TAL. Singulis viris singulæ, non simul *omnes*, sortito assignatæ
estis.
HEC. Quæ igitur, quem sortita est? sors beata quam
Iliadum expectans excipiat?
TAL. Scio: sed singula interroges, non omnia simul.
HEC. Meam vero quis per sortem accepit filiam, dicito,
Miseram Cassandram?
TAL. Delectam eam extra sortem accepit rex Agamemnon.
HEC. An sponsæ Lacedæmoniæ

Servam? hei mihi mihi!
TAL. Non, sed lectorum occultum concubitum.
HEC. An Phœbi virginem, cui Auricomus
Munus dedit vitam cælibem?
TAL. Amor fatidicæ puellæ sauciavit eum.
HEC. Abjice, O filia, sacras claves, et e corpore sertorum indutorum sacros ornatus.
TAL. An non est magnum eam fieri lectorum regiorum participem?
HEC. Quid vero, *quam* recens a me abstulistis ubinam *est* filia mea?
TAL. Polyxenam dixisti, aut de qua interrogas?
HEC. Hanc cui sors adduxit?
TAL. Tumulo Achillis ministrare constituta est.
HEC. Hei mihi! sepulchro ministram peperi.
Sed quænam hæc est lex, aut
Quis ritus Græcorum, O amice?
TAL. Beatam prædicato filiam tuam; bene *enim* habet.
HEC. Quid hoc dixisti? An mihi solem aspicit?
TAL. Fatum habet eam, ut liberata sit a malis.
HEC. Quid vero *facit* illa ære loricati hectoris conjux,
Misera Andromache, quam habet fortunam?
TAL. Hanc etiam accepit extra sortem filius Achillis.
HEC. Ego vero cui ancilla *sum*, quæ stabili baculo *in* manu
Indigeo, senili capite?
TAL. Ulysses Ithacæ rex *te* sortito servam accepit.
HEC. Heu, heu!
Tunde caput rasum,
Lacera unguibus geminam genam.
Heu mihi mihi!
Abominabili, et doloso sortito cogor viro servire,
Hosti Justitiæ, leges contemnenti excetræ,
Qui omnia, quæ illic *sunt*, hic,
*Et* rursus apposita illic dupliciter disserit
*Res* prius amicas, inimicas reddens omnibus.
O, Troades, lugete me.
Perii infelix, perii
Misera, quæ in sortem
Infelicissimam incidi.
HO. Tuum quidem *fatum* scis, veneranda, meas vero sortes
Quisnam Achæorum, aut quis Thessalorum habet?
AL. Agite: Cassandram deducere huc oportet
Quam celerrime, ministri, ut Imperatori?
Eam in manus quum tradidero, postea delectas
Captivarum et aliis adducam.
Sed quid ardet intus flamma tædæ?

Incendunt, aut quid agunt, Troades penetralia,
Ut quæ jam sint educendæ ex *hac* regione
Ad Argos, cremantque sua corpora,
Volentes mori? admodum sane liber animus
In hujusmodi *casibus* ægre fert mala.
Aperi, aperi, ne quod his *quidem est* commodum,
Græcis vero incommodum, in me culpam transferat.
HEC. Non est *quod putas*, non incendunt, sed filia mea
Correpta furore *Cassandra* huc fertur cursu.
CAS. Retro cede, ad latus vade, lumen fer: quatio, accendo (*strophe.*)
In tædis hocce sacrum.
O Hymen, Hymenæe rex,
Ecce, ecce! beatus sponsus
Beata etiam ego, regio toro
Apud Argivos sponsa.
O Hymen, Hymenææ rex.
Tu utique, mater, lachrymis et
Lamentationibus mortuum patrem, et patriam
Charam deploras,
Ego vero propter meas nuptias
Accendo ignis flammam
Inter lucem, inter fulgorem,
Hymen, O Hymenææ tibi.
(Propter virginum nuptias.)
O Hecuba, lumen præferens,
Propter nuptias virginum,
Sicut consuetudo fert.
Sublimem agita pedem: duc chorum, Euan, (euœ) (*ant.*)
Tanquam inter patris mei
Felicissimam fortunam.
Sacer est chorus: duc tu illum, O Phœbe:
In tuo lauris-cincto
Templo, in honorem Sacerdotis.
Hymen, O Hymen, Hymen.
Tripudia mater, attolle tuum pedem,
Flecte huc *et* illuc mecum pedum
Ferens charissimum gressum.
Bene clamate Hymenæum, O,
Beatam prædicate carminibus
Clamoribusque sponsam.
Ite, O pulchris peplis ornatæ Phrygum
Virgines, canite meas nuptias
Et maritum cubili meo fataliter destinatum.
CHO. O regina, non retinebis puellam bacchantem,
Ne tollat levem gressum in Argivorum exercitum?

HEC. O Vulcane, facem quidem fers in nuptiis mortalium,
Sed funestam hanc concutis facem ardentem,
Et præter magnam spem: heu mihi, filia!
Ut nunquam sub armis te, neque sub hasta Argiva,
Putavi celebraturam esse nuptias istas.
Da mihi facem: non enim recte fers ignem
Insana currens; nondum te, O filia, tristes casus
Reddiderunt modestiorem, sed in eodem *statu* manes.
Intro ferte faces, et lachrymas mutate
Trojanæ, hujus carminibus nuptialibus.
CAS. Mater, orna meum caput victoriosum,
Et gratulare meis regiis nuptiis,
Et deduc quoque, et nisi alacriter obsequar,
Trude *me* violenter: si enim est Apollo,
Infeliciore conjugio, quam Helenæ erat, me ducit uxorem
Agamemnon ille inclytus Græcorum rex.
Interficiam enim ipsum, et vicissim vastabo domum *ejus*,
Sumens pœnam pro interfectis fratribus et patre meo:
Sed hæc omittam: non commemorabimus securim,
Quæ in meum collum ibit, et aliorum,
Nec parricidialia certamina, quæ ex meis nuptiis
Orientur, et familiæ Atrei eversionem:
Et hanc civitatem ostendam feliciorem,
Quam Græcos,—numine quidem afflata, sed tamen
Tantisper a furore desistam,—
Qui propter unam mulierem et unum concubitum,
Helenæ quærentes innumeros perdiderunt.
Ipse vero sapiens ille imperator pro inimicissimis
Perdidit charissima, domesticas voluptates
*Suorum* liberorum dans *suo* fratri propter mulierem,
Idque *propter* eam, quæ volens non autem per vim est rapta.
Et postquam venerunt ad littus Scamandrium,
Perierunt, non terræ finibus privati,
Aut altiturri patria: Quos vero Mars peremit,
Non viderunt liberos, neque conjugis manibus
Vestibus involuti sunt, sed in peregrina terra
Jacent. Porro res domesticæ his similes sunt:
Nam viduæ moriebantur, alii vero orbi in ædibus manebant,
Frustra educantes liberos; neque ad sepulchrum
Ipsis est quisquam qui sanguinem terræ donet.
Equidem laudem hæc expeditio meretur:
Tacere melius *est* turpia, neque vel Musa mihi
Cantet, quæ laudet turpia.
Trojani vero primum quidem, quæ pulcherrima laus est,

Mortui sunt pro patria: quos vero bellum sustulit,
Mortui domum ab amicis portati,
In patria sepulchrum adepti sunt,
Manibus cooperti ab iis, a quibus oportuit.
Qui autem Phryges non mortui sunt in pugna,
Illi semper cum conjuge ac liberis
Habitaverunt, quæ voluptas aberat Græcis.
Hectoris vero tibi acerba *fata*, audi, ut se habeant:
Habitus vir fortissimus, obiit mortem.
Et hoc Argivorum adventus ad *Ilium* effecit.
Si enim *Græci* mansissent domi, virtus *Hectoris* lateret.
Paris porro duxit Jovis filiam Helenam, ducens vero non,
Obscuram affinitatem in ædibus habuisset.
Fugiendum itaque bellum est ei, qui sapit:
Si vero ad hoc venerit, gloria non turpis civitati,
Fortiter perire, non fortiter vero, turpe *est*.
Itaque non convenit te, mater, lamentari patriam,
Aut meas nuptias: inimicissimos enim mihi
Et tibi his meis nuptiis perdam.
CHO. Quam suaviter rides in malis domesticis,
Et canis, quæ cantans non vera *esse* forte demonstrabis.
TAL. Nisi Apollo te fecisset amentem,
Non impune meos duces
Hujusmodi ominibus ex hac terra mitteres.
Sed præstantes, et *hominum* opinione sapientes res
Nihili sunt potiores illis, quæ nihil sunt.
Nam supremus ille totius exercitus Græci dux,
Atrei filius charus, hujus amorem præ aliis electum
Mænadis sustinet: et pauper quidem sum ego,
Sed tamen connubium hujus habere nollem.
Et tu quidem,—non enim sanam habes mentem,—
Argivorum convitia et Phrygum laudes
Ventis ferenda concedo. Sequere vero me
Ad naves, pulchra sponsa duci *nostro*.
Tu vero, *O Hecuba*, quando Laertis filius te voluerit
Abducere, sequere. Castæ enim eris ancilla
Mulieris, ut dicunt qui venerunt *ad* Ilium.
CAS. Certe maledicus est hic servulus. Cur vero nomen habent
Præcones? unum commune odium hominibus,
Qui apud principes, et Respublicas ministri sunt.
Tune ais meam matrem in Ulyssis
Venturam ædes? Ubi vero *tum* Apollinis oracula,
Quæ, mihi enunciata, dicunt ipsam
Hic morituram esse? Cætera vero non exprobrabo.
Infelix iste *Ulysses* nescit qualia eum maneant ferenda mala,
Nempe aurum ipsi mea et Phrygum mala

Videbuntur olim esse; decem enim laborans annos
Præter istos quos hic egit, redibit solus *in* patriam,
Novit quæ angustum fretum æstu reciproco jactatum incolit
Sæva Charybdis, et crudivorus monticola
Cyclops, et Ligustica formatrix-porcorum
Circe, et salsi naufragia maris,
Et loti amores, Solisque sacræ boves,
Quæ carne vocalem emittent aliquando,
Acerbum Ulyssi sonum. Ut autem breviter dicam,
Vivus ibit ad inferos, et effugiens aquam maris,
Mala in *suis* ædibus inveniet innumera.
Sed enim quid Ulyssis recito labores?
Vade, ut celerrime sponso apud inferos nubamus.
Certe malus male sepelieris noctu, non interdiu,
O qui existimas te aliquid magni fecisse, Græcorum dux.
Et me cadaver valles nudam ejectam
Aqua torrenti fluentes prope sepulchrum sponsi,
Dabunt feris laniandam, *me* sacerdotem Apollinis.
O serta charissimi mihi deorum, et ornamenta fatidica,
Valete: relinquo festa, quibus antea delectabar.
Discedite *a* me lacerationibus avulsa: ut adhuc casta corpus
Do celeribus auris ferenda hæc tibi, O Vaticine Rex.
Ubi est navis Imperatoris? quonam oportet me ascendere?
Illico *enim* auram velis captato,
Unam trium Furiarum ex hac terra me abducturus.
Vale mihi, mater, ne lacrymes, O chara patria:
Quique sub terra fratres estis et qui nos genuit pater,
Brevi me excipietis: sed veniam ad mortuos victrix
Et populata domos Atridarum, a quibus periimus.

CHO. Hecubæ annosæ custodes, non videtis
Dominam, quomodo muta humi cadat?
Non sustinebitis eam? an dimittetis, O ignavæ?
Anum lapsam erigite rursum.

HEC. Sinite me,—non enim placent quæ amica sunt—O puellæ,
Jacere collapsam: lapsu enim digna *mala*
Patior et passa sum et adhuc patiar.
O dii! ignavos quidem opitulatores *vos* invoco,
Tamen habet aliquam speciem invocare deos,
Quando nostrum aliquis in adversam fortunam incidat.
Primum igitur mihi gratum *est* bona recensere;
Malis enim majorem commiserationem inseram.
Fuimus Reges, et in regias *ædes* nupsi;
Hic autem præstantissimos peperi liberos,
Non numerum duntaxat, sed excellentissimos Phrygum,
Quales *nec* Trojana, nec Græca, nec barbara

Mulier a se procreatos unquam gloriari posset.
Illosque vidi hasta prostratos Græca,
Et secui capillos hosce ad tumulum mortuorum,
Et *ipsorum* patrem Priamum non ab aliis
Audiens deflevi, sed his oculis vidi .
Ipsa trucidatum ad Herceam *Jovis* aram,
Urbemque captam. Quas vero educavi virgines
Ad dignitatem sponsorum eximiam,
Aliis nutriens, e manibus elapsas sivi.
Neque spes est fore ut *posthac* ab illis videar,
Neque ego illas unquam videbo posthac.
Illud vero postremum *est*, *ac* fastigium miserorum malorum,
Serva mulier anus in Græciam ibo.
Quæ autem huic senectuti sunt incommodissima,
His *ministeriis* me adhibebunt, vel januarum custos
Claves ut servem, ego mater Hectoris,
Vel ut panem faciam, et humi cubilia habeam
Rugoso dorso regios post lectos,
Laceras induta circa lacerum corpus
Lacinias stolarum, quæ non decent beatas.
Me miseram, propter unum connubium unius
Mulieris, in qualia mala incidi, et incidam!
O filia, O Cassandra cum Diis bacchans,
Quali calamitate solvisti tuam castitatem!
Tuque, O misera, ubinam es, Polyxena?
Ut neque me mascula, neque fœminea soboles,
Cum multi fuerint, miseram juvat.
Cur igitur me erigitis? qua spe?
Ducite delicatum quondam in Troja pedem,
Nunc vero servum, ad stratum humi lectum
Et *ad* saxea pulvinaria, ut concidens moriar,
Lachrymis tabefacta: Ex felicibus igitur
Neminem existimate beatum esse, antequam moriatur.

CHO. De Ilio mihi, O (*str.*)
Musa, novorum hymnorum
Cane in lacrymis
Cantionem funebrem:
Nunc enim carmen in Trojam
Clara voce cantabo,
Quomodo a quadrupede rheda
Græcorum perierim misera bello capta.
Quando relinquerunt Equum, sublime
Frementem, aureis ornatum phaleris, armis fœtum, ad portas Græci:
Exclamavit vero populus,
Stans a rupe Troade:

Ite, O defuncti laboribus,
Hoc sacrum adducite simulacrum
Iliacæ Jove-editæ Puellæ.'
Quis non ivit juvenum?
Quis senex non e domo,
Exhilarati vero carminibus
Dolosam consecuti sunt cladem.
Totum autem genus Phrygum (*ant.*)
Ad portas ruit,
In abjete montana
Edolatam latebram Græcorum
Et Dardaniæ cladem
Deæ daturum,
Donum innuptæ immortalis Puellæ.
Mari jactatæ autem circumjectis funibus navis velut
Scapham nigram, in ædes
Saxeas et in solum letale patri-
æ palladis collocarunt Deæ.
Sed statim a labore et festivitate
Nocturna caligo aderat:
Libycaque tibi sonabat.
Et Phrygiæ cantiones, virgines
Vero inter sublimem plausum pedum
Lætam cantionem canebant: in
Ædibusque illustre jubar
Ignis atrum splendorem
Dabat inter vina.
Ego vero monticolam (*epod.*)
Tunc in domum virginem, Jovis filiam,
Dianam, celebrabam chore-
is: funesta vero tunc per urbem
Vox occupavit Pergamorum
Sedes: infantes vero chari circa
Vestes tendebant matri ma-
nus consternatas: *ex* insidiis vero
Exivit Mars,
Virginis opera Palladis,
Cædes autem circum aras
*Fiebat* Phrygum, inque cubilibus
Letalis solitudo
Puellarum coronam afferebat
Græcia juvenum alumnæ
Phrygum *vero* patriæ luctum.
Hecuba, videsne istam Andromachen
In peregrino vehiculo vectam?

Juxta autem uberum illecebris sequitur
Charus Astyanax, Hectoris filiolus.
HEC. Quonam vehiculi dorso veheris,
Infelix mulier, adsidens æreis
Armis Hectoris et Phrygum spoliis
Bello captis?
Quibus Achillis filius Phthiotica
Coronabit templa a Troja?
AN. Achivi domini me abducant. (*str.* 1.)
HEC. Hei mihi, (mihi!) AN. Quid gemis meum pæana?
HEC. Heu, heu, (æ, æ!) AN. Propter dolores!
HEC. Heu Jupiter! AN. Propter calamitates!
HEC. O liberi. AN. Quondam fuimus.
HEC. Periit felicitas, periit Troja. (*ant.* 1.)
AN. Infelix. HEC. Et meorum liberorum nobilitas.
AN. Heu, heu! HEC. Heu certe mea—
AN. Mala! HEC. Miseranda equidem calamitas—
AN. Urbis, HEC. Quæ fumat. (*str.* 2.)
AN. Redeas ad me, marite—
HEC. Vocas meum filium,
Qui apud Plutonem *est*, O misera.
AN. Tuæ uxoris tutamen. (*ant.* 2.)
HEC. Tuque, O terror Achivorum,
Olimque liberorum nostrorum
Primogenite Priamo,
Deduc me ad inferos.
AN. Hæc desideria magna *sunt*, graves hos patimur dolores,
Pereunte Patria, doloribus enim dolores adduntur,
Ex inimicitia Deorum, quando tuus filius effugit Plutonem,
Qui propter odiosum thalamum perdidit Pergama Trojæ.
Cruenta vero corpora mortuorum prope Deam Palladem
Vulturibus lanianda jacent: jugum vero servile subiit Troja.
HEC. O patria, O misera, relictam te deploro—
Nunc finem miserabilem vides—et ego domus, in qua in lucem edita sum.
O filii, deserta civitas mater vestra deseritur.
Qualis planctus, et quales luctus.
Lacrymæ stillant ex lacrymis
*In* nostra domo: qui vero mortuus est, oblivis-
citur dolorum, nullas fundens lacrymas.
Quam jucundæ *sunt* lacrymæ afflictis,
Luctuumque lamentatio et Musa, quæ dolores habet.
AN. O mater viri, qui olim *sua* hasta Argivos
Plurimos perdidit, Hectoris, hæc aspicis?

HEC. Video Deorum *numina*, quæ ea quidem extollunt in sublime,
Quæ nihil sunt, gloriosa vero perdunt.
AN. Abducor præda cum filio: nobilitas vero
Venit in servitutem, tantas habens mutationes.
HEC. Necessitatis *robur est* invictum: modo et a me
Abiit Cassandra avulsa per vim.
AN. (Heu, heu!) Aliquis, ut videtur, secundus Ajax
Apparuit tuæ filiæ: laboras vero et aliis *malis*.
HEC. Quorum neque modus, neque numerus est mihi:
Malum enim malo certat.
AN. Mortua tibi est filia Polyxena ad tumulum
Achillis mactata, munus exanimi cadaveri.
HEC. Heu me miseram! hoc illud est quod mihi dudum
Talthybius dixit ænigma perspicuum non perspicue.
AN. Ipsam ipsa vidi, et descendens de isto curru
Velavi peplis *ipsam*, et cadaver planxi.
HEC. Heu, heu, filia, ob tuam immolationem exsecrandam!
Heu, heu iterum, quam male periisti!
AN. Periit, ut periit: sed tamen quam ego
Quæ viva sum, feliciore fato periit.
HEC. Non idem est, filia, vivere, quod mori.
Mortuus enim nihil est, spes vero insunt vitæ.
AN. (O mater, sed quæ non peperisti, pulcherrimum sermonem)
Audi, ut tuæ voluptatem injiciam menti.
Non natum esse æquale dico morti,
At melius est mori quam calamitose vivere.
Nihil enim dolet ex malorum sensu:
Qui vero fuit beatus, et in miserias cadit,
Animo cruciatur *propter* priorem felicitatem.
Illa vero *Polyxena* perinde ac si nunquam vidisset lucem,
Mortua est, et nihil scit malorum suorum.
Ego vero quæ *scopum* jaculando sum assecuta, et gloriæ
Quæ bonam *partem* adepta sum, a fortuna *tamen* aberravi.
Quæ enim mulieri modestæ conveniunt,
Hæc exercui in domo Hectoris.
Primum enim, in quo, sive adsit sive non adsit
Probrum mulieribus, hoc ipsum adfert
Malam famam *ei*, quæ domi non manet,
Hujus omittens desiderium domi mansi,
Et intra atria comptos mulierum sermones
Non intro admisi: sed mentem magistram
Domi habens probam, mihi satis consulebam.
Linguæque silentium et placidum aspectum viro

Exhibui: et noram, in quibus oportebat me vincere maritum,
Et rursum quarum rerum illi conveniebat victoriam concedere.
Harumque rerum fama ad exercitum Achaicum
Perveniens, me perdidit: nam posteaquam capta sum,
Achillis me filius voluit ducere
Conjugem; serviam autem in domo interfectorum *viri*.
Et si quidem repudiato Hectoris charo capite
Ad præsentem maritum animum explicavero,
Improba videbor erga mortuum: hunc vero contra
Si prosequar odio, meis dominis ero invisa.
Atqui dicunt, quòd una nox laxet
Odium mulieris in viri torum.
Ego *autem* abominor eam, quæ priorem virum
Deponens, novis connubiis, alium amat.
Nam ne equa quidem, quæ sejuncta fuerit
A compare, cum qua nutrita fuerit, facile trahit jugum.
Atqui hæc bestia est et muta
Et rationis usu caret, et natura inferior est.
Te vero, chare Hector, habui virum sufficientem mihi,
Prudentia, genere, opibus et fortitudine porro excellentem:
Accipiens autem me intactam ex domo paterna,
Primus virginalem *tibi* junxisti lectum.
Nunc autem tu quidem periisti, ego vero navi avehor
In Græciam captiva ad servile jugum.
An non minora meis habet mala
Mors Polyxenæ, quam tu gemis?
Mihi enim nulla, quæ omnibus relinquitur mortalibus,
Superest spes, nec animo decepta puto
Me ullo modo rem commode gesturam: jucundum tamen est *hoc* opinari.

CHO. In eandem venis calamitatem: lamentans vero
Tuum *malum*, doces me in quibus malis sim.

HEC. Ipsa quidem nondum intravi navis alveum,
Sed ex conspectu picturæ et auditu scio.
Si nautis enim tempestas mediocris sit tolerari,
Ut serventur alacriter laborant,
Hic quidem ad clavum, ille vero ad vela vadens,
Alius vero undas a navi arcens: si vero superavit eorum *vires*
Vehementer turbatum mare, cedentes fortunæ,
Permittunt se fluctuum cursibus.
Sic et ego, multa habens mala,

Muta sum et omitto eloqui ista:
Vincit enim me infelix tempestas, quæ divinitus venit.
Sed, O chara filia, Hectoris quidem calamitates
Omitte: nunquam tuæ lacrymæ servabunt eum:
Sed cole præsentem dominum tuum,
Gratas illecebras tuorum morum præbens marito.
Si enim hæc feceris, in commune exhilarabis amicos,
Et filium hunc mei filii poteris *bene* educare.
Maximum adjumentum Trojæ, ut aliquando
Nati ex illo liberi rursum Ilium
Restituant, et instauretur urbs.
Verum,—alius enim alium sermo insequitur—
Quemnam rursum video Græcum hunc ministrum
*Huc* accedentem, novorum nuncium consiliorum?

TAL. Phrygum præstantissimi olim conjux Hectoris,
Ne me odio habeas: non enim volens nunciabo
Publica decreta Danaorum, et Pelopidarum.

AN. Quid vero est, quod tam malum exordium incipis?

TAL. Decretum est hunc puerum—quomodo eloquar sermonem?

IN. Num non eundem dominum nobiscum habere?

TAL. Nullus Græcorum huic dominabitur unquam.

IN. An hic *oportet* ipsum relinquere, reliquias Phrygum?

AL. Non facile scio, quomodo tibi dicam mala.

N. Laudo pudorem, si modo statim dicas.

AL. Interficiendum statuunt tuum filium, ut audias malum magnum.

N. Hei mihi! ut hoc malum *meis* nuptiis gravius audio!

AL. Vincit enim Ulysses in conventu Græcorum universorum loquens—

N. Hei, hei iterum! non enim mediocria patimur mala.

IL. Dicens, non alendum fortissimi viri filium,

N. Utinam hoc modo vinceret de suis!

IL. Præcipitari autem ipsum oportet de Trojanis turribus.
Quamobrem ut *hoc* fiat, utque sapientior videaris:
Neque pertinacius hunc retine, fortiter vero dolorem perfer *in tuis* malis,
Neque, cum nihil possis, te aliquid posse existimes.
Nusquam enim habes auxilium, considerare igitur oportet *hæc:*
Civitas periit et maritus, et tu es in servitute,
Et nos contra unam mulierem pugnare
Sumus satis valentes: propter hæc nec pugnam spectare,
Nec turpe quicquam, neque odiosum te decet,
Neque etiam volo te conjicere in Græcos imprecationes.

Si enim quid dixeris, propter quod irascatur tibi exercitus,
Neque sepelietur iste puer, neque planctum consequetur,
Tacens vero commodeque perferens hos casus,
Hujus non insepultum relinques cadaver,
Et tu ipsa uteris Græcis æquioribus.
AN. O charissime, O fili mihi summopere dilecte,
Moriere ab hostibus, matrem miseram relinquens.
Nobilitas autem patris tui te interficiet,
Quod aliis saluti esse solet:
Et virtus patris tibi non opportune venit.
O lectos meos infelices et nuptias,
Quibus veni quondam in domum Hectoris,
Non ego ut paritura victimam Græcis,
Sed ut dominum fertilis Asiæ.
O fili, lacrymas? sentis tua mala?
Quid me corripis manibus et prehendis vestem
Ut pullus condens te sub meas alas?
Non veniet Hector, inclytam arripiens hastam,
Ex terra reversus, tibi ferens salutem,
Neque cognatio patris, neque robur Phrygum:
Sed miserabili saltu in cervicem e sublimi
Cadens sine commiseratione, tuam vitam efflabis.
O tenerum ulnarum gestamen matri charissimum!
O dulcis halitus corporis! Frustra igitur
In fasciis aluit te hæc mamma.
Frustra etiam laboravi et confecta sum laboribus.
Nunc, utinam iterum unquam, matrem complectere tuam,
Accide ad matrem *tuam*, et brachia
Circunda meo tergo et applica os.
O barbarica excogitantes Græci mala,
Cur interficitis hunc puerum innocentem?
O Tyndareum germen, nunquam eras Jovis *filia*,
Dico enim te natam esse ex multis patribus,
Primum quidem ex *patre* malo Genio, deinde vero ex Invidia,
Et Cæde et Morte, *et* quæcunque tellus alit mala.
Non enim unquam ego ausim dicere Jovem te produxisse,
Pestem multis Barbaris et Græcis.
Pereas! propter enim pulcherrimos oculos
Turpiter inclytos Phrygum campos perdidisti.
Agite, ferte, præcipitate eum, si præcipitare placet:
Epulamini hujus carnes, a diis enim
Periimus, et a filio non possemus

Mortem depellere: occultate miserum corpus,
Et conjicite in navem: ad pulchras enim proficiscor
Nuptias, amisso meo filio.
CHO. Misera Troja, innumerabiles amisisti *viros*
Propter unicam mulierem et odiosum conjugium.
TAL. Age, O fili, gratam compellationem omittens
Miseræ matris, ascende paternarum
Turrium ad summas pinnas, ubi tibi
Animam exhalare suffragio decretum est.
Tollite eum: talia autem convenit
Nunciare, quicunque *est* immisericors
Et sævitiæ magis quam nostra
Mens fautor est.
HEC. O fili, O fili *mei* ærumnosi filii,
Privamur tua vita præter opinionem,
Mater et ego. Quid agam? quid tibi ego,
Infelix, faciam? has tibi damus
Plagas capitis et planctus pectorum:
Hæc enim sunt in nostra potestate. Hei mihi *propter* urbem,
Hei mihi etiam tua *causa!* Quid enim *mali* non habemus?
Quid nobis deest, quin funditus
Eamus in omnem perniciem?
CHO. Salaminis alentis-apes O rex Telamon, (*str.* 1.)
Insulæ circumfluæ habitans sedem,
Vicinæ collibus sacris, ubi oliva
Primum ostendit ramum cæsiæ Minervæ,
Cœlestem coronam, splendidis decus Athenis,
Venisti, venisti, O, arcitenente cum Alcme-
nes filio simul rem fortiter gesturus,
Ilium, Ilium eversurus, urbem
Nostram, antea quando venisti (ex Græcia)
Quando adduxit primum Græciæ florem, dolens (*ant.* 1.)
Equorum *causa*, et ad late-fluentem Simoentem navem
Inhibuit pontigradam et rudentes puppibus alligatos suspendit,
Et exemit ex navibus sagittas, quas manu perite jaculabatur,
Laomedonti cædem: ædificia autem normarum Phœbi
Ignis punicea flamma demolitus
Trojæ diripuit agrum,
Bis autem gemino strepitu muros
Dardaniæ circumcirca cruenta avertit hasta.
Frustra igitur, O aureorum (*str.* 2.)
Inter cyathorum molliter incedens,
Laomedontie Puer,

Jovis habes poculorum
Implendorum munus, pulcherrimum ministerium:
Nam quæ te genuit terra (Troja) igne *jam* deflagrat.
Littora vero marina
Exclamant, qualis avi-
bus ob pullos luctus est,
Hæc quidem maritos *lugent*, alia vero liberos,
Alia autem matres annosas.
Tua vero roscida lavacra
Et gymnasiorum cursus
Perierunt: tu vero juvenilem fa-
ciem ingratum apud Jovis thronum
Pulchre tranquillum servas: Priami vero terram
Græca perdidit hasta.
O amor, amor, qui ad (*ant.* 2.)
Dardanias ædes olim venisti
Diis curæ existens:
Quam tunc quidem magnifice
Trojam exaltasti, cum diis
Affinitatem jungens! Jovis igitur
Probrum: non amplius dicam:
Verum candidas-alas-habentis
Auroræ grata mortalibus
Lux inquietatam vidit terram,
Vidit Pergamorum exitium,
Quamvis habens liberorum-procreatorem ex hac
Terra-oriundum maritum in thalamis,
Quem divorum quadrijugus a-
vexit croceus currus abreptum,
Spem patriæ terræ magnam: deorum vero
Amores fuerunt inutiles Trojæ.
MEN. O pulchram lucem spargens solis jubar istud,
In quo uxorem meam capiam
Helenam: hic enim qui multum laboravi ego
Menelaus sum, in expeditione Achivorum.
Veni autem *ad* Trojam, non quantum me putant,
Uxoris causa, sed contra virum, qui ex meis
Ædibus conjugem deceptor hospitum rapuit.
Sed ille quidem Diis faventibus *jam mihi* pœnas dedit,
Et ipse et patria Marte collapsa Græcanico.
Venio vero nunc istam Lacænam,—non enim libenter
Nomen uxoris, quæ quondam mea fuit, appello,—
Abducturus: in hac enim domo cum captivis
Annumeratur aliis Trojanis mulieribus.
Qui enim eam laborantes recuperaverunt bello,
Dederunt mihi eam interficiendam, sive non occidens

Velim eam abducere iterum in Argivam terram.
Mihi vero decretum est in Troja quidem mortem
Helenæ omittere, nautico vero *eam* abducere remo
In terram Græcam, et ibi eam dare interficiens,
Ultionem iis, quibus mortui sint apud Ilium amici.
Sed eia, ite in domum, ministri,
Adducite eam, cædibus pollutissima
Coma trahentes: prosperi vero quando
Flatus venerint, mittemus eam *in* Græciam.
HEC. O terræ vehiculum et in terra habens sedem,
Quicunque tandem es difficilis cognitu *animis nostris*
Jupiter, sive *es* necessitas naturæ, sive mens mortalium,
Veneror te: omnia enim, per arcanam
Vadens viam moderaris mortalia juste.
MEN. Quid rei est, quod preces innovas deorum?
HEC. Laudo te, Menelae, si occideris tuam conjugem.
Sed videns hanc, fuge, ne te capiat amore.
Capit enim oculos virorum, evertit civitates,
Et incendit domos: tales habet illecebras.
Ego ipsam novi et tu et reliqui qui *propter eam mala* passi sunt.
HEL. O Menelae, proœmium quidem pavore dignum
Hoc est: manibus enim a famulis tuis
Per vim ex hac domo rapior.
Sed quamvis quidem fere sciam me tibi invisam esse,
Tamen interrogare volo, quænam sententiæ *latæ sint*
A Græcis et a te de mea vita?
MEN. Non accurate de te statutum est, sed totus exercitus
Quem læsisti, te mihi dedit ut interficiam.
HEL. Licetne igitur ad hæc respondere verbis,
Quod non juste, si moriar, interficiar?
MEN. Non ad disputandum veni, sed ad te occidendum.
HEC. Audi eam, ne moriatur indigna hujus *rei*,
Menelae, et da contrarios sermones
Nobis contra eam: peccatorum enim quæ Trojæ admisit,
Nullum nosti. In unum enim collata tota res
Interficiet eam ita, ut non possit elabi.
MEN. Otio eget, quod petit: si tamen vult dicere,
Licet: propter tuam autem, ut sciat, intercessionem,
Concedam hoc ipsi, ipsius vero causa hanc *ei* non dabo gratiam.
HEL. Fortasse, sive bene, sive male dixero, mihi
Non respondebis, ducens me esse hostem.
Ego vero, *ad ea*, quæ scio te deceptantem verbis
Mihi objecturum esse, respondebo, paucis opponens
Mea, et tuas criminationes.

Primum quidem hæc peperit initia horum malorum,
Paridem pariens: deinde vero perdidit
Trojam et me ille senex *Priamus*, non interficiens infantem,
Facis tristem effigiem Alexandrum olim.
Audi vero jam cætera, ut se habent:
Hic *Paris* fuit judex triplicis jugi trium dearum.
Et Palladis quidem Alexandro *promissum* erat,
Fore ut Græciam, Phrygibus imperans, subigeret:
Juno vero promisit Asiam, Europæque fines *illum*
Regnum habiturum, si se *cæteris* judicans anteferret Paris.
Venus vero mirifice prædicans meam formam, *hanc*
Se daturam *ipsi* promisit, si Deas superasset
Pulchritudine: nunc vero quod secutum est, ut se habeat, perpende:
Vincit Venus deas: et tantum meæ nuptiæ
Juverunt Græciam; barbarorum imperio non estis subjecti,
Nec bello obviam euntes, nec tyrannide.
In quibus vero felix evasit Græcia, ego perii,
Palma pulchritudinis vendita, et probrose accusor,
Ob quæ oportuit me coronam in caput accipere.
Nondum dices me ad propositum dicere,
Quod discesserim clam ex tuis ædibus.
Venit, non exiguam deam habens secum,
Hujus *Hecubæ* malus dæmon, sive Alexandrum velis
Eum appellare, sive Parim:
Quem tu, O ignavissime, in tua domo relinquens,
Nave ex Sparta in Cretam abiisti.
(Sit ita:) non te, sed meipsam interrogabo de eo quod sequitur:
Quid igitur cogitans ex domo secuta sum
Hospitem, prodens patriam, et meam domum?
Ipsam deam *Venerem* objurga, et Jove potentior fias,
Qui quidem in alios deos habet imperium,
Hujus vero servus est: ideo et mihi est ignoscendum.
Inde vero posses habere speciosam accusationem adversus me:
Postquam Alexander mortuus ivit *in* terræ recessus,
*Tunc* oportuit me, quum mea connubia non essent ab aliquo Deorum coacta,
Relictis ædibus ad Argivorum naves venire.
Studebam hoc ipsum *facere:* testes autem sunt mihi
Turrium custodes et e muris speculatores,
Qui me sæpe deprehenderunt ex propugnaculis
Funibus ad terram clam demittentem hoc corpus.

Per vim autem hic novus maritus me rapiens
Deiphobus uxorem habuit invitis Phrygibus.
Quomodo igitur moriar, O marite, dedita,
A te juste, quam hic per vim duxit,
Illa vero e domo, pro victoriæ præmiis
Venumdata servivi. Si vero deos vincere
Vis, honesta admodum hoc stultum est.

CHO. O regina, defende tuos liberos, et patriam,
Hujus facundiam refutans, dicit enim
Præclare, cum malefica sit: hoc autem *est* perniciosum.

HEC. Deabus primum patrocinabor,
Et ostendam hanc non dicere justa.
Ego enim Junonem et Palladem virginem
Non eo dementiæ venisse puto,
Ut hæc quidem Argos barbaris vendiderit,
Pallas vero Athenas Phrygibus servire unquam,
Quæ per ludum, et per delicias de formæ palma
Venerint ad Idam: cujus enim *rei* gratia Dea
Juno tantum habuisset desiderium formæ?
An ut præstantiorem Jove acciperet maritum
Aut Pallas, an nuptias alicujus deorum expetens?
Quæ virginitatem a patre postulavit,
Fugiens conjugium? ne fac deas stultas,
Tuum peccatum ornans: nunquam sapientibus persuaseris.
Venerem porro dixisti, (hoc autem valde ridiculum est)
Venisse meo cum filio *ad Menelai* domos.
Nonne manens tranquille in cœlo
Potuisset eam abducere una cum ipsis Amyclis ad Ilium?
Sed meus filius fuit forma præstantissimus,
Tua vero mens facta est Venus ipsum conspicata,
Omnia enim stulta sunt Venus mortalibus.
Et nomen Deæ recte a stultitia incipit.
Quem tu intuens barbarico vestitu
Et auro splendentem, libidine incensa es animum.
Argis enim exiguas habens opes versabaris.
Discedens vero ex Sparta, Phrygum civitatem
Fluentem auro sperasti abunde suffecturam tuis
Sumptibus: non enim tibi satis erat Menelai
Domus, ad luxuriandum tuis deliciis.
Age: dicis meum filium vi te abduxisse.
Quis Spartanorum sensit, aut quam vociferationem
Edidisti, Castore adolescente
Et fratre adhuc vivente, nondum in cœlum agente.
Postquam vero Trojam venisti, Argivi vero tuum

Per vestigium, erat autem bellicum certamen,
Quoties quidem *res* hujus *Menelai* meliores nunciabantur tibi,
Menelaum laudabas, filius ut doleret meus,
Habens magnum rivalem amoris:
Quando vero vincebant Trojani, nihil erat iste.
In Fortunam enim intuens, hoc studebas, ut
Consectareris eam, Virtutem vero *sequi* nolebas.
Et deinde funibus corpus tuum te clam subducere voluisse dicis,
De turribus demittentem, quasi maneres invita?
Ubi ego deprehensa es, aut suspendens laqueos,
Aut gladium acuens? quæ generosa mulier
Fecisset, priorem desiderans maritum.
Atqui monebam te sæpe multis:
O filia, egredere: mei enim filii conjuges
Alias ducent; te vero ad naves Græcas
Mittam adjuvans furtivum discessum: fac autem finem belli
Inter Græcos, et nos. Verum hoc erat tibi molestum.
In Alexandri enim domo contumeliose-regnabas,
Et adorari a barbaris volebas.
*Illa* enim erant tibi magna: et jam, sic re habente, tuum corpus
Exiisti ornata, et aspicis cum marito
Eundem æthera, O execrandum caput:
Quam oportuit humilem in laceris pannis,
Frigore trementem, et raso capite Scytharum more,
Incedere, plus modestiæ quam impudentiæ
Habentem propter priora peccata.
Menelae, ut scias quorsum finiam sermonem,
Orna Græciam, interficiens hanc digne
Te ipso; et hanc legem pone aliis
Mulieribus, ut moriatur, quæcunque virum prodiderit.

CHO. Menelae, pro dignitate majorum *tuorum*, et tuæ domus,
Punias conjugem, et auferas ex Græcia
Probrum et mollitiem, inimicis animosum te præbens.

MEN. Tu in eandem sententiam mecum venisti, *quia putas*
Hanc volentem abiisse ex mea domo
Ad peregrina cubilia; et Venus propter speciem tantum
Orationi inseritur: vade ad lapidatores,
Et compensa longas miserias Græcorum brevi *tempore*
Moriens, ut discas me non dedecorare.

HEL. Ne, per genua te *oro*, morbum a diis *immissum*
Mihi imputans, interficias me, ignosce vero *mihi*.

HEC. Ne prodas socios, quos hæc interfecit:

Ego pro illis et pro liberis te precor.
MEN. Desine, anus: hanc enim nihil curo.
Dico vero famulis, ad puppes navium
Hanc ut deferant, unde navi avehetur.
HEC. Ne nunc ingrediatur tecum in eandem navim.
MEN. Quid vero est? habet majus pondus *nunc*, quam ante habuit?
HEC. Non est amator, qui non semper amat.
MEN. Utcunque evaserit mens amasiorum.
Fient jam, quæ petis; navem enim *hæc* non ingredietur,
In quam nos; haud enim male mones:
Ubi vero Argos venerit, ut digna est, male
Mala morietur, et mulieribus, ut pudicæ sint
Omnibus *exemplum* proponet: facile quidem hoc non *est:*
Sed tamen hujus mors in metum conjiciet
Stultitiam ipsarum, licet *hac* sint pejores.
CHO. Sic igitur in Ilio *conditum* (*str.* 1.)
Templum et odoribus cumulatam a-
ram prodidisti Græcis,
O Jupiter, et sacrificiorum flammam,
Et myrrhæ æthera volantis fu-
mum et Pergamon sacrum,
Et Idæos Idæos hederam-ferentes saltus,
Rigatos nive fluviali
Et verticem qui primum feritur a sole
Noctu illuminatam divinam summitatem.
Abierunt tibi sacrificia et chororum (*ant.* 1.)
Strepitus fausti per noc-
tem et privilegia Deorum.
Et aureorum simulachrorum figuræ,
Et Phrygum divinæ lu-
næ, conventu per decem populos-habito.
Cura *est* cura mihi, aliquando si hæc cogitas, O Rex,
Cœlestem sedem habitans
Ætheremque, urbis meæ deletæ,
Quam conflagrantem flammæ impetus absumpsit.
O chare, O marite mi, (*str.* 2.)
Tu quidem mortuus erras
Insepultus, sine aqua *lustrali:* me vero marina navis
Ruens remis trajiciet
Equis alendis aptum Argos, ubi muri
Lapidei, Cyclopei, ad cœlum assurgunt.
Liberorum vero multitudo ad portas
Lacrymis congrua gemens,
Clamat, clamat: mater, hei mihi!
Solam jam me Achivi ave-

hunt a tuis oculis
Nigram in navim
Marinis remis
Aut *in* Salaminem sacram,
Aut *in* bimarem verticem
Isthmi, ubi portis
Pelopis aperit sedes.
Utinam in navem Menelai (*ant.* 2.)
*Per* medium pelagus euntem,
Bisulcus sacer in mediam navem incidat
Jovis Ægei fulgurans ignis, fulmine micantis.
Ex Ilio quia me multum lacrymantem
Ancillam Græciæ ex patria effert.
Aurea vero specula, virginum
Delicias, habet
Jovis filiæ: neque unquam *in* terram
Perveniat Lacænam, nec *in* patrium
Thalamum Laris,
Nec *in* urbem Pitanes,
Nec *ad* æreis portis munitam Deam,
Dedecus ex infaustis nuptiis conflans
Græciæ magnæ,
Simoenticis vero
Miseras clades fluentis!
Io, io,
Novi cum novis commutati
Patriæ casus. Videte Trojanorum
Miseræ conjuges, hunc Astyanacta
Mortuum, quem jactu tristi de turribus
Interfecerunt Græci.
TAL. O Hecuba, unum navis remigium quod reliquum est,
Reliqua spolia Achillei nati
Ad littora Phthiotica deferre parat:
Ipse vero Neoptolemus decessit, novas quasdam
Calamitates Pelei cum audivisset, quod ipsum ex patria
Ejecerit Acastus Peliæ filius.
Cujus causa citius, quam si moræ tempus haberet,
Discessit, et cum ipso Andromache, quæ multarum mihi
Lacrymarum causa *fuit*, quando discedebat ex terra,
Patriam lugens et Hectoris
Tumultum alloquens. Et ipsum rogavit
Ut sepeliretur hic mortuus, qui lapsus ex muris
Amisit animam filius tui Hectoris:
Et clypeum æneum, qui fuit terror Achivorum,
Hunc, quem pater hujus circa latera gestabat,
Ne hunc ferret in Pelei domum,

Nec in eundem thalamum, ubi connubio jungetur
Mater hujus mortui Andromache, dolores videri,
Sed pro cedrino feretro et pro saxeo monumento,
Sepeliri puerum in hoc *clypeo:* et in tua brachia
Cadaver *me* dare ut adornes peplis,
Et coronis, quantum potes, ut tua tunc fert fortuna:
Nam ipsa *mater* abiit et festinatio domini
Eripuit ipsi potestatem filii sepulchro mandandi.
Nos igitur, dum tu adornas cadaver,
Terram huic injicientes abimus navi:
Tu igitur quam celerrime fac mandata:
Ab uno tamen labore te liberavi:
Scamandri enim hæc transiens fluenta
Lavi cadaver et ablui vulnera.
Sed vado huic fodiendo aperturus sepulchrum,
Ut expedite nobis meaque tuaque *opera*
In unum concurrentes, domum appellant navim.
HEC. Deponite rotundum Hectoris clypeum in solo,
Triste spectaculum et non gratum aspectu mihi.
O qui majorem armorum, quam mentis habetis laudem,
Quid hunc, Achivi, puerum metuentes, cædem
Novam patrastis? ne videlicet Trojam aliquando
Collapsam erigeret? nihil igitur eratis,
Quandoquidem, Hectore florente armis,
Periimus, et cum adessent innumeri alii bellatores:
Nunc vero capta urbe et deletis Phrygibus,
Tantillum puerum timuistis? Non laudo metum
Quisquis metuit aliquid, non perpendens ratione.
O charissime, ut tibi miseranda mors supervenit!
Si enim jam obiisses pro civitate, juventam nactus
Nuptiasque et imperium diis æquale,
Beatus fuisses, si quid horum beatum.
Nunc hæc quidem videns et reputans animo tuo, fili,
Delectatus es; in domo habens nihil tamen usus es.
Infelix capitis, ut te afflixerunt misere
Mœnia patria, Apollinis ædificationes,
Quam plurimum excoluit mater cæsariem,
Et deosculata est, unde erumpit
Cruor, ossibus confractis, ut fœda non dicam.
O manus, ut imaginem quidem jucundam patris
Habetis in articulis, et jacetis dissolutæ mihi!
O gratum os, sæpe multa jactare solitum.
Periisti, fefellisti me, quando irruens in *meas* vestes,
*O mater*, dicebas, *Certe multam tibi cincinnorum*
*Cæsariem abscindam, et ad sepulturam tuam æqualium*
*Cœtus adducam, dans tibi alloquia officiosa.*

Tu vero non me, sed ego me juniorem,
Anus, exul, liberis orbata, sepelio, miserum cadaver.
Hei mihi! illa multa oscula et meæ nutricationes
Et cantus illi periere mihi. Quidnam
Scribet de te Poeta in sepulchro?
Hunc puerum interfecerunt Argivi olim
Metuentes *eum?* turpe *fuerit* epigramma hoc Græciæ.
Sed, O qui patronorum nihil nactus es *bonorum*, habebis tamen,
Æneum scutum, in quo sepelieris.
O, pulcherrimum Hectoris brachium
Servans, optimum tui custodem *nunc* amisisti.
Quam dulcis in manubrio tibi jacet figura,
Umbonisque in bene-tornato ambitu sudor,
Quem ex fronte sæpe, labores sustinens,
Stillabat Hector, admovens genis.
Ferte, portate misero cadaveri ornatum
Pro præsentium *rerum* statu: non enim ad cultum sumptuosum fortunam
Dat Deus: ex iis vero quæ habeo, hæc accipe.
Stultus autem est inter homines, qui, putans se bene perficere
Firma, indulget gaudio. Variationibus enim Fortuna,
Furens veluti homo, huc et illuc
Saltat, nec ullus semper idem est felix.

CHO. Atqui præ manibus istæ tibi ex spoliis
Phrygum adferunt ornatum ut appendas cadaveri.

HEC. O Fili, non equis vincentem Te,
Neque æquales arcu, quem Phryges morem
Colunt, non ad satietatem sectantes,
Mater patris *in te* accumulat ornamenta
Ex tuis quondam facultatibus, nunc autem te diis invisa
Privavit iis Helena: præterea vero etiam tuam animam
Interfecit, et universum domum perdidit.

CHO. Heu, heu! tetigisti, tetigisti præcordia, O
Magnus olim mihi existens civitatis rector.

HEC. Quæ vero oportuit te induere corpori in nuptiis,
Ducentem nobilissimam Asiaticarum,
*Hæc* ornamenta vestium *tuo* corpori appendo.
Tu vero, quæ quondam fuisti victoriosa plurimorum
Mater trophæorum, Hectoris charum scutum,
Coronator: morieris enim, non mortua, cum *hoc* cadavere:
Quia te multo magis, quam astuti
Improbique Ulyssis æquum *est* honorare arma.

CHO. Heu heu æ æ!
O fili, quam tristi lamentatione terra

Excipiet te: lamentare, O mater—
HEC. Heu heu heu heu! CHO. Mortuorum lamentationem.
HEC. Heu mihi, mihi!
CHO. Heu igitur *ob* tua intolerabilia mala!
HEC. Ego quidem hæc tua vulnera fasciolis ligans curabo,
Infelix medici nomen habens, artem vero minime:
Cætera autem apud mortuos curabit pater tuus.
CHO. Tunde tunde manu caput, planctum edens acerbum hei mihi! (mihi!)
HEC. O charissimæ mulieres!
CHO. Hecuba, clare eloquere, quam vocem edis?
HEC. Non erat igitur apud deos aliud, nisi iræ tantum,
Et Troja præ omnibus urbibus invisa erat,
Frustra igitur sacrificavimus. Si vero Deus non
Evertisset *nos* superne dejiciens infra terram,
Obscuri agentes non celebrati essemus
A Musis, dantes carmina posteris mortalium.
Discedite, miserum cadaver tumulo sepelite:
Habet enim, quemadmodum convenit, mortuorum honores.
Existimo autem non multum interesse mortuorum,
Si quis sortiatur locupletes inferias.
Hoc enim tantum est inanis pompa viventium.
CHO. Io, io:
Misera mater, quæ magnas
Spes vitæ a te firmavit;
Et cum valde beatus existimareris, quod ex parentibus
Nobilibus sis procreatus,
Crudeli morte periisti.
HEC. Ah, ah.
Quosnam Iliacis in his verticibus
Video flammeas manus torribus
Agitantes? Trojæ
Novum aliquod malum aderit.
TAL. Edico manipulorum ductoribus, qui constituti estis ad incendendam
Priami hanc urbem, ne amplius otiosam flammam
In manibus servetis, sed ignem injiciatis,
Ut funditus eversa Ilii urbe,
Navigemus domum alacres a Troja.
Vos autem, (ut idem sermo habeat duas formas,)
Ite, Trojanorum proles, clarum quando
Clangorem tubæ dederint duces exercitus,
Ad naves Græcorum, ut navigetis *ex hac* terra.
Tu vero, O anus miserrima mulier,
Sequere: veniunt *enim* ad te ab Ulysse *missi*

Isti, cui te servam sors emittet ex patria.
HEC. Me miseram! hoc igitur postremum
Et finis omnium meorum malorum jam *est:*
Egredior ex patria, civitas igne succenditur.
Sed, O senilis pes, accelera quamvis ægre,
Ut salutem miseram urbem:
O magnum aliquando spirans inter barbaros
Troja, inclytum tuum nomen mox amittes.
Incendunt te, et nos educunt jam extra patriam
Servas: O dii! *sed* quid deos voco?
Nam et ante non audiverunt *nos* invocati.
Age curramus in incendium, utpote honestissimum mihi
Cum hac incensa patria mori.
TAL. Insanis, misera, propter tua mala:
Quamobrem abducite *eam*, ne parcite. Ulyssis enim oportet
In manum dare et *ei* hoc munus mittere.
HEC. Otototototototoi!
O Phrygie rex, proles Saturnia,
Pater, indigna Dardani
Sanguine videsne hæc, quæ patimur?
CHO. Videt, hæc vero magna civitas
Non amplius civitas periit, nec amplius est Troja.
HEC. Otototototototoi!
Collucet Ilium,
Pergamorum igne flagrant culmina
Et civitas et summitates murorum.
CHO. Veluti autem Fumus ala, sub-
limi sublatus terra ferro excisa evanescit
Usta per palatia vastata igne
Et hostili hasta.
HEC. O patria altrix meorum liberorum!
CHO. Heu, heu!
HEC. O liberi, audite, agnoscite matris vocem.
CHO. Vocas mortuos lugubri voce.
HEC. Et senilia ponens membra in solo,
Et manibus terram tundens ambabus?
CHO. Succedens tibi genu pono *in* terra,
Meos vocans sub terra
Miseros maritos.
HEC. Agimur, ferimur. CHO. Dolorem, dolorem clamas.
HEC. Ad servilia atria. CHO. Ex mea patria.
HEC. Heu!
O Priame, Priame! tu quidem mortuus
Insepultus, et absque amicis, es ignarus meæ miseriæ.
Atra enim oculos tuos tegit

Mors pium impia cæde.
Heu deorum templa et chara civitas!
CHO. Heu, heu!
Letalem patimini flammam bellique cuspidem:
Mox in charum solum ingloria concidetis.
Pulvis vero in aerem means ala fumo pari
Ignaram domus meæ me reddet.
Nomen vero terræ ignotum: sed
Alio modo alia *res* evanida perit. Nec amplius est
Infelix Troja.
HEC. Cognovistis, audivistis Pergamorum *ruentium* fragorem?
Concussio totam, concussio obruit urbem.
Hei! tremula tremula membra,
Ferte meum vestigium!
TAL. Ite ad miserum
Servilem vitæ statum.
Heu! misera civitas! Sed tamen
Promove pedem tuum ad naves Græcorum.

# EURIPIDIS

## CYCLOPS.

## DRAMATIS PERSONÆ.

SILENUS.

CHORUS SATYRORUM.

ULYSSES.

CYCLOPS.

# EURIPIDIS

## CYCLOPS.

SIL. O BACCHE, propter te fero innumerabiles labores
Nunc et quando in juventute meum florebat corpus:
Primum quidem, quando furiis agitatus a Junone
Nymphas montanas nutrices relinquens abiisti:
Deinde in prælio belli Gigantei,
Ad dextrum pedem tuum auxiliator cum essem,
Enceladum, clypeum in medium percutiens, hasta
Interfeci.—Age videam: hocne somnium a me visum dico?
Non per Jovem, nam et spolia ostendi Baccho.
Et nunc illis majorem haurio laborem:
Postquam enim Juno tibi genus Tyrrhenum
Immisit latronum, uti ablegareris procul,
Ego audiens *hoc*, cum *meis* liberis navigo
Ad tui inquisitionem. In puppi vero summa
Ipse *gubernaculo* correpto regebam utrinque-*remis*-impulsam navem,
Filiique *mei Satyri ad* remos sedentes, glaucum mare
Fluctibus dealbantes, quærebant te, O rex.
Jam vero prope Maleam navigantes,
Subsolanus ventus navem adflans,
Impulit nos ad hanc Ætneam petram,
Ubi monoculi filii marini dei
Cyclopes habitant antra deserta, homicidæ.
Horum unius capti sumus in sedibus
Servi: vocant autem eum, cui servimus,
Polyphemum: et pro lætitia bacchica
Greges Cyclopis impii pascimus,
Filii igitur mei clivis in extremis
Pascunt oves, juvenes existentes:
Ego vero ut impleam popula et verram habitacula
Manens *domi* constitutus sum, huic impio

Cyclopi conviviorum injustorum minister.
Et nunc *mihi* mandata necessitatem imponunt,
Me mundare ferreis his rastris domum,
Ut et absentem dominum, Cyclopem, meum
Mundis antris et oves excipiamus.
Jam vero filios prope pascentes video
Greges: quid hoc? num strepitus Sicinnidum
Similis *est* nunc vobis *ac* quum Baccho
Sodalium chori stipantes Althææ domum
Adibatis, cantu barbitorum exhilarati?

CHO. Quonam mihi generosis *ex* patribus (*str.* 1.)
Et generosis ex matribus *nate*,
Quo mihi vadis *per* scopulos?
Non hic a vento defensum stabulum
Et lætum gramen,
Et vorticosa aqua fluviorum
In alveis posita est juxta an-
tra, non tibi balatus agnorum hic.
Heus tu! non hic, non hic pasceris? (*str.* 2.)
Non *in* clivo roscido?
(Ohe!) jaciam saxum mox *in* te *
Redi O redi O cornute
*Ad* pastoris stabularium *
Cyclopis agrestis.
Laxa mihi turgentes mammas: (*ant.* 1.)
Excipe sub papillis agnorum propaginem,
Quam relinquis *in* thalamis.
Desiderant te interdiu-dormientium
Balatus parvorum agnorum.
In *stabulorum* aulam ecquando intrabis,
Herbida relinquens pascua,
Ætnæos intra scopulos?
Hic non *est* Bromius, hic non *sunt* Chori, (*ant.* 2.)
Nec Bacchæ thyrsigeræ
Non tympanorum strepitus
Ad fontes aquifluos,
Non vini virides guttulæ,
Non Nyssa cum Nymphis.
Bacchium, bacchium carmen (*epod.*)
Cano ob Venerem,
Quam quærens volitabam
Cum Bacchis candidos-pedes-habentibus.
O chare, O chare Bacche,
Ubinam solus-versaris
Flavum capillitium concutiens?
Ego enim tuus minister

Servio Cyclopi
Unoculo,
Servus errans cum hac
Hirci misera pelle
Longe a te amico.
SIL. Tacete, filii, in antra vero excavata-in-saxis
Greges cogere famulos jubete.
CHO. Ite: Sed quamnam, pater, festinationem jam habes?
SIL. Video ad littus scapham navis Græcæ
Et remorum dominos cum duce quodam
Venientes ad hoc antrum, et circa collum
Vasa ferentes vacua, cibi indigentes,
Urnasque aquaticas: O miseri hospites,
Quinam sunt? non norunt dominum
Polyphemum, qualis sit, inhospitale solum
Hoc ingredientes, et *ad* Cyclopis buccas
Istas hominum-voratrices infeliciter venientes.
Sed taciti sitis, ut *ex ipsis* quæramus,
Unde accedant *ad* Siculam Ætnæam rupem.
ULY. Hospites, possetisne dicere, aquam fluvialem unde
Sitis remedium possimus accipere? et si quis velit
Cibum vendere nautis indigentibus?
Undenam? *ad* Bacchi terram videmur appulisse:
Ad antra Satyrorum hunc gregem video.
Salvere jubeo primum natu maximum.
SIL. Salve, hospes, quinam autem sis, dicito, et tuam patriam.
ULY. Ithacus Ulysses, Cephaleniæ terræ rex.
SIL. Novi virum loquacem, vafrum Sisyphi genus.
ULY. Ille ipse sum, ne tamen convicieris mihi.
SIL. Unde ad Siciliam hanc navigans ades?
ULY. Ab Ilio et Trojano bello.
SIL. Quomodo? sinum non noris paternæ terræ?
ULY. Ventorum procellæ huc me violenter abripuerunt.
SIL. Papæ! hauris eandem fortunam quam et ego.
ULY. An et tu huc vi missus es?
SIL. Prædones persequens, qui rapuerunt Bacchum.
ULY. Quæ vero est hæc regio, et quinam eam habitant?
SIL. Ætnæus tumulus *est* Siciliæ altissimus.
ULY. Mœnia vero ubi sunt et urbis turres?
SIL. Non sunt: isti tumuli *sunt* sine hominibus, hospes.
ULY. Quinam vero *hanc* habent terram? an genus ferarum?
SIL. Cyclopes antra habentes, non tecta domorum.
ULY. Cui parent? an populare est imperium?
SIL. *Sunt* vagi pastores: nec ullus ulla *in re* ulli *alteri* paret.
ULY. Seminantne, aut unde vivunt, spicas Cereris?
SIL. Lacte et caseis et pecudum esu.

ULY. Bacchine potum habent, vitis laticem?
SIL. Minime: ingratam ergo habitant terram.
ULY. Suntne hospitales et pii in hospites!
SIL. Dulcissimas dicunt carnes hospites ferre.
ULY. Quid ais? delectanturne voratione cæsorum hominum?
SIL. Nemo venit huc qui non interfectus sit.
ULY. Ipse vero Cyclops ubinam est? an in domo?
SIL. Abiit ad Ætnam, feras vestigaturus canibus.
ULY. Scis igitur, quid facies, ut abeamus ex hac terra?
SIL. Non scio, Ulysses: quidlibet tamen in tuam gratiam faciemus.
ULY. Vende nobis cibum, cujus indigemus.
SIL. Non est, ut dixit, quidquam, præter carnem.
ULY. Verum dulce famis *est* et hoc levamen.
SIL. Est et caseus coagulo factus, et lac vaccæ.
ULY. Efferte: lux enim emptionibus convenit.
SIL. Tu vero, dic mihi, quantum vicissim *pro his* dabis aurum?
ULY. Non aurum, sed potum Bacchi fero.
SIL. O charissime dixisti, idem enim cujus jampridem indigemus.
ULY. Atqui Maron mihi potum dedit, filius dei.
SIL. Quem alui ego quondam *in* brachiis?
ULY. Bacchi filius, ut clarius scias.
SIL. In tabulis navisne est, an fers ipsum tecum?
ULY. Hic uter *est*, qui occultat ipsum, ut vides, senex.
SIL. Hic profecto ne buccam quidem impleret meam.
ULY. Certe bis tantus potus, *adest nobis*, quantus ex utre fluxerit.
SIL. Pulchrum fontem dixisti, gratumque mihi.
ULY. Visne ut primum tibi vinum mecum gustandum præbeam?
SIL. Æquum *hoc est:* profecto enim prægustatio emptionem vocat.
ULY. Atqui affero et poculum cum utre.
SIL. Age effunde, ut, cum bibero recorder, *quale sit*.
ULY. Ecce. SIL. Papæ, Quam pulchrum odorem habet!
ULY. Vidisti igitur ipsum? SIL. Non per Jovem, sed olfacio.
ULY. Gusta *nunc* ipsum, ut non verbis laudes tantum.
SIL. Eleu! Saltare me invitat Bacchus.
Ha, ha, ha!
ULY. Num tibi guttur rigavit egregie?
SIL. Ita ut vel ad extremos ungues pervenerit.
ULY. Præter hoc vero pecuniam etiam dabimus.
SIL. Laxa tantum utrem: omitte aurum.
ULY. Efferte nunc caseos, et ovium fœtum.
SIL. Faciam hæc, parum certe curans *meos* dominos.
Quia calicem unum ebibere vellem,
Omnium Cyclopum pro *eo* dans greges,

Et præceps ferri in mare a petra Leucade,
Semel ebrius et demittens supercilia.
Quoniam, qui bibens non lætatur, insanit:
In quo est hocce erectum excitare,
Mammarumque contrectatio, et paratum
Tangere manibus pratum, et saltatio simul,
Malorum et oblivio. Nonne ergo emam
Hunc potum, Cyclopis stultitiam
Plorare jubens et oculum illum medium.

CHO. Audi, Ulysses, confabulabimur aliquantulum tecum.

ULY. Atqui amici acceditis ad amicum.

CHO. Cepistis ne Trojam et Helenam captivam?

ULY. Et totam familiam Priami expugnavimus.

CHO. Nonne igitur, postquam juvenculam cepistis,
Omnes ipsam mulcastis per vices,
Quia multis delectatur nubens?
Proditricem *dico*, quæ caligas varias
Circa crura videns, et *Parin* aureum
Torquem ferentem circa medium collum,
Perturbata est mentem, Menelaum homuncionem
Optimum deserens: utinam nusquam genus
Mulierum natum esset, nisi mihi soli.

SIL. Ecce vobis pastorum pecudes,
Rex Ulysses, balantium agnorum nutrimenta,
Coagulatique lactis non pauci casei.
Auferte, secedite quam celerrime ab antris,
Racemi mihi potum vicissim dantes Bacchici.

ULY. Hei mihi! Cyclops iste venit: quid agemus?
Periimus enim, O senex: quo oportet fugere?

SIL. Intra hanc petram, ubi potestis latere.

ULY. Rem hanc diram dixisti *nos* in retia proficisci.

SIL. Non dirum *est hoc: nam* sunt multa petræ refugia.

ULY. Nequaquam: nam valde Troja gemeret,
Si fugeremus unum virum: maximam enim turbam
Phrygum sustinui sæpe cum clypeo.
Sed si moriendum est, moriemur generose,
Aut viventes gloriam pristinam fortiter tuebimur.

CYC. Retro cede, ad latus abi, quid hæc? quis hic ludus?
Quid bacchamini? Hæc non sunt Dionysus,
Non crepitacula æris et tympanorum pulsationes.
Quomodo mihi *se habent* in antris recens editi fœtus?
An ad ubera sunt, et sub matrum
Latera currunt, et in junceis vasis
Expressane est caseorum copia?
Quid dicitis? quid reponitis? mox aliquis *vestrum* hoc
ligno

Lacrymas emittet: spectate sursum, et non deorsum.
CHO. En, ad ipsum Jovem oculos attollimus,
Et astra et Orionem suspicio.
CYC. Prandium estne bene paratum?
CHO. Est: fauces modo sint paratæ.
CYC. An etiam lacte sunt crateres pleni?
CHO. Ut ebibere possis, si velis, totum dolium.
CYC. Ovillumne, an bovillum, an mixtum?
CHO. Quodcunque tu volueris: ne me deglutias tantum.
CYC. Minime: quia in medio ventre
Saltantes *me* perderetis his *vestris* gesticulationibus.—
Age, quam turbam hanc video ad stabula?
Prædones quidam, aut fures appulerunt ad *hanc* terram:
Video certe hos agnos ex meis stabulis
Tortis viminibus corpora colligatos,
Et vasa caseorum commissa, senique
Plagis frontem calvam intumuisse.
SIL. Heu mihi, febricito contusus miser.
CYC. A quo? quis in tuum caput pugnos-incussit, senex?
SIL. Ab his *fui percussus*, quia tua non sinebam eos auferre.
CYC. Non sciebant me deum, et a diis progenitum?
SIL. Dixi ego ista; illi tamen auferebant res *tuas:*
Et caseum, *me* non permittente, comederunt,
Et hos agnos efferebant: ligantes autem te
Ad lignum tricubitale, coram oculo tuo medio,
Viscera dicebant se vi exsecturos,
Et flagellis tuum tergum belle excoriaturos esse,
Et deinde te constrictum, in tabula
Navis injectum, vendituros esse alicui,
Ut saxa vectibus moveres, aut in pistrino fruges moleres.
CYC. Itane est? non igitur copidas quam celerrime vadens
Acues gladios, et magnum fascem lignorum
*Igni* impositum incendes? ut, mactati statim,
Impleant ventrem meum ex carbonibus
Calidum edentis cibum sine ullo *carnium distributore*,
Cætera vero ex lebete cocta et elixa:
Qui satiatus *sum* cibis montanis:
Satis leonum epulanti mihi est
Cervorumque jam pridem vero nullas humanas carnes
voravi.
SIL. Nova edulia post consueta, O domine,
Sunt dulcissima: non enim recens
Alii ad intra hæc venerunt hospites.
ULY. Cyclops, audi vicissim et hospites.
Nos cupientes cibi emptionem accipere
Prope tua antra venimus a navi:

Hos vero agnos nobis iste pro vini scypho
Vendidit et dedit, accepto potu,
Volens volentibus: et nihil horum per vim est *factum.*
Sed iste nihil veri dicit eorum, quæ dicit,
Postquam deprehensus est res clam te vendens tuas.
SIL. Ego? male pereas! ULY. Si mentior.
SIL. Non per Neptunum, qui genuit te, O Cyclops,
Non per magnum Tritonem et Nerea,
Non per Calypso et Nerei puellas,
Non per sacros fluctus, et piscium totum genus,
Juro, O pulcherrime, O Cyclopicule,
O hericule, quod non vendiderim ego has
Hospitibus res: aut male hi pulchri
Liberi pereant, quos ego maxime diligo.
CHO. Tibi habe: ego enim hospitibus has res
Vendentem te vidi: si vero ego falsa dico,
Pereat pater meus, hospites vero ne afficias injuria.
CYC. Mentimini: ego vero huic *Sileno* quam Rhadamantho
Plura fidem habeo, et justiorem pronuntio.
Volo autem *hos* interrogare. Unde navigatis, hospites?
Cujates *estis*, quæ vos enutrivit civitas?
ULY. Ithacenses quidem *sumus* genere, sed ab Ilio,
Eversa urbe, ventis marinis
*Ad* tuam terram tempestatibus-delati venimus, Cyclops.
CYC. An *estis illi* qui persecuti estis raptus pessimæ
Helenæ, ad Scamandro vicinam, civitatem Ilii?
ULY. Illi ipsi, labore gravi exhausto.
CYC. Turpis certe militia, qui propter unam
Mulierem navigastis in terram Phrygum.
ULY. Dei *fuit* hoc factum: neminem accuses mortalium.
Nos vero tibi, O marini dei generose fili,
Supplicamus et dicimus liberaliter,
Nolis ad antra tuos profectos amicos
Occidere, et cibum impium immittere genis:
Qui tuum, O rex, patrem templorum sedes habere
Posuimus in terræ Græcæ recessibus.
Et inviolatus manet Tænari portus sacer,
Meleæque capaces latebræ, et Sunii
Deæ Minervæ sospes, argento scatens rupes,
Et Geræstea refugia, Græciæ vero
Ægre ferenda probra, Phrygibus non condonavimus:
Cujus gloriæ et tu sis particeps: Græciæ enim recessus
Habitas sub Ætna, ignifera rupe.
Mos autem est hominibus, si quid rationes curas,
Supplices in mari perditos recipere,
Et munera dare hospitalia, et vestibus adjuvare,

Non ut boves transfigentibus affixi membra
Verubus, ventrem et maxillas tuas impleant.
Satis enim Priami terra viduavit Græciam,
Multorum mortuorum factam hasta cædem bibens,
Conjugesque viris et anus liberis orbatas perdidit
Canosque patres: si vero reliquos
Tu igni comburens epulas gulosas absumes,
Quo se convertet aliquis? Sed mihi pare, Cyclops,
Omitte aviditatem tuæ maxillæ, et pietatem
Impietati præfer: multis enim
Mala lucra damnum attulerunt.
SIL. Consulere tibi volo: de carnibus quidem
Nihil relinquas hujus: et si linguam ejus comederis,
Elegans fies et loquacissimus, Cyclops.
CYC. Divitiæ, homuncio, prudentibus deus *sunt:*
Reliqua vero *sunt* jactantia et verba splendida.
Arces vero marinas, quas consecratas habet Pater,
Valere jubeo: quid hæc proposuisti *tuis* verbis?
Jovis autem ego fulmen non metuo, hospes.
Nec scio, quod Jupiter sit me potentior deus.
Brevi non curo. Quomodo autem *eum* non curem,
Audi: quando deorsum mittit pluviam,
In hoc antro habitaculum habeo solidum et opertum,
Ubi vitulum assatum, aut aliquam feram bestiam
Epulans bene capienti ventri lusum,
Deinde ebibens lactis amphoram, solum
Pulso, cum Jovis tonitruis strepitu contendens.
Quando vero Boreas Thracius nivem fundit,
Pellibus ferarum corpus circundans meum,
Et ignem accendens, nivem nihil curo.
Terra vero necessario, sive velit, sive nolit,
Pariens herbam, pinguefacit pecudes meas.
Quas ego cui macto præterquam mihi, non *autem* diis,
Et ventri huic qui maximus est deorum:
Quia bibere, et comedere quotidie,
Id vero Jupiter est hominibus sapientibus,
Et nihil se angere: qui vero leges
Posuerunt, hominum vitam comptam reddentes,
Plorare jubeo: meæ vitæ ego
Non desinam benefaciens, edensque te.
Hospitaliaque accipies hæc, ut irreprehensus sim,
Ignem et patrium quendam lebetem, qui fervens
Tuam carnem pannosam pulchre teget.
Quamobrem serpite intro, deo in antro
Ut stantes circa aram, me lautis epulis excipiatis.
ULY. Heu, heu! labores quidem Trojanos effugi

Et marinos: nunc vero ad hominis impii
Animum appuli, et importuosum cor.
O Pallas, O domina Jove genita Dea,
Nunc, nunc opitulare: *ad* majores enim quam Ilio
Labores veni et in periculi gurgitem.
Et tu, lucidarum stellarum qui habitas sedem,
O Jupiter hospitii fautor, vide hæc: si enim hæc non vides,
Frustra putaris, Jupiter, cum nihili sis, Deus.

CHO. Amplarum faucium, O Cyclops,
Aperi labra quia parata *sunt* tibi
Elixa et assa et ex prunis detracta mandere,
Comedere, concidere dentibus membra hospitum,
In hirsuta pelle hircina dissecta.
Ne quæso, ne dimitte:
Solus *tu* soli navis scapham instrue.
Valeat quidem hæc aula,
Valeat etiam Thyadum
Ab aris amovendum, quod habet sacrificium
Cyclops Ætnæus, hospitum
Carnibus qui delectatur vorandis:
Crudelis *est ille*, *et* miser, qui
Ædium inquilinos hospites
Mactat jura obtestantes,
Secans, mandens,
Coctasque vorans abominandis dentibus
Hominum calidas ex prunis carnes.

ULY. O Jupiter, quid dicam, horribilia videns in antro,
Et non credenda, fabulis similia, non operibus hominum?

CHO. Quidnam est, Ulysses? num epulatur tuos
Charos socios maxime impius Cyclops?

ULY. Duos intuitus, et manibus contrectans,
Qui carnis habebant pinguissimam crassitiem.

CHO. Quomodo, O miser, estis passi ista?

ULY. Postquam saxeam hanc ingressi sumus mansionem,
Accendit ignem primum, altæ quercus
Ramos in latum focum injiciens,
Tribus fere curribus vehendum pondus.
Deinde ex foliis abiegnis humi stratum
Confersit lectum juxta ignis flammam.
Craterem vero implevit circiter decem-amphorarum,
Cum vaccas mulsisset, album infundens lac,
Et scyphum ex hedera apposuit in latitudinem trium
Ulnarum, profunditate vero quatuor videbatur.
Et æneum lebetem fecit fervere ad ignem,
Et verua ad summitates usta attulit,

Politaque falce, reliqua paliuri ramo,
Et vasa sanguinaria securium morsibus rotundata.
Cum autem essent parata omnia Diis inviso
Plutonis coquo, viros corripiens duos
Interfecit ex sociis meis ordine quodam
Alterum quidem in lebetis cavitatem æneam,
Alterum vero, a tendine correptum summi pedis,
Allidens ad acutum unguem saxeæ rupis,
Cerebrum effudit; et corripiens
Immani cultro carnem assabat igne,
Alia vero membra in lebetem elixanda immisit.
Ego vero miser lacrymas ab oculis fundens,
Accedebam ad Cyclopem, et inserviebam *ei:*
Alii vero, ut aves, in recessibus petræ
Metu trepidabant, nec sanguis inerat corpori.
Cum autem sociorum meorum satiatus cibo
Recubuisset, ex faucibus aerem emittens gravem,
Venit mihi in mentem quiddam divini: implens *enim* poculum
Marone ipso meraco, huic affero, ut bibat,
Dicens hæc: O fili marini dei, Cyclops,
Vide hunc, qualem Græcia ex vitibus
Divinum ferat potum, Bacchi laticem.
Ille vero plenus inverecundi cibi,
Accepit exhausitque trahens amystiden,
Et laudavit tollens manum: O jucundissime hospitum,
Jucundum poculum ad convivium bonum das.
Lætari autem ipsum ut sensi ego,
Alium dedi calicem, sciens, quod
Sauciabit eum vinum, et *ipse* dabit pœnas cito.
Et jam ad carmina veniebat: ego vero infundens *calices*
Alium super alium, viscera calefaciebam potu.
Cantat autem apud flentes navigationis socios meos
Incondita *quædam*, resonat autem antrum. Egressus vero ego
Tacite, te servare et me, si velis, volo.
Quare dicite, utrum velitis, an vero nolitis,
Fugere inhospitalem virum et Bacchi
Habitare aulam cum Naïdis puellis.
Qui enim intus est tuus pater hæc probat.
Nam imbecillis *est* et curæ expers ex potu,
Tanquam ad viscum, calice captus
Alam vacillat: tu vero, juvenis enim es,
Serveris mecum, et veterem amicum
Bacchum recipe, Cyclopi non similem.

CHO. O charissime, utinam hanc videamus diem,

Cylopis effugientes caput impium!
Quia ex longo tempore charam fistulam
Terentes hanc, non possumus compescere.
ULY. Audi igitur nunc, quam habeam ultionem
Belluæ atrocis, et *quod* tuæ servitutis effugium.
CHO. Dic, quia Asiaticæ non libentius strepitum
Citharæ audiremus, quam Cyclopem periisse.
ULY. Ad convivium ire vult ad fratres
Cyclopes exhilaratus hoc bacchico potu.
CHO. Intelligo, solum deprehendens ipsum in sylvis
Interficere cogitas, aut de saxis præcipitare.
ULY. Nihil tale, dolosa hæc audacia est.
CHO. Quomodo igitur? sapientem enim te audivimus jam pridem esse.
ULY. Ab hoc quidem convivio ipsum avertam dicens,
Quod non Cyclopibus potum oporteat dare hunc,
Sed solum habere, et vitam suaviter agere.
Quando autem dormierit a vino superatus,
Ramus oleæ quidam est in ædibus,
Quem ense hoc acuens extremum,
In ignem imponam: et deinde quando incensum
Videro ipsum, tollens ardentem, in mediam inferam
Cyclopis frontem, et oculum igne cremans consumam.
Ut autem si quis vir navis fabricam compingens
Duobus loris terebrum agitat,
Sic circumvertam torrem in lucifero
Cyclopis oculo, et arefaciam pupillam.
CHO. (Io, io.) gaudeo, insanimus hoc invento.
ULY. Et deinde et te et amicos et senem
In navis nigræ cavam imponens scapham,
Duplicibus remis *ex* hac deducam terra.
CHO. Fierine igitur potest, ut, tanquam post libationem exta,
Et ego comprehendam excæcantem oculos
Torrem? cædis enim hujus particeps esse volo.
ULY. Oportet certe: quia magnus *est* torris, quem te simul comprehendere oportet.
CHO. Quippe vel centum plaustrorum tollerem onus,
Si Cyclopis male perituri
Oculum, tanquam nidum-vesparum possimus elidere.
ULY. Tacete nunc: dolum enim scis:
Et quando jubebo, architectis
Parete; ego enim viris relictis charis,
Qui intus sunt, non solus servabor.
Quanquam possem effugere, et *jam* egressus sum ex antri penetralibus:
Sed non *est* æquum *me*, derelictis meis amicis,

Cum quibus veni huc, effugere solum incolumem.
SE.1. Age, quis primus? quis vero post primum
Ordinatus, torris manubrium portare,
Intra Cyclopis palpebras intrudens,
Clarum oculum perforabit?
SE.2. Tace, tace. Jam enim ebrius
Insuave carmen canens
Absonus cantor, et mox ploraturus,
Procedit extra saxeam domum.
Age ipsum ad comessandum erudiamus
Ineruditum.
Omnino cæcus est futurus.
CHO. Beatus, qui bacchatur
Uvarum grato latice
Ad comessandum emollitus,
Amicum puerum in ulnis complectens,
Et in lecto flavum
Delicatæ tenens amicæ
Unguentis delibutum nitens ipse cincin-
num, nec canit, fores quis aperiet mihi?
CYC. Ah, ah, ah: plenus quidem vini sum,
Lætor autem *ob* convivium pubis,
Alveum ceu navis oneraria repletus
Usque ad tabulatum ventris summi.
Invitat me gramen lætificum
Ad comessandum verna tempestate,
Ad Cyclopes fratres.
Age mihi, hospes, age utrem, in manus.
CHO. Pulchrum oculis cernens,
Pulchre egreditur aula.
* * Aliquis amat nos.
Faces autem accensæ delectabunt tibi
Cutem, O tenera Nympha
Intus in roscidis antris.
Coronarum vero non unus color
Circa tuum caput mox versabitur.
ULY. Cyclops, audi, quia ego Bacchi
Hujus peritus sum, quem bibendum dedi tibi.
CYC. Bacchus vero quis deus putatur?
ULY. Maximus hominibus ad jucunditatem vitæ.
CYC. Eructo igitur eum suaviter ego.
ULY. Talis est deus: neminem lædit hominum.
CYC. Deus vero in utre quomodo lætatur domicilium habens?
ULY. Ubicunque quis *ipsum* ponit, illic contentus degit.
CYC. *At* deos non decet habere domum in pellibus.
ULY. Quid vero? si te *vinum* delectat, an pellis te offendit?

CYC. Odi *quidem* utrem: hunc vero potum amo.
ULY. Manens igitur hic bibe, et sis hilaris, Cyclops.
CYC. Non oportet me fratribus hunc impertire potum?
ULY. Habens enim ipse honoratior eris.
CYC. Impertiens autem amicis utilior *ero*.
ULY. Pugnas et maledicas rixas amat comessatio.
CYC. *Quamvis* inebriemur, tamen nemo tanget me.
ULY. O amice, potum oportet domi manere.
CYC. Stultus *est*, quisquis *bene* potus, non amat comessationem.
ULY. Qui vero ebrius domi manet, *est* sapiens.
CYC. Quid agimus, Silene? tibine videtur manendum esse?
SIL. Videtur: quid enim opus est aliis convivis, Cyclops?
CYC. Et sane solum florido virore pubescit.
SIL. Et ad æstum solis pulchrum *est* bibere.
Accumbas igitur huc, ponens latera in terra.
CYC. (Ecce:) cur vero craterem post me ponis?
SIL. Ne præsens aliquis apprehendat. CYC. Bibere enimvero
Clanculum tu vis: ponas ipsum in medium.
Tu vero, hospes, dic nomen, quo te oportet vocare.
ULY. Neminem: sed quo beneficio accepto te laudabo?
CYC. Omnium sociorum ultimum te devorabo.
ULY. Egregium certe munus hospiti das, Cyclops.
CYC. Heus *tu*, quid agis? vinum ebibis clam?
SIL. Non, sed me hic osculatus est, quia venustum aspectum habeo.
CYC. Plorabis, amans vinum quod non amat te.
SIL. Non per Jovem, quia dicit se amare me pulchrum.
CYC. Infunde: plenum vero poculum da tantum.
SIL. Quomodo igitur sit temperatum, age videamus.
CYC. Perdes: da sic. SIL. Non per Jovem, priusquam te
Coronam videro accipientem, gustároque adhuc.
CYC. O pincernam injustum. SIL. Imo per Jovem, sed vinum hoc *est* dulce.
Emungere igitur te *prius* debes, ut potum accipias.
CYC. Ecce, labra sunt pura et barba mea.
SIL. Ponas igitur cubitum concinne, deinde bibe,
Sicut vides me bibentem et sicut non læderis.
CYC. Ha, ha, quid facis? SIL. Suaviter exhausi uno impetu.
CYC. Accipiens, hospes, ipse pincerna meus esto.
ULY. Familiaris est vitis meæ manui.
CYC. Age, nunc infunde. ULY. Infundo, tace modo.
CYC. Rem difficilem dixisti *illi*, qui bibit multum.
ULY. Ecce accipiens ebibe, et nihil relinquas.
Immori autem liquori bibentem oportet.
CYC. Papæ. Sapiens profecto *est* lignum vitis.
ULY. Et siquidem ad multum cibum multum potaveris,

Madefaciens non sitientem ventrem, in somnum *te* conjiciet:
Si quid vero reliqueris, arefaciet te Bacchus.
CYC. (Iu, iu.) ut enatavi vix, meraca *est* hæc voluptas.
Cœlum vero mihi videtur commistum
Terra ferri, Jovis etiam thronum
Video, et omnium Deorum sanctum numen.
Non osculabor: procantur me Charites.
Quiescam contentus isto Ganymede
Rectissime per Gratias: delector autem quodammodo
Puerorum amoribus magis, quam mulieribus.
SIL. Ego enim sum Jovis Ganymedes, Cyclops.
CYC. Ita per Jovem, quem ego rapio ex Gargaro.
SIL. Perii, O filii: impia patiar mala.
CYC. Reprehendis amatorem fastuose te geris et in potum?
SIL. Hei mihi! acerbissimum fastum videbo cito.
ULY. Agite nunc, Dionysi filii, generosi pueri,
Intus enim vir: somno autem resolutus,
Cito ex tetris faucibus ejiciet carnes.
Et torris in aula fumum emittit.
Nihilque aliud jam parandum restat, nisi ut uramus
Cyclopis oculum: sed *vide* ut vir sis.
CHO. Saxi robur et adamantis habebimus.
Ingredere autem domum, priusquam pater patiatur
Fœdum quid, quia res tibi sunt paratæ hic.
ULY. Vulcane Rex Ætnææ, vicini mali
Lucidum inflammans oculum libera te semel.
Et tu, O nigræ Noctis Somne alumne,
Meracus venias belluæ diis inimicæ,
Et ne post pulcherrimos Trojanos labores
Et nautas et ipsum perdatis Ulyssem
Per *hunc* virum, qui nec Deos nec homines curat.
Aut Fortunam quidem oportet existimare Deam,
Deorum vero *numen* Fortuna inferius.
CHO. Comprehendet col-
lum firmiter forceps
Hospitum-epulatoris: mox enim igne
Lucidas perdet pupillas
Jam torris ambustus:
Occultatur in cinere arboris ingens ramus.
Sed eat Maron:
Exigat *pœnas* pollutus:
Auferat palpebram
Cyclopis, ut infeliciter bibat.
Et ego amantem-hederæ-gestationes Bacchum
Amabilem videre volo,

Cyclopis relinquens solitudinem.
Nam ad tantum *gaudium* perveniam ?
ULY. Tacete per deos, feræ, quiescite,
Claudentes articulos oris: neque spirare *vos* sino,
Neque connivere oculis, neque excreare quenquam,
Ne excitetur hoc malum, donec oculi
Visio Cyclopis cum igni decertaverit.
CHO. Taceamus deglutientes aerem faucibus.
ULY. Agite nunc, attingatis torrem manibus,
Intro profecti: inflammatus enim est pulchre.
CHO. Nonne tu ordinabis, quos primum oporteat
Ustulato vecte correpto extrudere lumen
Cyclopis, ut hujus fortunæ participes simus.
SE. 1. Nos quidem sumus longius paullo pro foribus
Stantes, quam ut ignem in oculum impellere possimus.
SE. 2. Nos vero claudi modo facti sumus.
SE. 1. Idem igitur accidit vobis, quod et mihi. SE. 2. Pedibus enim
Stantes convulsi sumus, nescio, unde.
SE. 1. An stantes habetis spasmum ? SE. 2. Et oculi
Sunt nobis pleni pulveris aut cineris alicunde.
ULY. Homines ignavi, e nullius pretii *sunt* hi socii.
CHO. Quoniam tergum et spinam miseramur,
Et dentes amittere non volo
Verberatus, hæc est illa *nostra* ignavia.
Sed scio incantationem Orphei valde bonam,
Ut sponte sua torris in cranium
Vadens incendat monoculum filium terræ.
ULY. Jampridem quidem sciebam te esse talem natura;
Nunc vero scio melius. Propriis igitur amicis
Uti me oportet. Manu vero si nihil vales,
Sis saltem adhortator, ut fortitudinem
Amicorum adhortationibus tuis consequamur.
CHO. Hoc faciam: in Care periclitabimur.
Propter adhortationem vero comburatur Cyclops.
Io! io!
Fortissime *torrem* impellite, festinate:
Urite supercilia bestiæ
Epulatricis-hospitum.
Inflammate O, urite O.
Ætnæ pastorem
Terebra, vulnera, ne te dolore exasperatus
Illiberaliter tractet.
CYC. Hei mihi! Oculi splendorem torre combustum amisimus.
CHO. Pulcher hic Pæan: cane mihi hunc, O Cyclops.
CYC. Hei mihi iterum, ut sum contumelia affectus, ut perii!

Sed nunquam effugietis ex hoc antro
Gaudentes, homines nihili: in porta enim
Stans *hujus* hiatus manus infigam.
CHO. Quidnam clamitas, Cyclops? CYC. Perii.
CHO. Turpis videris. CYC. Præterea etiam miser.
CHO. An ebrius lapsus es in medios carbones?
CYC. Nemo me perdidit. CHO. Nemo *ergo te* injuria affecit.
CYC. Nemo excæcavit mihi palpebram. CHO. Ergo non es cæcus.
CYC. Utinam et tu sis talis. CHO. Et quomodo te nemo possit excæcare?
CYC. Tu rides: Nemo autem, ubi est. CHO. Nusquam, Cyclops.
CYC. Hospes, ut recte intelligas, me perdidit,
Detestabilis, qui dans mihi potum subvertit.
CHO. Vafrum enim *est* vinum, et luctari potens.
CYC. Per deos, effugeruntne, an manent in domo?
CHO. Isti tacite petram ante se
Habentes, stant. CYC. Ad utram manum?
CHO. Ad dextram. CYC. Ubi? CHO. Ad ipsam petram.
Habes? CYC. Malum certe ad malum; cranium
Impingens fregi. CHO. Jam te effugiunt.
CYC. Non hac, quandoquidem hac dicebas. CHO. Non hac dico.
CYC. Quomodo igitur? CHO. Circumeunt te ad sinistram.
CYC. Hei mihi! irrideor: ridetis me in malis.
CHO. Sed non jam amplius: sed Nemo est ante te.
CYC. O pessime, ubi es? ULY. Procul a te
Cautione custodio corpus hoc Ulyssis.
CYC. Quid dixisti? an mutato priore nomine novum dicis?
ULY. Quod qui genuit me nominavit Ulyssem.
Daturus eras impii cibi pœnas:
Ægre enim Trojam inflammassem,
Si te propter necem sociorum ultus non essem.
CYC. Heu, heu! antiquum oraculum perficitur.
Me enim a te excæcatum iri dicebat,
A Troja redeunte: sed et te
Pœnas daturum pro his prædixit
Longum in mari tempus jactatum.
ULY. Plorare te jubeo: et feci, quod dico.
Ego autem ad littus vado, et navis scapham
Impellam ad mare Siculum et in meam patriam.
CYC. Nequaquam, quia te, abrumpens ab hoc saxo aliquid,
*Tuis* cum nautis conteram jaculatus.
Sursum autem in collem ibo, quamvis sim cæcus,
Per utrinque hiantem rupem hanc ambulans pedibus.
CHO. Nos vero, navigationis-socii hujus Ulyssis
Existentes, posthac Baccho serviemus.

# EURIPIDIS

## BACCHÆ.

## DRAMATIS PERSONÆ.

BACCHUS.

CHORUS EX BACCHIS.

TIRESIAS.

CADMUS.

PENTHEUS.

FAMULUS.

NUNCIUS.

ALTER NUNCIUS.

AGAVE.

# EURIPIDIS

## BACCHÆ.

BAC. VENIO *in* hanc Thebanorum terram filius Jovis
Bacchus, quem peperit olim Cadmi filia
Semele, obstetrice usa fulgurante igne:
Formam vero permutans ex Deo humanam,
Adsum *ad* fontes Dircæ et Ismeni aquam.
Et video sepulchrum matris ictæ-fulmine
Hoc, juxta domum, et ædium ruinas
Fumantes, et adhuc viventem flammam divini ignis,
Perpetuam contumeliam Junonis in meam matrem.
Laudo autem Cadmum, qui inaccessum hunc locum
Facit, sacellum filiæ: vitis vero ipsum
Undique ego sepivi racemiferis frondibus.
Relinquens autem Lydorum auro abundantes agros,
Et Phrygum, Persarumque apricos campos,
Et urbes Bactrianorum et gelidam terram
Medorum peragrans, et Arabiam felicem
Et Asiam universam, quæ ad salsum mare
Jacet, mixtis Græcis et barbaris simul
Populosas habens turribus bene-munitas urbes,
Illicque agens choros et constituens mea
Sacra, ut sim manifestus deus hominibus,
Ad hanc primum veni civitatem Græcorum:
Primas vero Thebas hujus terræ Græcanicæ
Ululatu-complevi, induens cervinam pellem corpori,
Et thyrsum dans in manus, hederaceum telum.
Quia me sorores matris, quas minime oportuit,
Dionysum negabant ex Jove natum esse,
Sed Semelen, compressam ab aliquo mortali,
In Jovem contulisse culpam stupri,
*Idque* Cadmi commentis, quorum causa ipsam interfecisse

Jovem ementiebantur, quod finxisset hunc concubitum.
Quamobrem ipsas ex ædibus œstro-percitas expuli ego
Furoribus: montem vero *nunc* habitant, deliræ mentibus:
Coegique *eas* habere ornatum meorum sacrorum,
Et totum sexum fœmineum Cadmeorum, quotquot
Nubiles erant, furore-correptas-expuli ex ædibus:
Simul vero cum filiis Cadmi mixtæ
Viridibus sub abietibus insident rupes ubi nulla ædium tecta sunt.
Oportet enim civitatem hanc scire, etsi nolit,
Se non initiatam esse meis sacris,
Meque pro Semele matre causam agere,
Apparendo mortalibus Deus, quem *ipsa* peperit Jovi.
Cadmus quidem et dignitatem et imperium
Pentheo tradidit, nato ex *sua* filia,
Qui gerit bellum mecum, et a libationibus
Repellit me, nec ullam facit mentionem *mei* in precibus.
Quamobrem ipsi me Deum esse demonstrabo
Et cunctis Thebanis: in aliam vero regionem,
Rebus hic bene compositis, transferam pedem,
Ubi ostendero me ipsum: si vero Thebanorum civitas
Per iram cum armis Bacchas a monte reducere
Conetur, exercitus ducem me Mænadibus addam.
Quamobrem speciem mortalem *ex divina* mutatam habeo,
Et meam formam mutavi in virilem naturam.
Sed, O relinquentes Tmolum, propugnaculum Lydiæ,
Sodalitium meum, mulieres, quas ex barbaris
Adduxi socias et comites mihi,
Tollite consueta in terra Phrygum
Tympana, Rheæque matris et mea inventa.
Regiasque circa domos istas profectæ
Penthei pulsate, ut *hæc* videat Cadmi civitas.
Ego vero cum Bacchis, ad Cithæronis juga
Profectus, ubi sunt, particeps ero chorearum.
CHO. Asiatico ex agro *profecta*, sacrum Tmolum relinquens Bromio exerceo,
Laborem jucundum fatigationemque facilem,
Bacchicum celebrans deum.
Quis *in* via? quis *in* via?
Quis *in* atriis? minime obstrepat
Et os pium unusquisque sanctificetur:
Nam iis quæ solenniter instituta sunt
Semper Dionysum celebrabo.
O felix, quicunque reverenter sacra deorum (*str.* 1.)
Sciens, purificat vitam,
Et consecrat animam, in

Montibus bacchans sacris purgationibus,
Et matris magnæ orgia Cybeles colens,
Thyrsumque quatiens, et hedera coronatus
Dionysum colit.
Ite Bacchæ, ite Bacchæ, Bromium deum dei filium
Dionysum deducentes ex Phrygiis mon-
tibus in vicos latos Græciæ, hunc Bromium:
Quem olim cum esset in partus puerperis necessi- (*ant.* 1.)
tatibus, advolante Jovis tonitru,
Utero ejectum mater e-
didit, relinquens vitam fulminea plaga:
Puerperis autem confestim ipsum excepit thalamis Saturnius Jupiter:
Et occultans *in* femore aureis conclusit
Fibulis abditum a Junone.
Peperit vero, quando Parcæ perfecerunt cornigerum deum,
Et coronavit draconum sertis, unde prædam leti-
feram Mænades injiciunt undique crinibus.
O Thebæ nutrices Semeles, (*str.* 2.)
Coronamini hedera:
Florete, florete viridi
Smilace pulchros-habente-corymbos,
Et bacchamini quercus
Aut abietis frondibus *ornatæ*,
Et vestem maculosarum pellium-cervinarum
Velate candidorum pecorum
Velleribus: circum autem ferulas protervas
Congregamini: mox terra omnis aget choreas
Bromius *enim est*, qui choros ducit
In montem, in montem, ubi manet
Muliebris turba
A telis, et a radiis
Furore excita a Baccho.
O contubernium Curetum (*ant.* 2.)
Et divini Cretenses
Natalitii Jovis Specus,
Ubi triplicem galeam gestantes in antris
Hunc *tympani* rotundum orbem intentum corio,
Invenerunt mihi Corybantes:
Et in Bacchicis sacris continuo
Miscuerunt dulcisono Phrygiarum
Tibiarum flatu, Rheæque
Manus posuerunt, in cantibus Baccharum pulchre adsonantem:
Juxta vero furentes Satyri
Deæ matris sacra peregerunt:

Ad choros vero
Conjunxerunt Trieteridum,
Quibus delectatur Dionysus,
Voluptas in montibus, quando ex choris (*epod.*)
Pernicibus projicit
Se in solum, hinnuli gestans *aliquis* sacram vestem, apparans
Cædem hircorum, crudas epulas,
Modulans læta Phrygia, Lydia.
Bromius autem est præcentor, evoe!
Fluit vero lacte terra, fluit etiam vino, fluit et apum
Nectare, Syriaci vero tanquam thuris fumus *spirat.*
Ipse vero Bacchus gestans
Ignitam facem piceæ,
Ex ferula emicare *facit*,
Quassando cursu et choris stimulans palantes,
Et clamoribus excitans,
Delicatas comas in aerem spargens.
Simul vero cum cantu infremit
Talia: O ite Bacchæ,
O ite Bacchæ,
Tmoli auro-fluentis deliciæ,
Canite Dionysum
Cum tympanis grandisonis,
Euœ Euium celebrantes deum
Phrygio clamore et vociferatione,
Ubicunque dulcisonans fistula
Sacra sacros ludos
Sonat, congruos discurrentibus
In montem, in montem: gaudensque adeo
Ut pullus simul agens cum matre *Equa*
Pedem agitat celerem saltationibus Baccho.

TIR. Quis in portis Cadmum evocat ex domo,
Agenoris filius, qui, urbe Sidonia
Relicta, ædificavit hanc urbem Thebanorum?
Eat aliquis, nuncia, quod Tiresias
Ipsum quærat: scit vero ipse, cujus rei causa venio,
Et quæ pactus sim senex cum *illo* seniore,
Convestire thyrsos et hinnulorum pelles habere,
Et coronare capita hederaceis germinibus.

CAD. O charissime, ut lætatus sum audiens tuam vocem,
Sapientem ex viro sapiente, cum intus essem
Venio autem paratus, hunc habens ornatum dei.
Oportet enim ipsum, qui est filius meæ filiæ,
Dionysum, hominibus iis inter quos apparuit Deus,
Quantum pro virili possumus, honoratum augeri.

Ubi oportet choros agere, ubi a saltando pedem cohibere,
Et concutere canum caput? dux viæ sis tu mihi,
Senex seni, Tiresia: tu enim sapiens *es*.
Quia non defatigabor nec noctu, nec interdiu,
Thyrso pulsans terram: consuetorum obliti sumus
Existentes senes. TIR. Eadem igitur pateris quæ ego.
Etenim et ego pubesco, et aggrediar choros.
CAD. Ergo vehiculis in montem transibimus.
TIR. Verum non æque deus honoraretur,
CAD. Senex senem ut puerum ducam te ego.
TIR. Ipse deus sine labore illuc nos deducet.
CAD. Soline nos urbis Baccho choreas instituemus?
TIR. Soli enim *nos* sapimus, cæteri vero desipiunt.
CAD. Iter est longum: sed tu prehende meam manum.
TIR. Ecce, conjunge et copula manum *tuam cum mea*.
CAD. Non contemno ego deos cum sim mortalis.
TIR. Nihil argute comminiscimur in Deos.
Patris traditiones, quas coœtaneas diu
Servamus, eas nulla labefactabit ratio,
Neque si a summis sapiens *aliquod* excogitetur ingeniis.
Dicet *fortasse* quis, quod senectutem non reverear,
Qui saltare statuerim, capite meo hedera coronato?
Non enim distincte-dixit Deus, utrum juvenem
Oporteat choreas ducere, an seniorem:
Sed ab omnibus vult honores habere *pariter*
Communes, a vilibus vero nihil augeri vult.
CAD. Quia tu, Tiresia, lumen hoc non vides,
Ego tibi sermonum ero interpres.
Pentheus hic ad ædes cum festinatione vadit,
Echionis filius, cui regnum hujus terræ tradidi *ego*.
Ut est turbatus! quidnam dicet novi?
PEN. Absens quidem eram ex hac terra,
Nunc autem audio nova per hanc civitatem mala:
Mulieres nobis domos reliquisse,
Fictis bacchationibus, in umbrosisque
Montibus celebrare novum hunc deum
Dionysum, quicunque ille sit, honorantes *eum* choreis:
Plenos autem thiasis in mediis stare
Crateras, aliam vero alio in solitudinem
Fugientem inservire complexui marium,
Prætextu quidem, quasi *sint* Mænades sacra peragentes *Bacchi*,
Sed ipsam Venerem pluris facere quam Bacchum.
Quotquot igitur cepi, vinctas manibus
Servant publicis ministri in tectis:
Quotquot vero absunt, *eas* ex monte captas *huc* deducam,

Ino, Agaueque, quæ me Echioni peperit,
Et Actæonis matrem, Autonoen dico.
Et ipsas ferreis constringens in vinculis,
Coercebo statim ab hac improba bacchatione.
Dicunt vero, quod quidam venerit hospes
Impostor, incantator, ex Lydia terra,
Flavis cincinnis bene-comptus comam,
Facie purpurea habens Veneris gratias in oculis,
Qui dies noctesque conversatur *cum illis*,
Sacra prætendens Bacchica puellis.
Quod si eum intra hanc domum cepero,
Cessare faciam a quassando thyrso et concutienda
Coma, cervicem a corpore secans.
Iste se dicit esse Dionysum deum,
Iste quondam in Jovis femore insutum fuisse:
Qui crematus est flammis fulmineis
Una cum matre, quia cum Jove celebratas nuptias mentita fuerat.
Hæc nonne digna sunt crudeli laqueo,
Hospitem, quisque ille sit, adeo petulanter se gerere?
Sed ecce aliud miraculum, ipsum vatem
Tiresiam in variis pellibus hinnulorum video,
Et patrem meæ matris, O rem valde ridiculam,
Ferula bacchantem: insanio, pater,
Senectutem vestram intuens delirantem.
Non abjicies hederam? non liberam
Manum dimittes a thyrso, pater meæ matris?
Tu hoc *ei* persuasisti, Tiresia? hunc iterum tu vis
Novum deum inferens hominibus,
Spectare alatas *aves*, et ignispiciorum mercedes lucrari?
Quod nisi te cana senectus liberaret,
Vinctus sederes inter medias Bacchas,
Introducens sacra perniciosa: mulieribus enim
Quando in convivio uvæ adest latex,
In ejusmodi sacris nihil sani esse dico.

CHO. Heu pietas! O hospes, nonne vereris Deos,
Cadmumque, qui seminavit aristas terra-pregnatas?
Cumque sis Echionis filius, dedecoras *tuum* genus?

TIR. Cum sapiens aliquis nactus est sermonis
Bonas occasiones, non est *ei* arduum præclare dicere:
Tu quidem habes linguam volubilem, ut *vir* sapiens,
In verbis vero tuis non inest mens.
Confidens autem, et facundia pollens vir potens,
Perniciosus civis est, nisi mentem habeat *sanam*.
Hic vero novus deus, quem tu derides,
Non queam dicere magnitudinem, quantus

Per Græciam futurus: duo enim, O adolescens,
Præcipua *sunt* inter homines, Ceres dea,—
Terra autem est *Ceres:* nomine vero, utro vis *hanc*, appella;—
Hæc quidem siccis *alimentis* alit mortales:
Quæ autem venit in oppositum, hic Semeles filius,
Uvæ humidam potionem invenit et intulit
Hominibus, quæ liberat miseros mortales
Dolore, quoties repleti fuerint vitis liquore,
Somniumque, oblivionem malorum, quæ quotidie accidunt,
Dat, nec est aliud pharmacum curarum *efficacius*.
Hic qui Deus est, diis libatur,
Ut homines habeant bona propter ipsum.
Et *tamen* derides eum, quod insutus fuerit Jovis
Femori. Docebo te, quod hoc se recte habeat.
Postquam ipsum rapuit ex igne fulmineo
Jupiter, *et* in Olympum duxit infantem recentem,
Juno voluit eum ejicere de cœlo:
Jupiter autem adversus *hæc*, *dolum hunc* est molitus, utpote Deus:
Rupta parte quadam terram ambientis
Ætheris, posuit, hunc obsidem amovens,
Dionysum extra rixas Junonis: postea vero ipsum
Homines dixerunt enutritum in femore Jovis,
Nomine mutato, quod deæ deus *Bacchus*
Junoni quondam obses fuerit, componentes fabulam.
Vates vero deus hic *est:* etenim bacchatio
Et insania magnam vaticinandi vim habet:
Quando enim hic deus in corpus venerit multus
Dicere futura insanientes facit.
Martis quoque partem quandam assumptam habet:
Exercitum enim in armis, et in acie stantem,
Metus perterrefecit, priusquam hastam tangeret, *ac dimicaret:*
Furor autem tunc a Dionyso invasit.
Præterea videbis eum in Delphicis saxis
Salientem cum facibus, et bicipitem rupem
Percutientem et quatientem bacchicum ramum,
Et magnam per Græciam. Quare mihi, Pentheu, pare.
Ne imperium gloriare in homines habere potentia,
Neque, quamvis existimes quidem, (et in judicio tuo culpa sit,)
Sapere quidquam te puta: Deum igitur in *tuam* terram recipe,

Et liba, et bacchare, et coronator caput.
Non enim ipse Dionysus coget impudice ferri
Mulieres in Venerem, sed iu natura
Inest pudicitia semper ad omnia.
Hoc considerandum est: etenim in Bacchanalibus,
Quæ *natura* pudica est, non corrumpetur.
Vides? tu gaudes, quando astant ad portas
Multi, et *quando* Penthei nomen urbs magnificat:
Et ille delectatur honore, *ut* arbitror:
Ego igitur et Cadmus, quem tu derides,
Hedera coronabimur et saltabimus,
Canum par senum, sed tamen saltandum *est*,
Nec pugnabo contra Deum, tuis verbis inductus.
Insanis enim quam gravissime, neque pharmacis
Remedium accipies, neque sine his laboras.

CHO. O senex, Phœbum non dedecoras tuis dictis,
Bromiumque magnum Deum colens, sapis.

CAD. O fili, recte Tiresias te admonuit:
Habita nobiscum, non extra legum præscriptum.
Nunc enim a nobis avolas et sapiens nihil sapis.
Etsi enim hic non est Deus, ut tu dicis,
Apud te *tamen* dicatur: et mentiaris strenue,
Quod sit, ut videatur peperisse deum Semele,
Nobis vero omnibus, *toti* generi adsit honor.
Vides Actæonis miserum interitum?
Quem crudivori canes, quos aluit,
Discerpserunt, præstantiorem in venatione
Quam Diana sit gloriantem se esse in saltibus.
Quod ne tibi accidat: veni huc, et ego coronabo caput *tuum*
Hedera: et nobiscum tribue honorem Deo.

PEN. Nequaquam admovebis mihi manum tu vero ipse bacchatum eas,
Neque extergas stultitiam tuam mihi.
Hunc *vero* tuæ dementiæ magistrum
Pœnis persequar. Eat aliquis, quamprimum,
Profectusque ad sedes hujusce, ubi captat auspicia,
Vectibus tanquam tridente concute et everte eas retro,
Sursum et deorsum omnia confundens simul,
Coronasque ventis et procellis dimitte.
Maxime enim ipsum mordebo hoc faciens.
Nos vero per urbem euntes investigate
Illum effœminatum hospitem, qui introducit morbum
Novum mulieribus et connubia labefactat.
Et si ceperitis, vinctum adducite

Huc eum, ut lapidationis pœnam nactus
Moriatur, conspicatus acerba Bacchanalia in Thebis.
TIR. O miser, nescis quonam progrediaris verbis.
Jam insanis, et ante de sano mentis statu deturbatus eras.
Eamus nos, Cadme, et deprecemur
Pro isto, quanquam existente sævo,
Et pro civitate, Deum, ne quid *in nos* novi
Faciat. Sed sequere me hederaceo cum baculo:
Et tentes firmare meum corpus, et ego tuum:
Senes enim duos *simul euntes*, cadere turpe *est*: ito tamen.
Baccho enim Jovis filio serviendum *est*.
*Cave* autem ne Pentheus luctum inferat ædibus
Tuis, Cadme, vaticinio quidem *hoc* non dico,
Ipsis vero rebus *edoctus*; stulta enim stultus profert.
CHO. Sancta, veneranda deorum, (*str*. 1.)
Sancta, quæ per terras
Alam auream fers,
Hæc Penthei *verba* audis,
Audis profanam
Injuriam adversus Bromium,
Semeles *filium*, in capita pulchre-coronatis *conviviorum* oblectationibus
Deum præcipuum deorum? qui hæc *munera* habet,
Et tripudiare choreis,
Et lætari cum tibiis,
Et sedare curas,
Quando venerunt uvæ
Latices in conviviis deorum,
Floridisque in symposiis crater somnum viris immiserit.
Effrænati oris (*ant*. 1.)
Et exlegis amentiæ
Finis *est* infortunium:
Tranquillitatis vero
Vita et prudentia,
Inconcussa manet
Et servat domum: nam procul *quidem*, sed tamen ætherem in-
colentes intuentur *res* mortalium cælestes.
*Nimis* autem *esse* callidum, non *est* sapientia,
Et non mortalia sapere.
Vita brevis est: hac autem conditione
Quis magna sectatus
Non præsentibus acquiescat?
Isti *sunt* mores insanientium et stultorum, meo quidem judicio, virorum.
Utinam veniam in Cyprum, (*str*. 2.)

Insulam Veneris,
Ubi mulcentes animum dispen-
santur mortalibus amores:
Et *in* Paphum, quam pulchro otio exeuntes
Barbari fluminis aquæ
Frugiferam reddunt sine imbribus:
Et ubi pulcherrima
In Pieria Musarum sedes *est*,
Sacer clivus Olympi.
Illuc duc me Bromie, Bromie,
Bacche deus:
Illic *sunt* Charites, illic *est* Amor:
Illic etiam Bacchis fas *est* orgia celebrare.
Hic deus, filius Jovis, (*ant.* 2.)
Gaudet quidem lætis conviviis,
Amat vero divitiarum-datricem Pa-
cem, juvenum-altricem deam.
Æqualem autem et diviti
Et pauperi dat habere
Vini delectationem carentem tristitia:
Odit autem, cui hæc non sunt curæ, *scilicet*,
Per diem et gratas noctes,
Lætum vivere:
Sapientia autem *est*, abstinere
Animum mentemque,
A viris novitatis studiosis.
Et quod vulgus tenue
Probat et utitur, hoc profecto amplecti lubet.

FAM. Pentheu, adsumus, capta hac præda,
Ad quam *nos* misisti, neque conati sumus irrita.
Hæc enim fera nobis *fuit* placida, neque subtraxit
Pedem fuga, sed non invita tradidit manus,
Neque expallescens, neque mutavit rubras genas,
Sed ridens et se ligari et abduci jussit,
Et mansit, meam operam facilem reddens.
Ego autem præ pudore dixi: O hospes, invitus
Duco te, sed mandato Penthei, qui me misit.
Quas porro tu Bacchas incluseras, quas rapueras
Et ligaveras in vinculis publici carceris,
Illæ procul profectæ solutæ nemora
Saliunt, Bromium invocantes deum.
Sua sponte vero vincula pedum ipsius soluta sunt,
Claustraque laxarunt fores, sine mortali manu.
Hic autem vir venit plenus multis miraculis
Ad hasce Thebas: tibi igitur cætera curæ esse convenit.

PEN. Præhendite manus istius: cum sit enim in cassibus

Non est adeo celer, ut me effugiat.
At, O hospes, corpore quidem non es deformis,
Ut ad mulieres *alliciendas*, quam ob *causam* Thebas venisti:
Coma enim tua prolixa *est*, non luctam redolens,
Circa genas ipsas fusa, plena amore:
Album vero colorem ex composito factum habes,
Non *sub* radiis solis, sed sub umbra,
Venerem pulchritudine captans.
Dic igitur mihi primum, quisnam sis genere.
BAC. Jactantia nulla est *quam putas:* facile autem *erit* hoc dicere:
Floribus abundantem Tmolum novistine auditu?
PEN. Novi, qui Sardes circumdat undique.
BAC. Inde sum, Lydia vero mihi *est* patria.
PEN. Unde vero hæc sacra adfers in Græciam?
BAC. Bacchus nos, filius Jovis, in eam duxit.
PEN. Estne igitur illic aliquis Jupiter, qui gignat novos deos?
BAC. Non: sed qui Semelen hic *sibi* conjunxit Nuptiis.
PEN. Utrum noctu te, an interdiu coegit *huc venire?*
BAC. Cernens cernentem, et tradidit *hæc* sacra.
PEN. Hæc vero orgia quam speciem habent tibi?
BAC. Nefas *est* scire non initiatos-Bacchi-sacris mortales.
PEN. Feruntne aliquam utilitatem sacrificantibus?
BAC. Non *est* fas te audire, sunt tamen cognitu digna.
PEN. Recte hoc fucasti, ut velim *hoc* audire.
BAC. Impietatem profitentem Mysteria fugiunt Dei.
PEN. Tu enim dicis te vidisse deum palam, qualis erat?
BAC. Qualis *ipse* voluit: non *enim* ego præcipiebam hoc.
PEN. Hæc certe *alio* derivasti bene, et non bene dicens.
BAC. Videbitur quis non sapere si narret imperito.
PEN. Venisti autem tu primum huc, hunc adducens deum?
BAC. Omnes Barbari saltantes celebrant hæc orgia.
PEN. Sapiunt enim multo pejus quam Græci.
BAC. *Imo in rebus* hisce longe melius: sed mores *sunt* dissimiles.
PEN. Hæc vero sacra noctu, an interdiu, facis?
BAC. Noctu plerumque: tenebræ *enim* habent aliquid augusti.
PEN. *At* hoc mulieribus insidiosum est et vitiosum.
BAC. Etiam interdiu inveniat aliquis turpitudinem.
PEN. Te *vero* pœnas dare oportet *propter* impia sophismata.
BAC. Te vero *propter* stoliditatem, et quia es impius erga deum.
PEN. Quam audax *est* iste Bacchus, nec imperitus verborum!
BAC. Dicas quid oporteat pati me: quod atrox *malum* mibi facies?
PEN. Primum quidem delicatum tuum cincinnum abscindam.
BAC. Sacer *est* capillus *iste:* Deo enim ipsum nutrio.
PEN. Deinde thyrsum hunc trade ex manibus.

BAC. Ipse tu mihi eripe: hunc *enim datum* a Baccho fero.
PEN. Tuumque corpus intus *in* carceribus asservabimus.
BAC. Solvet me Deus ipse, cum ego voluero.
PEN. Quando vocabis eum, stans inter Bacchas?
BAC. Et nunc quæ patior, videt prope adstans.
PEN. Et ubi est? non enim conspicuus *est* oculis meis.
BAC. Mecum: tu vero cum impius sis, non vides *eum*.
PEN. Comprehendite *hunc*, contemnit *enim* hic me, et Thebas.
BAC. Ego sanus vobis insanis edico ne me ligetis.
PEN. Ego vero *jubeo* ut te ligent, majus jus habens.
BAC. Non scis quid vivis, neque quod facis, neque quid sis.
PEN. Pentheus, Agaves filius, ex patre Echione.
BAC. Idoneus es habere malam fortunam, quoad nomen tuum.
PEN. Abi: constringite eum juxta equestre
Præsepe, ut obscuras videat tenebras.
Ibi salta: istas vero, quas adducis,
Scelerum socias aut vendemus,
Aut, manum a strepitu hoc, et byrsæ sonitu
Compescens, ad telam ancillas possidebo.
BAC. Abibo: nam quod non est fatale, non est necesse
Pati: sed *propter* contumelias pœnam
Infliget tibi Bacchus, quem tu nihil esse dicis:
Nos enim lædens, illum ducis in vincula.
CHO. * * * * (*str.*)
Ancheloi filia,
Veneranda, felix-virgo Dirce,
Tu enim olim in tuis fontibus infantem Jovis accepisti,
Quando *ad* femur ex cœlesti igne Jupiter
Genitor rapuit ipsum, hæc clamitans:
Age O Dithyrambi meum mas-
culum uterum subeas:
Faciam ut hoc te, Bacche, Thebæ appellent.
Tu vero me, O beata Dirce,
Sertigeros repellis
Cœtus habentem in te.
Quare me aspernaris? quare me fugis?
Posthac, profecto per racemosas Dionysi delicias vitis,
Posthac tibi Bromius erit curæ.
Qualem qualem iram (*ant.*)
Ostendit terrestre
Genus exque dracone natus
Olim Pentheus, quem Echion genuit terra-editus,
Immane monstrum, non hominem humanum,
Sed cruentum ut Gigantem, adversarium di-
is, qui me laqueis, *ministram*
Bromii cito ligabit:

Meum *enim* tenet in domo jam chorearum-socium
Abditum in tenebrico carcere.
Videsne hæc, O Jovis fili
Bacche, tuos sacerdotes
In discrimine calamitatis?
Veni, aureo-vultu fulgens, quatiens Thyrsum per Olympum:
Et cohibe petulantiam sævi viri.
Ubi an ad Nyssam fera- (*epod.*)
rum altricem thyrsigeros
Congregas, O Dionyse, an *in* Coryciis verticibus?
Aut fortassis in Olympi nemorosis
Cavernis, ubi quondam Orpheus cithara ludens
Congregavit arbores cantu, congregavit feras sævas.
O beata Pieri,
Colit te Bacchus, et veniet ducturus choros
Cum bacchationibus, et celeriter fluentem
Saltantes quoque Mænadas ducet trajiciens Axium.
Et Lydiam, felicitatis
Mortalibus largitorem, et parentem, quem audivi
Præstantem-equis regionem aquis
Limpidissimis impinguare.
BAC. Io audite meam audite vocem,
Io Bacchæ, io Bacchæ!
CHO. Quis hic? quis, unde sonitus hic me vocavit Bacchi?
BAC. Io io! iterum voco,
Semeles, Jovisque filius.
CHO. Io io domine, domine,
Venias nunc ad nostrum chorum, O Bromie, Bromie.
Solum terræ, contremiscit O Diva!
A a!
Mox Penthei
Domus concutietur ruinis.
BAC. Bacchus *est* in atriis: colite ipsum.
CHO. Colimus, O! videte
Lapideos columnarum cuneos
Hos ab invicem recedentes:
Bromius est, qui clamorem edidit intra tecta.
SEM. Incende fulmineam flagrantem facem:
Combure, combure domum Penthei.
SEM. A a! Nonne vides ignem, neque respicis
Circa sacrum sepulchrum Semeles, quam quondam fulgura jaculans reliquit flammam Jovis tonitru?
Prosternite humi tremula corpora, prosternite, O Mænades:

Rex enim sursum deorsum vertens invasit
Hanc domum Bacchus Jovis filius.
BAC. Barbaræ mulieres, adeone consternatæ metu
Ad solum cecidistis? ægre tulistis, ut videtur, Baccho
Concutiente domum Penthei: sed tollite
Corpus, et animum sumite, membra a tremore revocantes.
CHO. O lumen nobis maximum Bacchici furoris,
Ut libens te vidi, cum prius haberem desertam solitudinem.
BAC. Veneratis in desperationem, quando intus mittebar
Tanquam in atrum carcerem Penthei venturus.
CHO. Quomodo non? Quis mihi enim erat, si tibi mali aliquid accidisset?
Sed quomodo liberatus es, in virum impium incidens?
BAC. Ipse meipsum liberavi facile sine labore.
CHO. Neque ligavit tuam manum in vinculis?
BAC. *In* his etiam elusi eum, quia ligare me putans,
Neque attigit, neque prehendit nos, sed pascebatur inani spe.
Inveniens enim taurum ad præsepia, ubi conclusit nos ductos,
Huic injecit laqueos ad genua et ungulas pedum,
Iracundiam spirans, et sudorem a corpore stillans,
Labris dans dentes: ego vero præsens,
Quietus sedens, spectabam. Interea vero temporis
Concussit veniens Bacchus domum et *in* matris sepulcro
Ignem accendit: hic vero ut vidit *hoc*, domum ardere putans,
Saltabat huc, et illuc, famulis aquam ferre
Imperans, omnes autem servi in opere erant occupati frustra laborantes:
Omittens vero hunc laborem, tanquam me elapso,
Fertur, gladium atrum rapiens, intra domum.
Deinde Bromius, ut mihi visum est, opinionem dico,
Fecit igneum spectrum in aula: in quod ruens Pentheus
Insiliebat et pungebat claram lucem tanquam, me jugulans.
Præter vero hæc ipsum Bacchus his etiam affligit:
Domum enim disruptam dejecit humi: totaque contrita est *ipsi*
Acerbissima spectanti vincula mea: præ defatigatione vero,
Dimisso gladio, solutus languet. Adversus Deum enim, *ipse* existens homo,
In pugnam venire ausus erat: ego vero illico Bacchas ducens e

Domo venio ad vos, Pentheum non curans.
Ut autem mihi videtur,—strepit enim solea in ædibus,—
Ad vestibulum mox veniet: quidnam propter ista dicet?
Facile enim ipsum feram, licet *iram* valde spirans venerit:
Sapientis enim viri *est*, exercere animi moderationem.

PEN. Atrocia sum passus: effugit hospes mihi,
Qui modo vinculis erat constrictus.
Eia, eia.
Hic est ille vir: quid hoc rei est? quomodo ante vestibulum
Conspiceris ad ædes meas, foras egressus?

BAC. Siste pedem, et quietem iræ subjice.

PEN. Unde tu excussis vinculis foras egressus es?

BAC. Nonne dixi nonne audivisti, quod esset soluturus me aliquis?

PEN. Quis? semper enim adfers novos sermones.

BAC. Qui gignit fœcundam vitem hominibus.

PEN. Nempe tribuis hoc *bonum* præclarum Dionyso.
Claudere jubeo omnes turres circumcirca.

BAC. Quid vero? an non transcendunt muros dii?

PEN. Sapiens, sapiens es, præterquam *in iis in* quibus oportebat te sapere.

BAC. *In* quibus maxime opus est, *in* iis ego sum sapiens.
Istius vero sermones audiens primum disce,
Qui ex monte adest aliquid nunciaturus tibi:
Nos vero hic manebimus, nec fugiemus.

NUN. Pentheu, Rex hujus Thebanæ terræ,
Venio relinquens Cithæronem, ubi nunquam
Intermittunt candentes radii albæ nivis.

PEN. Quid vero seriæ rei adjiciens venisti?

NUN. Conspicatus Bacchas furentes, quæ ex hac terra
Œstris *percitæ* extulerunt candidum pedem,
Venio, cupiens nunciare tibi et urbi, O Rex,
Quam dira faciant et miraculum superantia.
Sed cupio audire, utrum tibi libere
Dicam res illic gestas, an sermonem contrahere debeamus.
Metuo enim celeritatem animi tui, O Rex,
Et iracundiam et mores nimium tyrannicos.

PEN. Dicito, quia quod ad me attinet prorsus eris sine pœna:
Justis enim non est irascendum.
Quo autem dixeris atrociora de Bacchis,
Tanto magis hunc qui ministravit artes
Mulieribus objiciemus pœnæ.

NUN. Gregarias agens pecudes jam ad montis verticem
Boum ascendebam, quo tempore Sol
Radios emittebat calefaciens terram.

Video autem tres cœtus muliebrium chororum,
Quibus præerat, uni quidem, Autonoe, alteri,
Agave mater tua, tertio vero choro Ino.
Dormiebant vero omnes corporibus solutæ,
Aliæ quidem, inclinantes tergum ad frondes abietis,
Aliæ vero, in foliis quercus ad solum caput
Casu ponentes modeste, non, ut tu ais
Ebrias poculo et strepitu tibiæ
Venari Venerem in sylvis solitarias.
Tua vero mater inter medias ululavit
Stans Bacchas, ex somno ut excitarent corpus,
Postquam audivit mugitum cornigerorum boum.
Hæ vero, abstergentes humidum ab oculis somnum,
Surrexerunt erectæ, visu miraculum modestiæ,
Juvenes, anus, et virgines adhuc innuptæ.
Et primum quidem demiserunt comas in humeros,
Et cervinas pelles iterum aptarunt, quibus nodorum
Vinculum solutum erat, et maculosas pelles
Serpentibus cinxerunt lambentibus genas.
Aliæ vero in ulnis capream, aut catulos luporum
Feros gestantes, dabant candidum lac,
Quibuscunque propter recens puerperium mamma adhuc erat turgida,
Infantibus *domi* relictis: et imposuerunt *sibi* hederaceas
Coronas et quernas et ex smilace florida.
Quædam vero thyrso correpto, percussit petram,
Unde roscidus aquæ prosiluit humor:
Alia vero ferulam in terræ solum demisit,
Et hac parte emisit deus fontem vini:
Quibus vero desiderium candidi potus aderat,
Summis digitis dividentes terram,
Habebant copiam lactis: ex hederaceis vero
Thyrsis stillabant flavi mellis humores.
Ita, ut si affuisses, deum, quem nunc vituperas,
Votis apprecatus esses, aspiciens hæc.
Convenimus vero bubulci et pastores ovium,
De rebus novis disceptaturi inter se,
Quod horrenda facerent, et miraculis digna:
Et quidam impostor per urbem et peritus artifex dicendi
Dixit ad omnes: O qui sacra juga
Montium habitatis, vultis captam reducamus
Agaven matrem Penthei ex bacchationibus,
Remque gratam regi faciamus? bene autem nobis dicere
Visus est, arbustorum igitur in frondibus insidias collocavimus,
Occultatis nobis ipsis: illæ vero constituta

Hora commovebant thyrsum ad Bacchanalia,
Iacchum pleno ore, Jovis filium,
Bromium invocantes: totusque mons simul bacchabatur
Et *omnes* feræ, nihil autem erat immotum cursu.
Agave vero saltabat prope me:
Ego vero prosilui, *eam* corripere volens,
Fruticetum relinquens, ubi occultabamus corpus.
Illa vero exclamavit: O celeres meæ canes,
Captamur ab istis viris: quare sequimini me,
Sequimini, thyrsis manibus armatæ.
Nos itaque fugientes, evitavimus
Lacerationem Baccharum, ipsæ vero, pascentes herbam
Vitulos invaserunt cum manu non-armata-ferro.
Et aliam quidem *Baccham* vidisses pinguem juvencam
Mugientem tenere manuum jure:
Aliæ vero vaccas distrahebant lacerationibus.
Vidisses autem aut latus, aut pedem bifidum,
Iaci sursum et deorsum: pendentia vero *frusta*
Stillabant sub abietibus sanguine inquinata.
Tauri vero feroces et in cornu irascentes
Ante, sternebantur jam corporibus ad terram,
Impulsi innumeris manibus puellarum.
Citius vero distrahebantur carnis tegumenta,
Quam tu committeres palpebras a regiis puellis.
Feruntur autem, ut aves in aerem sublatæ cursu,
Camporum in planitiem, quæ ad Asopi fluenta
Frugiferam emittit Thebanam segetem,
Et Hysias et Erythras, quæ Cithæronis jugo
Infra habitant, tanquam hostes,
Irruentes omnia sursum atque deorsum
Dissipaverunt: rapuerunt etiam ex ædibus liberos,
Quæcunque vero humeris imposuerunt, vel sine vinculis
Adhærebant, neque cadebant in nigram terram,
Non æs, non ferrum: in capillis vero
Ignem ferebant, neque *tamen* urebantur. Isti vero præ ira
Ad arma venerunt, a Bacchis *nempe* spoliati:
Ubi quidem erat videre spectaculum dirum, O rex.
Has enim non vulnerabat cuspide-munitum telum,
Illæ vero, thyrsos emittentes manibus,
Vulnerabant et terga fugæ dare cogebant
Fœminæ viros, non sine Deorum aliquo *numine*.
Rursus vero iverant *eo*, unde moverant pedem,
Ad fontes ipsos, quos emisit ipsis Deus.
Abluerunt autem sanguinem, et guttas ex genis
Lingua serpentes abstergebant e corpore.

Deum igitur hunc, quisquis est, O domine,
Recipe in hanc civitatem, quia et *is* aliquis magnus est,
Et illud aiunt ipsum, ut ego audio,
Curarum sedatricem vitem dedisse mortalibus.
Vino enim sublato, non est Venus,
Neque ulla alia voluptas hominibus amplius.
CHO. Metuo quidem verba libera dicere.
Ad tyrannum, sed tamen *hæc* dicentur:
Bacchus inferior nullo deorum est.
PEN. Jam prope, sicut ignis, admovetur hæc
Baccharum petulantia, ingens dedecus inter Græcos.
Quare non cunctandum est: vade ad Electras
Portas: et jube omnes scutatos,
Equorumque velocipedum conscensores obviam *mihi* venire,
Et quotquot vibrant peltas, et manu arcuum
Tractant nervos, ut bellum inferamus
Bacchis. Non enim tolerandum, sed modum excedunt hæc,
Si a mulieribus patiemur, quæ patimur.
BAC. Nihil quidem obtemperas, audiens meos sermones,
Pentheu: male vero a te quamvis tracter, tamen
Dico te non debere arma inferre deo,
Sed quiescere: Bromius *enim* non patietur
*Te* pellere Bacchas ab Eviis montibus.
PEN. Non cessabis monere, sed vinculis elapsus
Hoc contentus eris, alioqui tibi pœnam renovabo.
BAC. Potius illi sacrificarem, quam furens
Calcitrarem adversus stimulum dei, ipse mortalis existens.
PEN. Sacrificabo, cædem vero fœmineam, ut meritæ sunt,
Multam movens in Cithæronis jugis.
BAC. Fugietis omnes, quamvis sit turpe, scuta
Ænea concedere thyrsis Baccharum.
PEN. Negotium habemus cum intractabili hospite,
Qui neque patiens, neque agens tacebitur.
BAC. O amice, adhuc ista recte componi possunt.
PEN. Quid faciendo? an serviendo servitiis meis?
BAC. Ego mulieres huc adducam sine armis.
PEN. Hei mihi! *Rem* hanc dolosam jam in me machinaris.
BAC. Quamnam, si te servare cupio meis artibus?
PEN. Ex composito communiter hæc fecistis, ut bacchemini semper.
BAC. Pactus quidem sum cum deo, ne nescias.
PEN. Efferte mihi huc arma: tu vero desine loqui.
BAC. (Ah:) visne ipsas in montibus una sedentes videre?
PEN. Maxime, dans etiam magnum auri pondus.

BAC. Quid vero incidisti in hujus *rei* magnum desiderium?
PEN. Tristis ipsas vino lymphatas viderim.
BAC. An igitur videre cupis libenter, quæ tibi molesta *erunt*?
PEN. Plane scias, *eas videre cupio*, tacite sedens sub abietibus.
BAC. Verum investigabunt te, etiamsi venias clam.
PEN. Ergo palam *eas intuebor*: recte enim hoc dixisti.
BAC. Ducam igitur te, et aggredieris viam?
PEN. Duc quam celerrime, tempus enim tibi non invideo.
BAC. Compone igitur circa corpus byssinas vestes.
PEN. Cur vero hoc? an mulieribus ex viro accenseor?
BAC. Ne te interficiant, si vir ibi videaris.
PEN. Recte hoc dixisti, es autem quidam *vir* jampridem sapiens.
BAC. Bacchus nos docuit hæc.
PEN. Quomodo igitur fient ista, quæ tu me mones, recte?
BAC. Ego ornabo te, vadens intra domum.
PEN. Quo ornatu? an fœmineo? sed pudet me.
BAC. Non amplius spectator Mænadum alacer es.
PEN. Quem igitur ornatum ais te injecturum esse meo corpori?
BAC. Prolixam quidem comam in capite tuo extendam.
PEN. Secunda vero species ornatus quænam *erit* mihi?
BAC. Pepli talares: et supra caput erit mitra.
PEN. An præter hæc etiam aliquid aliud addes mihi?
BAC. Thyrsum manibus et maculosam hinnuli pedem.
PEN. Non possem fœmineam induere vestem.
BAC. Sed cædem dabis committens prœlium cum Bacchis.
PEN. Prudenter *dicis*: primum ad explorationem oportet ire.
BAC. Consultius profecto *fuerit hoc*, quam malis venari mala.
PEN. At quomodo per urbem ibo clam Thebanis?
BAC. Per vias latentes ibimus: ego vero dux ero.
PEN. Quidvis melius, quam ut Bacchæ me derideant.
Profecti in ædes, si visum fuerit, consultabimus
BAC. Aliquid quod usui sit, in omnibus adsum paratus.
PEN. Ibo: vel enim milites mecum habens proficiscar,
Aut tuis parebo consiliis.
BAC. O mulieres, vir hic in retis jactu stat:
Veniet autem ad Bacchas, ubi moriens pœnas dabit.
O Bacche, nunc tuum opus *est*, non enim procul abes:
Ulciscamur eum: primum autem deturba de sede mentis,
Immittens levem rabiem: utpote, qui sanam mentem habens,
Non velit induere fœmineam vestem,
Extra vero mentis sanitatem profectus, induet.
Nunc autem volo ipsum risum Thebanis præbere,
In habitu fœmineo ductum per urbem
Post priores minas, quibus terribilis erat.

Sed vado ornatum, quo accepto ad inferos
Vadet, interfectus maternis manibus,
Pentheo induturus: cognoscet vero Jovis filium
Bacchum, quod est in pugna Deus
Maxime formidabilis, placidis vero mitissimus.
CHO. Num in nocturnis choris (*strophe.*)
Ponam aliquando candidum pedem bac-
chans cervicem
In roscidum aërem
Jactans? veluti caprea in viridantibus
Deliciis prati ludens,
Quando effugerit formidandam
Venationem extra custodiarum
Super retia bene contexta,
Vociferans vero venator
Intendit cursum canum,
Et laboribus et rapidis cursuum
Turbinibus saltat planitiem
Juxta flumineam, gaudens
Mortalium solitudine,
Opacæque sylvæ frondibus.
Ecquid *est* præstantius, aut pulchrius
Munus a diis *datum* inter homines,
Quam manum supra verticem
Hostium victricem habere?
Quod pulchrum *est*, semper *est* gratum.
Ægre commovet se, sed tamen
Certum est divinum robur:
Punit vero homines
Impietatem
Colentes et Deorum res non
Promoventes, insana
Opinione: occultant autem *dii* varie
Diuturnitatem temporis pedem et
Venantur impium: non
Enim unquam excellentius quid legibus
Cogitare convenit aut meditari.
Levis enim *est* sumptus
Existimare robur habere
Divinum numen, quodcunque tandem illud *sit*:
Longoque tempore
Perpetim ut jus receptum naturale aliquid esse.
Ecquid *est* præstantius, aut pulchrius
A diis munus inter homines,
Quam manum supra verticem
Hostium victricem tenere?

Quod pulchrum *est*, semper *est* gratum
Beatus ille, qui ex mari (*epod.*)
Effugit fluctus, et attigit portum:
Beatus etiam, qui superior laboribus
Evasit: alia vero *ratione* alius alium
Felicitate et potentia superavit.
Infinitæ infinitis adhuc adsunt
Spes; *quarum* hæ quidem
Finiuntur in opulentia
Mortalibus, aliæ vero *inanes* evaserunt:
Illum vero in diem cui vita *est*
Beata, beatum puto.

BAC. Te cupidum, videre ea, quæ non fas *est*,
Et tentantem non tentanda, Penthea compello,
Egredere ante ædes, in meum conspectum prodi,
Habens ornatum mulieris Mænadis Bacchæ,
Et tuæ matris et *Bacchici* cœtus explorator:
Similis profecto es figura uni filiarum Cadmi.

PEN. Atqui mihi videor videre duos soles,
Geminasque Thebas, et oppidum septem-portarum:
Et taurus existens videris nobis præire,
Et tuo capiti cornua adnata esse.
Sed num revera es fera? formam enim tauri geris.

BAC. Deus præcedit nos non benevolus existens,
Confederatus nobis: nunc autem vides ea, quæ te videre convenit.

PEN. Quid videor tandem? num Inus statum,
Aut Agave matris meæ stare?

BAC. Illas ipsas me videre existimo, cum te intueor.
Verum e suo loco motus est hic tuus cincinnus,
Non *est* ut ego ipsum sub mitra composueram.

PEN. Intus concutiens, et agitans retro ipsum ego
Et bacchans, extra sedem ejeci.

BAC. Sed eum nos, quibus te ornare curæ est,
Rursus componemus: quamobrem erige caput.

PEN. Ecce, ornato tu: tibi enim addicti sumus jam.

BAC. Zonæ sunt tibi laxatæ, neque ordine vestium
Plicæ tenduntur ad talos tuos.

PEN. Et mihi *ita* videntur ad dextrum pedem:
Ab hac vero parte juxta *pedis* tendinem recte peplus habet.

BAC. Num existimabis me primum tuorum amicorum,
Quando præter tuam opinionem videbis Bacchas esse modestas?

PEN. Utrum vero thyrsum dextra sumens manu,
Aut altera, Bacchæ magis similis ero?

BAC. In dextra convenit et simul dextro pede
Tollere eum: laudo vero quod mutasti mentem.
PEN. Possumne montis Cithæronis juga
Cum ipsis Bacchis meis humeris gestare?
BAC. Poteris, si velis: priorem vero mentem
Non habuisti sanam, nunc vero habes qualem te *habere* oportet.
PEN. Vectes feramus, aut manibus revellam,
Supponens humerum aut brachium verticibus montium?
BAC. Ne tu Nympharum perdas sacella
Et Panis sedes, ubi solet fistula-ludere.
PEN. Recte dixisti: non robore vincendæ sunt
Mulieres: abietibus vero meum occultabo corpus.
BAC. Occultaberis tu occultatione, qua te decet occultari,
Profectum fraudulentum Mænadum speculatorem.
PEN. Atqui puto eas in sylvis, velut aves,
Lectorum detineri gratissimis in laqueis.
BAC. Ergo ad hoc ipsum contendis explorator:
Capies autem eas fortassis, si tu non prius fueris captus.
PEN. Deduc me per mediam Thebanam terram:
Solus enim ex ipsis *Thebanis* sum vir hoc audens.
BAC. Solus tu pro hac civitate laboras, solus:
Itaque manent te certamina, qualia oportet.
Sequere tantum: deductor enim ego sum salutaris.
Inde vero abducet te alius. PEN. Num mater?
BAC. Conspicuum omnibus. PEN. Ad hoc pergo.
BAC. Redibis gestatus. PEN. Meam mollitiem dicis.
BAC. In manibus matris. PEN. Cogetne igitur me deliciari?
BAC. Talibus quidem deliciis. PEN. Dignas quidem *res* aggredior.
BAC. Dirus *es* tu, dirus, et ad diras festinas clades,
Itaque invenies gloriam innitentem cœlo.
Extende, Agaue, manus, et reliquæ sorores
Cadmi filiæ: duco juvenem
Hunc in magnum certamen: victor autem ego
Et Bromius erit: cætera vero *res* ipsa indicabit.
CHO. Ite, celeres furoris canes, ite in montem, (*strophe.*)
Ubi Cadmi filiæ thiasum habent,
Œstro ipsam stimulate
Adversus istum ornatu muliebri vestitum
* * Speculatorem rabiosum Mænadum.
Mater primum ipsa a lævi petra
Aut *ab aliquo* palo videbit
Speculantem: Mænadibus autem exclamabit:
Quisnam hic ex Cadmeis investigator montivagorum
In montem in montem venit, O Bacchæ?

Quis eum genuit?
Non enim ex sanguine muliebri natus est:
Sed profecto leænæ alicujus, aut Gorgonum
Lybicarum *est* genus.
Veniat Justitia manifesta, veniat ensem-ferens,
Interficiens penitus per guttur
Impium, sceleratum, injustum Echionis
Filium *Pentheum* terrigenam:
Qui iniqua mente et injusta ira (*ant.*)
Circa tua, *Dionyse*, orgia, et tuæ matris
Furiosa mente
Et deliro spiritu proficiscitur,
Invictum *numen* ut superaturus *suis* viribus.
Mentem modestam incorrupta nihil fingens
Et in rebus divinis facta est
Et in humanis ad indolentiam vita.
Sapientiam non amo cum labore vena-
ri, sed illa alia magna et illustria semper
Ad honesta vitam
Interdiu noctuque recte dirigentem pie agere:
Ritus vero injustos rejici-
entem venerari Deos.
Veniat Justitia manifesta, veniat ensem-ferens
Interfectura penitus per guttur
Impium, sceleratum, injustum, Echionis
Filium terrigenam.
Appare taurus, aut multis-capitibus-formidabilis
aspectu (*epod.*)
Draco aut ardens
Visu leo.
Eas, O Bacche, Baccharum persecutori
Ridente vultu circunda laqueum in exiti-
alem turbam Mænadum incidenti.
NUN. O domus, quæ quondam florebas in Græcia,
Sidonii senis Cadmi, qui terrigenam
Draconis messem serpentinam seminavit in terra,
Ut te deploro, servus quidem existens, sed tamen
Bonis servis calamitas *est adversa fortuna* dominorum.
CHO. Quidnam est? ex Bacchis quid novi nuncias?
NUN. Pentheus filius patris Echionis periit.
CHO. O rex Bromie: etenim magnus conspiceris deus.
NUN. Quid ais? cur hoc dixisti? an ob meos
Dominos *afflictos*, lætaris, mulier?
CHO. *Ego* peregrina celebro *Bacchum* barbaricis carminibus:
Non enim amplius vinculorum metu trepido.
NUN. Adeone igitur Thebas ignavas esse putas * * *

CHO. Dionysus, Dionysus, non Thebæ
Imperium habent in me.
NUN. Ignoscendum quidem *est* tibi: sed *tamen* perpetratis
Malis lætari, O mulieres, non *est* honestum.
CHO. Dic mihi, declara, quonam fato mortuus sit
Injustus vir et injusta *facinora* moliens.
NUN. Postquam, Therapnas hujus Thebani soli
Prætergressi, evasimus Asopi fluenta,
Jugum Cithæronis ingredi cœpimus
Pentheus et ego,—sequebar enim dominum,—
Et hospes, qui nobis dux erat ad *orgiorum* spectacula.
Primum quidem herbidum nemus insedimus,
Et pedum *vestigia* taciturna et linguæ sonos,
Servantes, ut videremus non conspecti.
Erat autem vallis habens utrinque præcipitium, aquis irrigua,
Opaca pinubus, ubi Mænades
Sedebant, habentes manus jucundis in laboribus.
Nam aliæ quidem ipsarum thyrsum *coma* deficientem
Hedera comatum rursus ornantes reddebant,
Aliæ vero, relinquentes varia juga sicut equi,
Bacchicum carmen aliæ aliis respondentes cantabant.
Pentheus vero miser, fœmineam non cernens turbam,
Dixit hæc: O hospes, ubi quidem stamus,
Non assequor oculis Mænadum ubi saltatio est:
Tumulum vero conscendens, aut altam abietem,
Videbo recte Mænadum turpitudinem.
Postea vero tunc hujus hospitis quoddam miraculum video:
Apprehendens enim abietis sublimem summum ramum,
Deduxit, duxit, duxit in atrum solum:
Curvabatur vero, ut arcus, aut ut curva rota
Torna tornata ambitum velocem:
Sic ramum montanum hospes manu ducens
Flexit ad terram, faciens non humana opera.
Pentheo vero collocato in ramis abiegnis,
Rectum dimisit per manus ramum, sursum
Sensim, cavens ne eum ejacularetur.
Erecta vero *abies* in altum ætherem surgebat,
Continens tergo insidentem dominum.
Visus vero est potius, quam vidit Mænadas:
Quantum enim nunquam antea visibilis erat sedens superne,
Et hospitem quidem illum non amplius videre licuit,
Ex æthere vero vox quædam, ut quidem conjicere erat,
Bacchus exclamavit: O juvenculæ,

Duco illum qui vos et me et mea orgia
Deridet: quare ulciscamini ipsum.
Hæc autem simul dixit, et ad cœlum
Et terram applicabat fulgorem sacri ignis.
Tacuit autem æther, nemusque frondiferum tacite
Folia continuit, nec audivisses ferarum vocem.
Hæ vero, non manifeste vocem auribus accipientes,
Constiterunt erectæ et circumtulerunt *oculorum* pupillas.
Ille vero rursus *eas* cohortatus est: postquam vero agnoverunt
Perspicuum classicum Bacchi Cadmi filiæ,
Festinaverunt, columbis non inferiorem celeritatem
Pedum habentes, concitatis cursibus,
Mater Agave, sororesque germanæ,
Omnesque Bacchæ: per torrentem autem vallem
Et per rupes saliebant dei flatibus furentes.
Cum autem viderunt in abiete dominum sedentem
Primum quidem grandes lapides caput percutientes *in* eum
Jaciebant, ascendentes rupem oppositam:
Ramis vero abiegnis *Pentheus in eas* jaculabatur:
Aliæ vero thyrsos emiserunt per aerem
Sedem miseram Penthei: sed nihil afficiebant.
Altitudinem enim studio *Baccharum* excelsiorem habens,
Sedebat infelix, consilii inopia captus.
Tandem vero, quernos ramos commolientes,
Radices eruebant vectibus non ferreis.
Cum vero finem laboris non perficerent,
Dixit Agave: age vos, circumstantes in orbem,
Mænades, apprehendite arborem, ut meam, quæ *huc* ascendit,
Feram capiamus, ne renunciet Dei
Arcanos choros: illæ vero innumeras manus
Admoverunt abieti et evulserunt *eam* ex terra.
In alto vero sedens, ex alto in terram delabens
Cadit ad solum, cum innumeris ejulatibus
Pentheus: malo enim se vicinum esse cognovit.
Prima vero mater *ut* sacerdos fecit initium cædis,
Et ruit in ipsum: ille vero mitram a coma
Abjecit, ut agnoscens eum non interficeret
Misera Agave: et dixit, genas
Attingens: ego, O mater, sum filius tuus
Pentheus, quem peperisti in domo Echionis:
Miserere igitur mei O mater, neque propter mea
Peccata tuum filium interficias:
Illa vero, spumam emittens et distortos

Oculos contorquens, non sentiens, quæ sentire conveniebat,
A Baccho possidebatur, neque *Pentheus* eam flexit.
Sed apprehendens manibus sinistram *ejus* manum,
Insistens lateribus miseri,
Avulsit humerum, non robore,
Sed ipse deus facilitatem addebat manibus.
Ino vero alterum *latus* conficiebat,
Rumpens carnem, Autonoe vero, et totus cœtus
Instabat Baccharum: erat autem omnigenus simul clamor,
Hic quidem ingemiscebat, quantum adhuc spiritus habebat,
Illæ vero ululabant: alia autem rapiebat brachium,
Alia vero pedem cum ipsis soleis: nudabantur autem
Latera lacerationibus: quælibet vero, cruentata
Manibus, in pilæ-morem-disjiciebat carnes Penthei.
Jacet vero divisim corpus, hæc quidem *pars* sub asperis
Saxis, hæc vero sylvæ in densis frondibus,
Ut non facile inveniri possit: miserum vero caput,
Quod mater manibus cepit,
Fixum in summo thyrso, ut montani
Leonis circumfert per medium Cithæronem,
Relictis sororibus in choris Mænadum.
Incedit autem, infelici præda superbiens,
Intra hæc mœnia, vocans Bacchum,
Socium venationis, et in præda capienda socium,
Præclaræ victoriæ autorem, quam ob prædam lacrymas pro victoria fert.
Ego itaque procul ab hæc calamitate
Discedo, priusquam Agave domum veniat.
Modestum autem esse et venerari Deorum numina,
Hanc equidem puto pulcherrimam et sapientissimam
Mortalibus esse rem, illis, qui sic faciunt.

CHO. Celebremus Bacchum.
Exclamemus calamitatem
Penthei draconis prole geniti,
Qui fœmineam vestem
Et ferulam gravem cuspidem,
Accepit thyrso involutam,
Taurum ducem calamitatis habens.
O Bacchæ Cadmeæ,
Carmen inclytum triumphale fecit
In luctum, in lacrymas.
Pulchrum *est* certamen, in sanguine stillantem
Manum injicere filio.
Sed,—video enim in ædes currentem

Agaven Penthei matrem distortis
Oculis: Evii Dei comessationem accipite.
AG. O Asiaticæ Bacchæ. CHO. Quid me nunc excitas, O? (*strophe.*)
AG. Afferimus ex montibus catulum
Recens interfectum in atria,
Egregiam prædam.
CHO. Video, et te accipio sociam, O.
AG. Cepi hunc absque laqueis
* * *
Juvenem leonem, ut licet videre. CHO. Ex qua solitudine?
AG. Cithæron. CHO. Quid Cithæron?
AG. Interfecit eum.
CHO. Quænam est quæ primum *eum* percussit?
AG. Meus *est* hic honor. CHO. Beata Agave.
*Ideo* celebramur in thiasis.
AG. Quid aliæ? Cadmi— CHO. Quid Cadmi? AG. Soboles,
Post me, post me attigit
Hanc feram? CHO. Felices hac præda.
AG. Particeps nunc sis convivii. CHO. Quid particeps sim misera? (*ant.*)
AG. Juvenis *est* hic Catulus, mo-
do genam sub capite capillos molles habente
Villosam efflorescit.
CHO. Recte est, ubi jubis feræ agrestis similis est?
Bacchus venator
Sapiens sapiens incitavit
Mænadas in hanc feram. CHO. Hic enim rex *est* venator felix.
AG. Laudas? CHO. Quid laudo?
AG. Mox vero Cadmei
Et Pentheus filius matrem laudabit,
Quæ cepit prædam hanc ex leone genitam
Excellentem, excellenter. CHO. Lætaris?
AG. Lætor magna magna et
Insignia hæc virtutis præmia consecuta.
CHO. Ostende, O misera, tuam victoria partam
Prædam civibus, quam ferens *huc* venisti.
AG. O qui pulchris turribus instructam urbem Thebani soli
Habitatis, venite, ut videatis hanc prædam,
Feræ quam prædam nos Cadmi filiæ cepimus,
Non amentatis Thessalorum jactibus collineatis,
Nec retibus, sed candidarum
Manuum apicibus: et deinde gloriari decet,
Et fabrorum facientium hastas instrumenta frustra parare.

Nos enim manu hunc *leonem* cepimus
Et sine mucrone membra discerpsimus.
Ubinam meus est senex pater? accedat prope.
Et ubi est meus filius Pentheus? corripiens erigat
Ad ædes compactarum scalarum gradus,
Ut clavis affigat sculptis laquearibus caput hoc
Leonis, quem in venatione captum *hic* ego fero.
CAD. Sequimini me, ferentes miserum onus
Penthei, sequimini, famuli, ante domum,
Cujus corpus laborans longa inquisitione
Fero hoc inventum Cithæronis jugis,
Dilaniatum, et nihil in eodem solo
Nactus, in sylva jacens difficulter scrutabili.
Audivi enim ex quodam, filiarum *mearum* audacia facinora,
Jam per urbem muros ingressus vadens
Cum sene Tiresia, de Bacchis:
Iterum vero reversus in montem, porto
Cæsum filium a Mænadibus.
Et illam quidem quæ Actæonem olim Aristæo
Peperit vidi Autonoen Inonemque simul
Adhuc in saltibus œstro perculsas miseras,
Sed quispiam dixit mihi huc bacchico pede
Venire Agaven, neque falsa audivimus:
Video enim eam non felix spectaculum.
AG. Pater, maxime gloriari licet tibi,
Quod genueris filias longe præstantissimas omnium
Mortalium: omnes dico, præcipue vero me,
Quæ textoriis relictis radiis
Ad majora veni, feras ut capiam manibus.
Affero autem in ulnis, ut vides, hæc
Adepta virtutis præmia, tuas ad ædes
Ut suspendantur: tu vero, pater, *hæc* accipe manibus:
Lætusque mea venatione,
Voca amicos ad convivium: beatus enim es,
Beatus, quod nos talia facinora fecerimus.
CAD. O luctum immensum, et non videndum,
Necis confectæ miseris manibus.
Egregiam victimam offerens diis,
Ad convivium has Thebas, et me vocas.
Hei mihi propter mala, primum quidem tua, postea vero mea!
Quam nos juste quidem, sed tamen immodice, Deus,
Bromius Rex perdidit, cum tamen sit cognatus!
AG. Ut morosa senectus est hominibus
Et in oculis tetrica! utinam meus filius

Animosus esset, matris ingenio similis
Nempe cum adolescentibus Thebanis simul
Feras appetens invaderet! sed tantum repugnare diis
Potis *est* ille. Monendus, O pater,
Et tibi et mihi, ne callidulis lætetur malis.
Ubinam est? quis eum huc in meum conspectum
Vocarit, ut me videat beatam.
CAD. Heu, heu! Ubi cognoveritis *facinora*, quæ patrastis,
Dolebitis dolore gravi: si vero perpetuo
In eodem statu manseritis, in quo jam estis,
Cum non sitis felices, existimabitis *tamen vos* haud infelices esse.
AG. Quid horum vero non recte, aut quid male habet?
CAD. Primum quidem in hunc aerem oculos tuos attolle.
AG. Ecce, quid me jussisti hunc intueri?
CAD. Adhuc *ne aer* idem esse, an aliquam mutationem tibi videtur habere?
AG. Illustrior quam prius, et liquidior *videtur*.
CAD. An perturbatio adhuc tuæ animæ adest?
AG. Non intelligo hoc dictum, fio tamen paulatim
Mentis compos, mutata priore mente.
CAD. Audies igitur aliquid, et respondebis sapienter?
AG. Ut oblita sum illorum, quæ prius dixi, O pater.
CAD. In quam domum venisti cum Hymenæis?
AG. Elocasti me Echioni nato (ut aiunt) ex satis dentibus.
CAD. Quis igitur filius tuo marito domi natus est?
AG. Pentheus, mea et patris consuetudine.
CAD. Cujus igitur faciem tenes in ulnis?
AG. Leonis, ut dixerunt venatrices.
CAD. Contemplare igitur recte, brevis labor *est* intueri.
AG. Heu! quid video? quid fero hoc in manibus?
CAD. Contemplare hoc, et cognosce certius.
AG. Video maximum dolorem, ego misera!
CAD. Num tibi leoni videtur *hoc* simile esse?
AG. Non, sed Penthei ego misera habeo caput.
CAD. Cruentatum prius quam tu agnosceres.
AG. Quis interfecit eum? quomodo venit in meas manus?
CAD. Misera veritas, ut non tempestive ades!
AG. Dic, quippe cor micare facit cunctatio.
CAD. Tu occidisti eum, et tua soror.
AG. Ubi vero periit? an domi, aut quibus *in* locis?
CAD. Ubi prius Actæona canes dilaniarunt.
AG. Quid vero in Cithæronem venit infelix hic?
CAD. *Illic* ivit irridens Deum, et tuas bacchationes.
AG. Nos vero quomodo illuc accessimus?
CAD. Insanistis, et tota civitas Bacchio furore correpta est.

AG. Bacchus nos perdidit: nunc demum *hoc* intelligo.
CAD. Contumelia *a vobis* affectus: Deum enim non ducebatis ipsum *esse*.
AG. Charissimum vero corpus filii ubinam *est*, pater?
CAD. Ego vix hoc indagatione repertum adfero.
AG. An totum suis membris conjunctum recte?
* * * .
Ad Penthea vero quomodo mea insania pertinebat?
CAD. Vobis fuit similis, non colens deum:
Itaque compulit omnes in eandem noxam,
Vos et hunc, ut perderet hanc domum
Et me, qui cum non haberem masculos liberos,
Hoc germen tui uteri, O misera,
Turpissime, et pessime mortuum video,
In quem respiciebat domus, qui tutabaris, O fili,
Meam domum, ex mea filia natus,
Et civibus eras verendus: me senem vero
Nemo volebat injuria afficere, intuens tuum
Caput: pœnam enim dignam accepisset.
Nunc autem inglorius ejiciar ex domo
Cadmus ego ille ingens, qui Thebanorum genus
Seminavi, et messui pulcherrimam messem.
O charissime virorum,—quamvis enim non amplius sis, tamen
Numeraberis inter meos charissimos liberos,—
Non amplius attingens manu hoc mentum,
Matris patrem alloquens amplecteris, fili,
Dicens: quis te injuria afficit, quis te contemnit, O senex,
Quis turbat tuum cor molestus existens *tibi?*
Dic, ut puniam lædentem te, O pater.
Nunc autem miser sum ego, infelix vero tu,
Et miserabilis mater, infelicesque sorores.
Si quis autem est, qui Numina contemnit,
Intuens in hujus mortem, putet *esse* deos.
CHO. Doleo quidem tuam vicem, Cadme: tuæ tamen habet pœnam
Filius filiæ, dignam quidem, luctuosam tamen tibi.
AG. O pater, (vides enim mea quantum mutata sunt,)
* * * * * *
BAC. * * * * * *
Draco fies specie mutata, mulierque tua
Efferata, serpentis speciem habebit,
Quam Martis *filiam* Harmoniam *uxorem* habuisti mortalis existens.
Jugum autem vitulorum, (ut dicit Jovis oraculum,)
Ages cum uxore, barbaris imperans.

Multas autem evertes cum copiis innumeris
Urbes: quando vero Apollinis oraculum
Depopulati fuerint, reditum infelicem retro
Habebunt: sed Mars te, et Harmoniam liberabit,
Beatorumque in terra tuam collocabit vitam.
Hæc non mortali patre natus dico
Bacchus, sed ex Jove: si vero sapere
Voluissetis, quando noluistis, Jovis filium
Socium habentes beati fuissetis.
CAD. Bacche, supplices tibi sumus, peccavimus.
BAC. Sero cognovistis nos: at cum oportebat, non noratis.
CAD. Agnoscimus hæc; sed persequeris nimium.
BAC. Etenim a vobis lædebar, cum essem deus.
CAD. Convenit deos non esse similes iracundia hominibus.
BAC. Hæc jam pridem Jupiter meus pater annuit.
AG. Heu, heu! Decreta sunt, O senex, misera exilia.
CAD. O filia, venimus in triste malum,
Tuque misera, sororesque tuæ charæ,
Et ego infelix. *Ad* barbaros ibo
Senex inquilinus: et adhuc mihi hoc *est* fatale,
In Græciam ducere mixtum barbaricum exercitum.
Et Harmoniam Martis filiam, meam conjugem,
*Ego factus* draco, dracænæ naturam habentem feram,
Ducam ad aras, et sepulchra Græcanica,
Dux exercitus, nec liberabor
A malis infelix, nec *ad* infernum
Acheronta navigans, quietus ero.
AG. O pater, ego igitur te orbatus exulabo.
CAD. Cur, O misera filia, me manibus amplecteris,
Ales ut fucum candido corpore præditum cygnus?
AG. Quo enim me vertam ejecta ex patria?
CAD. Nescio, O filia: imbecillis auxiliator *est tibi* pater.
AG. Vale, O domus, vale, O patria
Civitas: desero te cum infortunio,
Exulans ex thalamo.
CAD. Vade, O filia, *ad* Aristæi terram.
AG. Privor te, O pater. CAD. Et ego *te*, O filia,
Et tuas deploro sorores.
AG. Atrociter enim, atrociter hanc calamitatem
Bacchus rex
In tuam domum intulit.
BAC. Etenim patiebar atrocia a vobis,
Habens nomen sine honore Thebis.
AG. Vale, O pater, mihi:
CAD. Vale et tu, misera filia:
Difficulter eo venire poteris; *ut valeas.*

AG. O ductores ducite me *ad* sorores,
Ut exilii socias assumam miseras.
Proficiscar autem *illuc*, ubi
Neque Cithæron impurus me videat,
Neque Cithæronem oculis ego,
Nec ubi palmites thyrsis faciendis crescunt:
Bacchis vero aliis curæ sunto.

CHO. Multæ formæ *sunt* divinarum *rerum*,
Multaque præter spem perficiunt dii,
Et quæ sperabantur, non perfecta sunt:
Et insperatorum exitum invenit Deus.
Sic *et* hoc negotium finitum est.

# EURIPIDIS

## HERACLIDÆ.

## DRAMATIS PERSONÆ.

IOLAUS.

COPREUS.

CHORUS.

DEMOPHOON.

MACARIA.

ANCILLA.

ALCMENA.

NUNCIUS.

EURYSTHEUS.

# EURIPIDIS

## HERACLIDÆ.

IOL. JAMPRIDEM hoc apud me constitutum est:
Probus quidem Vir aliorum commodis natus est,
Qui vero animum habet propensum in lucrum,
Reique publicæ *est* inutilis et una pacisci gravis,
Sed sibi ipsi optimus: scio autem *hoc* non verbis edoctus.
Ego enim præ pudore et colens cognationem,
Cum possem Argis tranquille habitare, laborum
Particeps fui plurium quam ullus vir unus cum Hercule,
Quando erat nobiscum: nunc vero postquam in cœlo
Habitat, sub alis habens illius liberos,
Servo hosce, cum ipse indigeam tutela.
Postquam enim pater ipsorum discessit ex terra,
Primum quidem nos voluit Eurystheus interficere:
Sed effugimus: et periit quidem civitatis jus,
Sed vita servata est: fugimus autem errantes,
Ab alia urbe in aliam fines transgredientes.
Præter enim alia mala hanc etiam Eurystheus
Contumeliam nobis inferre æquum censuit:
Mittens, ubicunque terrarum audiret *nos* consedisse,
Præcones, et deposcit et abigit e terra,
Urbem Argivam prædicans non infirmam et juvare
Et odia exercere, et seipsum fortunatum simul.
Illi vero, cum res meas infirmas viderent,
Hos vero parvos et patre orbatos,
Colentes potentiores terra *nos* abigunt
Ego vero fugio cum fugientibus liberis,
Sumque afflictus cum afflictis,
Metuens prodere *eos*, ne quis ita dicat mortalium:
Videte, postquam non est pater filiis,
Iolaus non fert opem cum sit cognatus.

Ex omni vero profligati Græcia,
Venientes *ad* Marathonem et terram ejusdem ditionis,
Supplices sedemus ad aras Deorum,
Ut juvent *nos:* campos enim hujus terræ
Habitare dicuntur duo filii Thesei,
Sortito possidentes, ex genere Pandionis,
His *Herculis filiis genere* propinqui: quorum causa, *ad* fines
Inclytarum Athenarum itinere præsenti venimus.
A duobus vero senibus *hoc* exilium regitur: *Nam*
Ego quidem de his pueris tutandis æstuo,
Hæc vero Alcmene fœmineam filii sui prolem,
Intra hoc templum in ulnis fovens,
Servat: tenellas enim virgines pudet
Accedere ad turbam et circa aras lamentari.
Hyllus vero et fratres, quibus provectior est ætas,
Quærunt, ubi possimus habitare aliquam arcem,
Si pellamur ex hac terra per vim.
O filii, filii, huc *venientes*, apprehendite meas
Vestes: video *enim* præconem hunc Eurysthei
Venientem ad nos, a quo patimur persecutionem,
Errones omni terra expulsi.
O exose, utinam pereas et vir ille, qui misit!
Adeo multa jam et horum generoso patri
Et hoc ipso ore nunciasti mala!

COP. Nempe pulchram sedem hanc te consedisse putas
Et *ad* urbem sociam pervenisse, prave judicans:
Nullus enim est, qui antepositurus sit
Tuam imbecillam potentiam Eurystheo:
Vade: quid hæc laboras? Oportet te discedere
Ad Argos, ubi te expectat supplicium lapidationis.

IOL. Nequaquam: quoniam mihi opitulabitur ara Dei:
Et libera terra, in quam ingressi sumus.

COP. Vis addere huic meæ manui laborem?

IOL. Nunquam me, neque hos captos per vim abduces.

COP. Cognosces: nec bonus vates quoad hæc fuisti.

IOL. Non fiet hoc me vivente unquam.

COP. Discede: ego enim hos, quamvis tu nolis,
Abducam Eurystheo traditurus, cujus sunt.

IOL. O qui Athenas longum habitatis tempus,
Opem ferte. Jovis enim Agoræi cum simus supplices,
Vim patimur, et supplicum ramilana-velati polluuntur,
Urbi probrum et Deorum contumelia.

CHO. Ehem! ehem! Quisnam clamor prope aram
Excitatus auditur? quam calamitatem mox ostendet?

IOL. Aspicite *me* senem debilem humi (*str.* 1.)

Fusum: O me, miserum!
CHO. A quonam *prostratus* humi casu misero jaces?
* * *

IOL. Iste, O hospites, me, contemnens tuos deos (*str.* 2.)
Trahit violenter ex vestibulo aræ Jovis.
CHO. Hiccine ex qua terra, O senex, ex-quatuor-civitatibus-collectum
Simul habitantem populum venisti?
An ex ulteriori loco marino remo
Appulistis relicto Euboico littore?
IOL. Non ago, O hospites, insularem vitam,
Sed ex Mycenis *ad* tuam terram venimus.
CHO. Quo nomine *te*, O senex, Mycenæus appellat populus?
IOL. Herculeumne forte novistis Armigerum
Iolaum? Nam hæc persona non *est* incelebris.
CHO. Novi et ante audito *ejus nomine*: sed cujusnam in (*mesod.*)
Manu tua gestas pueros *impuberes*, dic,
IOL. Herculis isti sunt filii, O hospites,
Supplices tui civitatis *huc* venientes.
CHO. Quam ob causam? dic mihi, an civitatis colloquium (*ant.* 1.)
Expetentes consequi?
IOL. Ne dedantur, neque per vim a Diis
Tuis avulsi Argos redeant.
COP. Sed tuis dominis hæc non sufficient, (*ant.* 2.)
Qui imperium in te habentes, hic invenient te.
CHO. Convenit deorum vereri supplices, O hospes,
Neque violenta manu *decet*
Eos Deorum relinquere sedes:
Veneranda enim Justitia hæc non tolerabit.
OP. Ejice nunc ex *hac* terra hos Eurysthei *servos*,
Et non utar hac manu violenta.
HO. Impium *est* civitatem negligere supplicem
Hospitum supplicationem.
OP. Præclarum vero *est* extra negotia habere pedem,
Nactum imprudentiam meliorem.
IO. Ergo Regi hujus agri te declaratis
His *rebus* oportebat *hæc* audere, non autem per vim hospites
A Diis, abstrahere, terram venerantem liberam.
P. Quis autem est rex hujus regionis et urbis?
O. Inclyti patris filius Demophoon Thesei.
P. Cum hoc igitur mihi certamen aliquod hujus negotii
Potissimum erit: reliqua vero dicta sunt frustra.
O. Atqui hic ipse *jam huc* venit festinanter,

Et Acamas frater, auditores hujus causæ futuri.
DEM. Postquam, tu senior, antevertisti *nos* juniores,
Accurrens ad hanc aram Jovis,
Dic, qui casus hanc turbam congreget.
CHO. Sedent supplices isti filii Herculis,
Coronantes aram, ut vides, O rex,
Et Iolaus fidus socius patris *eorum*.
DEM. Quid igitur clamoribus hæc indigebat calamitas?
CHO. Vi eos iste ducere ab hac ara
Volens, excitavit clamorem, et evertit genu
Senis, ut præ miseratione mihi excusserit lacrymas.
DEM. Et tamen ornatum Græcanicum et modum vestis
Habet: Cæterum hæc *sunt* barbaræ manus.
Tuum est jam dicere, et non cunctari, mihi,
Cujus terræ fines relinquens huc veneris.
COP. Argivus sum: hoc enim vis scire.
Quare autem venerim, et a quo dico re volo.
Mittit me huc Mycenarum rex Eurystheus,
Ducturum hos: veni autem, O hospes, multa
Justa simul et facere et dicere habens.
Ipse enim cum sim Argivus, duco Argivos,
Fugitivos hos ex mea *terra* tenens,
Legibus patriis condemnatos
Mori: æquum autem est ut *nostram* administrantes Rempublicam
Nos ipsi in nos ipsos rata judicia statuamus.
Cum autem et multorum aliorum *ad* aras *hi* venerint,
In hoc ipso rerum statu in quo nunc versamur,
Et nemo ausus est propria accersere sibi mala.
Sed an stultitiam hi aliquam in te animadvertentes
Huc venerunt, in periculum ob desperationem aleam
Jacientes, sive *fiat*, sive non—
Non enim sperassent te existentem mentis-compotem,
Solum ex tanta Græcia, quam pererrarunt,
Horum inconsultas calamitates miseraturum—
Age,—confer enim *rationes*,—hos admittens in terram,
Et sinens nos abducere, quid lucri facies?
A nobis quidem hujusmodi *commoda* licet tibi accipere:
Argi ipsius tantos exercitus et Eurysthei
Omnes vires huic Reipublicæ adjungere.
Si vero dicta et horum miserationes
Intuens emollitus fueris, in certamen veniet
Armorum hæc res; nec enim quod dimittemus
Putes contentionem istam sine ferro.
Quid vero tum dices, quibus campis spoliatus,
Tirynthiis cliens addictus bellum cum Argivis gerere,

Quibus vero sociis opitulans, quam ob rem
Adulaberis mortuis jacentibus? Profecto malam famam
Tibi comparabis a civibus, si propter senem
Qui est sepulchrum, nihil existens, ut ita dicam,
Et propter hos pueros, in sentinam pedem immittas.
*Sed* dices, quod optimum *est*, te inventurum esse spem duntaxat.
Et hoc longe præsenti occasione exilius:
Male enim cum Argivis isti armati
Pugnabunt cum pubertatem pervenerint, si hoc tibi
Animos tollit, et in medio longum *est* tempus,
In quo vos potestis perire. Sed mihi obtempera:
Nihil des, sed sinens me mea abducere,
Concilia *tibi* Mycenas, neque, (quod soletis facere,)
Hoc facias tu quoque, cum possis potentiores
Amicos *tibi* adjungere, ut imbecilliores accipias.

DEM. Quis litem *recte* judicarit, aut causam cognoverit,
Priusquam ex utroque *litigatore* sermonem audiverit perspicuum?

IOL. O Rex, hoc commodi habeo in tua terra,
Dicere et audire vicissim licet mihi,
Nec ullus me pellet antea, ut aliunde *pulsus fui*.
Inter nos vero et hunc nihil intercedit juris;
Postquam enim nihil est nobis amplius negotii cum Argis,
Decreto facto, sed patriam fugimus,
Quomodo potest juste retrahere tanquam Argivos
Hicce nos, quos expulit ex patria?
Peregrini enim *jam* sumus. An ex tota Græcia
Justum putatis ut exulet, quicunque Argivam urbem fugiat?
Nequaquam certe ex Athenis: haud enim Argivorum metu
Herculis liberos expellent *ex sua* terra.
Haud enim Trachis, nec Achaïcum hoc est
Oppidum, unde tu istos, nullo quidem jure,
Sed Argos amplificans, qualia nunc quoque dicis,
Expulisti supplices ad aram sedentes.
Si enim hoc fiat *et* secundum tua verba sententiam tulerint,
Non novi hasce Athenas liberas amplius *esse*.
Sed novi ego horum animum et ingenium:
Mori *potius* volent: dedecus enim plus quam
Vita apud bonos viros putatur.
Satis de Urbe: est enim invidiosum
Immodice prædicare: sæpe enim jam
Memini me quoque gravatum esse quando nimium laudatus fuerim.

I i

Quod autem *sit* necesse tibi, hoc volo dicere, hos
Servare, quandoquidem huic terræ præes:
Pittheus enim *filius* est Pelopis, ex Pittheo vero
Æthra, pater vero ex hac nascitur tuus
Theseus. Rursus vero *repeto tibi* horum genus.
Hercules erat Jovis et Alcmenæ filius,
Hæc vero Pelopis filia nata: *ergo* consobrini
Fuerunt tuus pater et horum pater.
Attingis igitur sic hos genere, O Demophoon:
Quæ vero præterea extra cognationem te oportet
Persolvere filiis, dicam tibi: Aio enim quondam
Socius navigationis fuisse Theseo, cum horum Patri essem scutifer,
Ad *petendum* baltheum, qui fuit causa multarum-cædium,
Reduxit autem *idem* ex atris Plutonis recessibus
Patrem tuum: hoc tota Græcia testatur.
Pro quibus reddere te isti vicissim postulant gratiam,
Ne dedantur, neque per vim a Diis
Tuis avulsi, expellantur *ex hoc* agro.
Tibi enim privatim hoc turpe *fuerit*, et (dehonestat) in urbe
Supplices, exules, cognatos,—hei mihi malorum *causa!*
Intuere eos, vide,—trahi per vim.
Sed rogo te, et sertis colo, per tuas manus
Et per mentum, ne negligas
Filios Herculis in manus *tuas* accipiens.
Sis vero illis cognatus, sis amicus,
Pater, frater, dominus: omnia enim
Hæc sunt potiora, quam in Argivorum potestatem venire.
CHO. Misertus sum ego audiens hasce calamitates, O rex.
Nobilitatem vero a Fortuna vinci
Nunc maxime vidi: isti enim e patre
Optimo nati sunt infelices præter sua merita.
DEM. Tres calamitatis viæ me cogunt,
O Iolae, non repellere tuos hospites:
Quod quidem maximum *est*, Jupiter, ad cujus aram tu
Sedes, hunc cœtum habens pullorum,
Deinde cognatio, et quod prius debeam, ut prospera
Fortuna hi per me utantur, patris causa,
Denique ipsa turpitudo, de qua maxime oportet esse solicitum,
Si enim permittam hanc vi spoliari
Aram ab homine peregrino, non liberam
Videbor habitare terram, Argivis autem metu
Prodere supplices; proxime autem ad suspendium accedit res.

Utinam vero tuus adventus fuisset felicior:
Sed tamen ne nunc quidem trepida, ne te aliquis
Cum pueris avellat ab hac ara per vim.
Tu igitur reversus Argos, dic et ista Eurystheo,
Præterea vero, si quod crimen his hospitibus objiciendum habet,
Jus *suum* consequetur: hos vero *tu* nunquam *hinc* abduces.
COP. Annon, si justum sit, et ratione vincam?
DEM. At quomodo justum *est* supplicem abducere vi?
COP. Ergo mihi hoc turpe, sed tibi, damnum *feret*.
DEM. Imo mihi, si patiar te istos abstrahere.
COP. Tu igitur relega *eos* ex tuis finibus, et tunc *eos* illinc abducemus.
DEM. Ineptus es, qui Deo plus sapis.
COP. Huc, (ut videtur,) malis fugiendum *est*.
DEM. Omnibus *est* commune perfugium ara Deorum.
COP. Hæc non videbuntur pariter Mycenæis.
DEM. Nonne ego hic loci sum dominus?
COP. Nihil lædens *Mycæneos*, si sapis.
DEM. Lædimini *ergo*, quod ego non polluam deos?
COP. Non cupio te bellum movere Argivis.
DEM. Et ego sic *sum affectus*: istos vero non dimittam.
COP. Ego tamen abducam meos correptos.
DEM. Haud igitur Argos facile redibis.
COP. At periculum faciens hoc cito sciam.
DEM. Plorans igitur hosce attinges, idque statim.
CHO. Ne per deos aude percutere præconem.
DEM. Nisi profecto iste præco modeste se gerere discat.
CHO. Abi tu: tu vero, O rex, ne attingas hunc.
COP. Abeo: unius enim manus infirma *est* pugna.
Veniam autem multum Martis Argivi adducens
Æreum cuspidem huc. Innumeri autem me
Expectant clypeati *milites*, Eurystheusque Rex
Ipse dux exercitus: Alcathoi vero ad extremos
Expectans hinc *responsa*, fines manet.
Ubi autem audierit tuam insolentiam, terribilis apparebit
Tibi et civibus, et huic terræ et arboribus:
Frustra enim haberemus juventutem adeo
Multam Argis, nisi te puniremus.
DEM. Abi in malam rem: tuum enim Argos non formido
Hinc vero nunquam, me dedecorans,
Vi abduces hos: non enim Argivorum urbi
Subditam hanc, sed liberam, habeo.
CHO. Tempus *est* prospicere, priusquam ad fines appropinquet
Exercitus Argivorum: admodum enim acer Mars *est*
Mycenæorum,

Ob hæc vero multo magis, quam antehac.
Omnibus enim præconibus hic *est mos*,
Ut bis tantum exaggerent *res* quam gestæ sint.
Quam multa putas ipsum regibus esse dicturum?
Quod sit atrocia passus, et pene
Venerit in periculum amittendæ vitæ.

IOL. Nullum est pulchrius decus liberis,
Quam ex patre bono fortique natos esse,
Et nubere e bonis: qui vero victus libidine
Conjunxit *se* cum malis, *illum* ego non laudabo,
Quod relinquat liberis dedecus propter voluptatem.
Infelicitatem enim generis-nobilitas propulsat
Magis quam generis ignobilitas: nos enim, malorum
In extrema lapsi, invenimus amicos
Et cognatos hos, qui, ex tanta populis-culta
Græciæ terra, hos soli tutati sunt.
Date vos, pueri, eis dextram manum, date,
Et vos pueris, et prope accedite,
O pueri: periculum amicorum fecimus.
Si quando igitur contigerit vobis reditus in patriam,
Et domos habueritis et honores patris,
Putate semper *hos* servatores et amicos,
Et nunquam adversus *horum* terram tollite hastam hostilem,
Memores horum *beneficiorum*, sed charissimam civitatem
Omnium putate. Coli sane a vobis digni sunt,
Qui terram tantam et Pelasgicum populum
Nostri vice habere hostes præoptarunt,
Videntes mendicos, errones: sed tamen
Non dediderunt, neque expulerunt ex *sua* terra.
Ego vero et vivens et mortuus, quando moriaris
O amice, magnis laudibus accedens Theseo,
Extollam te, et hæc dicens, illum delectabo,
Quod et humaniter exceperis *nos* et opem tuleris liberis
Herculeis, et quod nobilis per Græciam
Servas paternam gloriam, ex bonis enim cum natus sis,
Non es deterior patre,
Cum paucis aliis: unum enim inter multos forte
Invenias, qui non sit deterior patre.

CHO. Semper hæc terra calamitosis
In causa justa vult opem ferre.
Innumeros enim jam labores pro amicis
Tulit, et nunc hoc certamen video prope *nos esse*.

DEM. Et a te recte dictum est, et confido, senex, horum officia
Talia fore; in memoria habebitur hoc beneficium.
Et ego quidem civium conventum faciam,
Et ordinabo, ut Mycenæum exercitum

Possim excipere cum magnis copiis. Primum quidem speculatores
Mittam ad ipsum, ne me inscio *in nos* irruat:—
Quilibet enim vir Argis velox bellator est—
Et sacrificabo vates congregans. Tu vero in ædes
Cum pueris ingredere, relinquens aram Jovis.
Sunt enim qui tui, etiamsi ego foris fuero,
Curam habebunt. Quamobrem in ædes ito, senex.
Non relinquam aram; sedemus utique
Supplices ut civitas bene rem gerat hic manentes:
Ubi autem ab hoc certamine præclare abieris,
*Tunc* ibimus in ædes: diis autem non deterioribus
Quam Argivi, sociis utimur, O Rex:
Nam illis quidem præest Juno, conjux Jovis,
Nobis vero Minerva. Dico autem, ad felicitatem
Et hoc deos habere præstantiores:
Pallas enim non patietur se vinci.
CHO. Si tu magnifice gloriaris, alii (*strophe.*)
Non *ideo* te plus curant,
Hospes, O Argis *huc* profecte:
Magniloquentia saltem meam
Mentem non terrebis.
Nunquam adeo magnis
Et pulchre-choreas-agentibus Athenis *hoc*
Accidat! tu vero amens et *ille* qui Argis
Stheneli *filius, est* tyrannus:
Qui urbem profectus *in* aliam, (*ant.*)
Non minorem Argis,
Deorum supplices exules
Meæque terræ adhærentes
Peregrinus existens violenter
Trahis, non cedens regibus,
Neque quidquam aliud justi dicens.
Ubinam hæc honeste sint
Saltem apud sanæ mentis homines.
Pax mihi quidem placet: (*epod.*)
Tibi vero, O stulte rex,
Dico, si in terram venias,
Non sic, quæ putas, consequeris.
Non tibi soli hasta, ne-
que clypeus ære munitus est.
Sed O belli avide,
Ne Marte mihi collidas
Amice se habentem
Civitatem, sed inhibe te.
O fili, quid mihi mœrorem oculis ferens

Venis? aliquid novi dicis de hostibus?
Cunctantur, an adsunt, aut quid audis?
Haud enim mendax fuerit præconis sermo: (i. e. *Coprei:*)
Imperator enim antea felix existens
Festinat, bene scio, nec parvos animos gerens
Adversus Athenas. Sed spiritus
Nimis superbos Jupiter punit.
DEM. Venit exercitus Argivus et Eurystheus rex:
Ego eum ipse vidi: oportet enim virum,
Qui dicit se recte bellum administrare scire,
Nòn per nuncios videre hostes.
In hos tamen terræ campos nondum immisit
Exercitum, collis supercilio considens
Speculatur,—hoc tibi ex conjectura dico,—
Qua via nunc exercitum armatum sine prælio adducat,
Et in tuto collocat hic agri.
Mea quidem omnia recte sunt jam constituta:
Et urbs in armis et hostiæ paratæ
Sunt, quibus Diis has oportet immolari,
Lustratur autem civitas a vatibus,
Averruncaque hostium et urbi salutifera.
Omnes autem vates oraculorum congregans in unum
Exploravi et vulgata et arcana
Vetera oracula, salutaria huic terræ.
Et *in* cæteris quidem *rebus* diversa sunt oraculorum
Multa: una vero *in re* omnium eadem eminet sententia:
Mactare jubent ne virginem puellæ
Cereris, quæ sit ex matre nobili nata.
Ego vero habeo quidem, ut vides, promptitudinem
Tantam erga vos: filiam vero neque meam occidam,
Neque alium civium meorum cogam
Nolentem: volens vero quis adeo desipit,
Qui charissimos liberos ex manibus *ad necem* dare velit?
Et nunc discordantium cœtus videas,
Horum quidem dicentium, quod æquum sit hospitibus
Supplicibus opem ferre, aliorum vero stultitiam meam
Accusantium. Nisi vero hoc compescuero,
Bellum domesticum jam præparatur.
Hæc igitur tu vide et simul excogita, quomodo
Ipsique servemini, et hæc regio,
Et ego non civium gratia excidam.
Non enim tyrannidem ut barbarorum obtineo:
Sed si justa faciam, justa patiar.
CHO. At promptam existentem non sinit deus
Hospitibus opem ferre hanc civitatem quamvis cupientem.
IOL. O filii, similes sumus navigantibus, qui

Cum effugerunt sævam tempestatis vim
Et appulerunt ad terram prope, deinde a littore
Flatibus rejecti sunt rursus in mare.
Sic et nos depellimur ex hac terra,
Jam existentes ad littus, tanquam salvi.
Hei mihi! Quid igitur me oblectasti, O misera
Spes tunc, cum non esses ad exitum perductura beneficium *hoc?*
Veniam enim merentur et hujus *res*, si nolit
Occidere civium filias: laudo autem
Et *officia mihi præstitia* hic: si modo Diis placet hæc
Pati me, non sane vobis peribit gratia.
O filii, vobis vero quid consulam non habeo.
Quo nos vertemus? Quis enim Deorum non sertis supplicatoriis aditus est?
*Ad* quod etiam terræ propugnaculum non venimus?
Peribimus, O filii, dedemur equidem.
Et ego quidem, si me oportet mori, nihil curo,
Nisi si quid oblectabo meos inimicos moriens.
Vos vero deploro et miseror, O filii,
Et Alcmenam vetulam matrem patris.
O infelix propter longam vitam tuam!
Miser et ego, qui frustra multum laboravi!
Oportebat igitur, oportebat nos in hominis inimici manus
Delapsos turpiter et misere amittere vitam.
Sed fac mihi nostin' quid? Non enim omnino
Excidit mihi spes horum salutis.
Me dedito Argivis pro istis pueris, O rex,
Et non subeas tu periculum, et serventur mihi
Liberi *isti:* non oportet *me* amare meam animam: eat.
Eurystheus enim vellet me præcipue tenens
Herculeum socium contumelia afficere:
Vecors enim vir est. Sapientibus vero *est* optandum, ut cum sapiente
Inimicitias susceptas gerant, non cum amentis imperito spiritu:
Multam enim clementiam etiam infelix quis consequatur.

CHO. O senex, ne nunc civitatem culpa:
Fortasse enim nobis *hoc quidem* prodesset, sed tamen turpe
Probrum esset, quod hospites *supplices* prodidissemus.

DEM. Generosa quidem hæc dixisti, sed quæ fieri nequeunt.
Non *enim* tui indigens, rex huc ducit exercitum.
Quid enim Eurystheo lucri *accederet*, *te* homine sene
Mortuo? sed hos vult interficere.

Formidabilis enim *res est* hostibus germinum instar-surgentes generosi
Fortesque *filii*, et patris memores
Injuriæ: quæ omnia illum oportet prævidere.
Sed si quod aliud opportunius nosti
Consilium, *hoc* appara, quia ego consilii inops
Oraculis auditis sum, et metu plenus.

MAC. Hospites, audaciam mihi nullam ob meum egressum
Imputate: primum enim hoc deprecabor.
Mulieri enim silentium et modestia
Et manere quietam in ædibus, pulcherrimum *est*.
Tuos vero audiens, O Iolae, gemitus,
Egressa sum, non jussa *quidem* legationem obire generis.
Sed tamen aliquo modo sum idonea; curæ enim mihi sunt
Maxime fratres isti, et de me ipsa
Volo audire, num ad pristina mala
Accedens aliquod malum tuam mordeat mentem.

IOL. O filia, te præcipue non tunc primum liberos
Inter Herculeos jure laudare possum.
Cum vero nobis visa esset domus bene processisse
Rursus relapsa est in periculum inexplicabile:
Oraculorum enim vates hicce ait una voce,
Non taurum, neque vitulum, sed virginem
Mactare jubere, matre quæ nobili *orta*,
Si velimus nos, et hanc urbem esse salvam.
Hac igitur de re angimur: neque enim filios
Suos nec alius cujusquam hic dicit se mactaturum.
Et mihi non aperte quidem *hoc* dicit, dicit tamen aliquo modo,
Nisi aliqua ratione horum remedium inveniamus,
*Oportere* nos aliquam aliam terram invenire,
Ipse enim vult servare hanc regionem.

MAC. An ob hanc causam servari prohibemur?

IOL. Ob hanc, cæteris *in rebus* felices.

MAC. Ne metuas nunc amplius inimicum Argivum exercitum:
Ego enim ipsa, prius quam jubear, O senex,
Parata *sum* mori et cædem pati.
Quid enim dicemus, si civitas quidem velit
Propter nos magnum periculum suscipere,
Nos vero, qui labores aliis imponimus,
Cum penes nos sit servari, fugiamus mortem?
Non ita, etenim valde ridiculum *esset*, *nos*
Gemere quidem supplices deorum sedentes,
Natos vero *ex* illo patre, *ex* quo nati sumus,

Ignavos videri: ubinam hæc inter honesta *sunt?*
Pulchrius, ut opinor, erit, hac, quod utinam nunquam accidat,
Urbe capta, *nos* in hostium manus venire,
Et postea patre nobili natam, dira
Perpessam, nihilominus intueri mortem.
Sed an ejecta ex hac terra vagabor,
Neque ergo pudore suffundar, si quis tunc dicat?
Quare huc venistis cum supplicibus ramis,
Ipsi vitæ cupidi? discedite ex hac terra:
Ignavis enim nos opem non ferimus.
Sed tamen, neque hi si moriantur,
Ego vero server, spem habeo me felicem fore:
Multi enim jam hac ratione prodiderunt amicos.
Quis enim desertam puellam, aut conjugem habere,
Aut ex me suspicere liberos volet?
Ergo melius *est* mori, quam incidere in talia
*Me* indignam. Fortassis enim alteri convenirent
Hæc magis, quæ non esset nobilis, ut ego.
Ducite *me*, ubi oportet mori hoc corpus,
Et coronate sertis, *et* auspicamini, si videatur,
Vincite vero hostes: nam hæcce animi præsto est
Volens, et non invita: et polliceor
Me mori pro fratribus his et pro me ipsa.
Consilium etenim hoc non vitæ-cupida ego
Inveni pulcherrimum, ut gloriose vitam relinquam.
CHO. Papæ, papæ! quid dicam, virginis fortem sermonem
Audiens, quæ vult mori pro fratribus?
Quis dicat generosiores his sermones?
Aut quisnam hominum faciat?
IOL. O filia, non aliunde tuum caput *est natum*,
Sed mentis divinæ semen ex illo
Hercule nata est: neque pudefio
Tuis verbis, at fortuna *tua* mæreo.
Sed quomodo hoc fiat justius, dicam:
Oportet vocare huc omnes sorores hujus,
Et deinde cui sors obtigerit, moriatur pro *suo* genere:
Te autem non justum *est* sine sorte mori.
MAC. Nequaquam ego moriar fortuita fortitione facta:
Beneficium enim non adest: ne dixeris *hoc*, O senex.
Sed si quidem recipitis, et vultis me
Uti prompta, meam animam ego
Do volens hisce, coacta vero non *dabo*.
IOL. (Papæ!) Hæc tua oratio adhuc generosior *est* priore:
Et ille erat optimus sed superas
Audacia audaciam et *bonam* orationem bona.

Non tamen jubeo, nec prohibeo, O filia,
Te mori: *sed* moriens juvabis fratres tuos.
MAC. Sapienter jubes: ne metuas piaculi
Mei particeps fieri, sed libere moriar.
Sequere vero, senex; in tuis enim manibus mori
Volo: præsens vero vestibus corpus meum tege:
Quia cædis ad ipsum formidabile vadam ego,
Siquidem nata sum *ex illo* patre, *ex* quo glorior.
IOL. Non possem adesse tuæ neci.
MAC. Tu vero hunc saltem rogato, ne ego in virorum,
At in mulierum manibus efflem animam.
CHO. Ita fiet, O misera virginum: quia
Mihi quoque hoc *esset* turpe, te non honeste ornare,
Propter multa, et propter magnitudinem animi tui,
Et justitiam: fortissimam autem te
Omnium mulierum vidi oculis meis.
Sed si quid velis hosce et senem,
Abito ultimo alloquio compellans.
MAC. O vale, senex, vale, et doce mihi
Tales esse hos pueros, sapientes prorsus,
Quemadmodum tu *es:* nihil amplius; sufficient enim.
Conare autem *eos* servare, mortis non cupidus existens:
Tui liberi sumus: tuis manibus nutriti sumus.
Vides enim et me, meam adolescentiam nubilem
Dantem pro hisce morti devotam.
Vos vero, fratrum præsens cætus,
Beati sitis, et contingant vobis *omnia*, ante quæ
Meum cor mactabitur.
Et senem *Iolaum* anumque in ædibus *existentem*
Alcmenam, patris mei matrem, honoretis,
Et hos hospites. Quod si liberatio a malis
Et *in patriam* reditus a diis unquam concessus vobis fuerit,
Recordemini, quomodo *me vestram* servatricem sepelire deceat:
Magnifice certe æquum *est:* non enim exiliter
Vobis adfui, sed mortua sum pro *meo* genere:
Et pro *mea* virginitate, si quid et sub terra est.
Nihil omnino sit, oro! Si enim habituri sumus
Et illic ærumnas nos qui morti debemur mortales,
Haud scio, quo quis se vertat: Mors enim
Malorum maximum remedium existimatur.
IOL. At O maxime excellens *ob* animi magnitudinem,
Omnium mulierum scias honoratissima,
Et vivens et mortua inter nos eris longe:
Sed vale: vereor enim lædere verbis deam,
Cui jam tuum corpus consecratum est, Cereris filiam.

O filii, perimus: solvuntur membra
Dolore: prehendite, et collocate me in sedem
Hac, vestibus his tegentes, O filii.
Quoniam neque his delector quæ facta sunt.
Et *tamen* oraculo non perfecto, non potuissemus vivere;
Quia majus malum *accidisset:* tamen hoc *est* calamitosum.
CHO. Neminem sine diis dico beatum, neque miserum (*strophe.*)
Hominem esse,
Neque eandem domum semper uti
Felicitate: ad alium vero aliud
Fatum properat:
Tenuem quidem in excelso constituit,
Opulentum vero facit mendicum.
Fatalia vero nullo modo fugere licet: nulla Sapientia
*fatum* repellet:
Sed qui hoc conatur semper laborem habebit frustra.
Quare tu Deos vincere votis ne postules * * neque dolore supra modum
Animum macera;
Gloriosam enim mortis sortem habet
Hæc misera pro fratribus et *pro hac* terra,
Nec obscura ipsam
Gloria ab hominibus excipiet:
Virtus enim per labores grassatur.
Digna quidem patre, digna etiam hæc nobilitate fiunt:
Si vero tu colis mortes bonorum, tecum facio.
FAM. O pueri, salvete: ubinam vero senex Iolaus,
Et mater *Herculis* patris abest ab hac sessione?
IOL. Adsumus, qualis qualis est mea præsentia.
FAM. Quare jaces et habes obnuptam faciem?
IOL. Venit cura quædam domestica, qua angebar.
FAM. Attolle nunc teipsum, erige caput.
IOL. Senes sumus, nec ullis viribus valemus.
FAM. Venio tamen gaudium tibi magnum afferens.
IOL. Quisnam es tu? ubi tecum versatus *nunc* non recordor?
FAM. Sum famulus Hylli: non nosti me videns?
IOL. O charissime, venisne igitur servator ærumnæ nostræ?
FAM. Maxime: præterea vero bonis rebus *nunc* uteris.
IOL. O Mater fortis filii, Alcmenam dico,
Egredere, audi jucundissimos hos sermones.
Jampridem enim graviter-dolens eorum qui nunc advenerunt
Animo tabescebas, an reditus *huc* esset futurus.
ALC. Quam *ob* rem totum hoc tectum repletum est *clamore?*
Iolae, num aliquis iterum te invadit præsens hic
Præco ab Argis? infirmum quidem *est* hoc meum

Robur, hoc tamen oportet te scire, O hospes:
Non licet tibi istos abducere, me vivente, unquam.
Profecto illius *Herculis* ne existimer ego
Mater posthac: si vero attigeris hos manu,
Non decore certabis cum duobus senibus.
IOL. Confide, anus, ne metuas, non *enim* Argis
Præco venit, afferens nuncium hostilem.
ALC. Cur igitur excitasti clamorem, nuncium timoris?
IOL. Ut tu ante templum prope hunc venires.
ALC. Ob nihil magnum hunc clamorem edidisti; quis enim est hic?
IOL. Nunciat venire filium filii tui.
ALC. O salve et ut propter ista nuncia.
At quid, huic regioni pedem applicans,
Ubi nunc est? quæ res eum detinet,
Quo minus tecum apparens meum oblectet animum?
FAM. Collocat exercitum et ordinat, cum quo venit.
ALC. Non amplius mihi hujus sermones scientia congruit.
IOL. Congruit: sed nostrum opus *est* interrogare hæc.
FAM. Quid igitur vis cognoscere ex illis quæ gesta sunt?
IOL. Quantas adducit copias sociorum?
FAM. Multas: non possum enim alium numerum dicere.
IOL. Sciunt, ut arbitror, hoc duces Atheniensium.
FAM. Sciunt: et jam sinistrum cornu occupat.
IOL. Jam enim ordinatus est exercitus tanquam ad pugnam.
FAM. Quinetiam jam victimæ procul ab ordinibus sunt abductæ.
IOL. Quam vero procul abest Argivus exercitus?
FAM. Ut videri possit dux perspicue.
IOL. Quid faciens? an instruens aciem?
FAM. Conjectamus ista: non enim audivimus.
Ibo autem: Dominos quod ad me attinet desertos
Nolim cum hostibus pugnam conserere.
IOL. Ego quoque tecum: eadem enim cogitamus,
Amicis præsentes prodesse, quantum valemus.
FAM. Minime te decebat stultum verbum dicere.
IOL. Quin et arcis pugnæ cum amicis participem esse?
FAM. Non est tibi, O amice, robur quod olim fuit.
IOL. Quid? annon possem et ego per clypeum ferire?
FAM. Posses quidem, sed fortasse prius ipse caderes.
IOL. Nullus hostis audebit me aspicere.
FAM. Non est, O amice, in aspectu vulnus nihil agente manu.
IOL. At pugnabo non imminuto *sociorum* numero.
FAM. Exiguum tuum pondus addas amicis.
IOL. Ne me detine paratum aliquid facere.
FAM. Facere quidem tu non potes, at velle forsitan.
IOL. Ut me non mansuro cætera dicere tibi licet.

FAM. Quomodo igitur armatis *viris* tu sine armis apparebis?
IOL. Sunt intus arma in ædibus bello-parta
Hisce, quibus utemur et reddemus *ea*
Vivi: a mortuis enim non repetet Deus.
Quamobrem ingrediaris intro et de paxillis capiens
Affer ornatum militarem quam celerrime mihi.
Est enim hæc domestica commoratio turpis,
Alios quidem pugnare, alios vero propter metum *domi* manere.
CHO. Animi fortitudinem quidem nondum prosternit tempus
Tuam, sed viget, corpus vero periit.
Quid frustra laboras? quæ tibi quidem nocebunt,
Parum vero juvabunt nostram civitatem.
Oportet ætatem considerare,
Et omittere illa *quæ sunt* impossibilia. Fieri non potest
Ut recuperes denuo juventutem.
ALC. Curnam tuæ mentis non compos existens,
Me relinquere desertam cum istis meis pueris cogitas?
IOL. Virorum enim *est* pugna: tuum vero est curare *pueros* istos.
ALC. Quid vero si moriaris tu, quomodo ego servabor?
IOL. Filiis erit curæ qui reliqui fuerint.
ALC. Si vero, quod utinam ne contingat, *adversa* fortuna utantur?
IOL. Hi hospites non prodent te, ne metuas.
ALC. Hoc tantum certe habeo fiduciæ, aliud nihil.
IOL. Et Jovi, scio, sunt curæ tui labores.
ALC. (Proh!) Jupiter male quidem a me non audiet;
An vero justus sit erga me, ipse novit.
FAM. Armorum quidem hunc vides universum apparatum,
Sed non satis cito poteris tegere corpus hisce.
Quia pugna prope *est*, et maxime Mars odit
Cunctantes: si vero metuis pondus armorum,
Nunc quidem vade nudus, in exercitu vero
Tegaris hoc ornatu: ego vero portabo eousque.
IOL. Recte dixisti: verum mihi prompta tenens
Arma portato, insere vero manui hastam,
Et lævum attolle cubitum, dirigens *meum* gressum.
FAM. An igitur armatum *militem*, ut puerum, ducere decet?
IOL. Propter omen incedendum *est* tuto.
FAM. Utinam ita validus esses facere, ut es cupidus!
IOL. Propera; si mature non pervenero ad pugnam.
FAM. Tu certe cunctaris, non ego, aliquid visus agere.
IOL. Annon vides, quomodo festinet meus pes?
FAM. Video te magis videri, quam *re ipsa* properare.
IOL. Non eadem dices, cum illic me videbis.—

FAM. Quid facientem? optarem certe *te videre* feliciter agentem.
IOL. Vulnerantem aliquem ex hostibus per clypeum.
FAM. Si modo veniemus: hoc enim metus.
IOL. (Proh!) utinam, O *meum* brachium, quale te pubescens
Meminimus nos, quando cum Hercule
Spartam expugnasti, socius sis mihi
Talis, solus *enim* Eurystheum in fugam
Verterem! quia profecto ignavus *est* ad sustinendam hastam.
Hoc autem etiam in opulentia non recte se habet,
Fortitudinis opinio: putamus enim,
Felicem omnia bene scire.
CHO. O Terra O Luna per totam noctem lucens (*str.* 1.)
Et splendidissimum Dei
Mortales-illustrantis jubar,
Perferte mihi nuncium,
Vocemque ad cœlum tollite,
Et ad sedem regiam
Et ad cæsiam Minervam.
Oportet me *pro* patrio solo,
Oportet pro ædibus,
Supplices *in agrum meum* quia recepi,
Periculum cano secare ferro.
Dirum quidem *est*, civitatem, ut Mycenas, (*ant.* 1.)
Fortunatam et armorum
Robore valde celebrem
Iram adversus meam terram fovere:
Malum vero, O civitas, si hospites
Supplices dedamus
Ob postulata urbis Argivæ.
Jupiter *est* mihi belli socius, non metuo,
Jupiter mihi gratiam merito
Habet: nunquam mortalibus
Inferiores videbuntur, quoad hoc, neque me.
Sed, O veneranda—solum enim (*str.* 2.)
Terræ *hujus* tuum *est*, et *hæc* urbs, cujus te mater
Et domina, et custos—
Abige alio eum qui non juste
Huc adducit armatum
Exercitum ab Argis: haud enim ob meam virtutem
Æquum est me expelli ex atriis meis.
Enimvero tibi multorum-sacrificiorum semper (*ant.* 2.)
Honor constat, neque obliviscitur
Mensium ultima dies
Templorumque carmina chororumque lusus.
Ventoso autem in colle

Ululatus resonant nocturnis plausibus
Pedum virginum.
FAM. O Domina, nuncios tibi brevissimos
Auditu, et mihi huic pulcherrimos, fero.
Vincimus hostes, et collocantur trophæa,
Quæ habent universa arma tuorum hostium.
ALC. O charissime, iste dies egit te *huc*,
Uti liber fias propter hos nuncios.
Nondum tamen liberas me ab una quadam difficultate:
Metuo enim an mihi vivant, quos opto *vivere*.
FAM. Vivunt maxime gloriosi in exercitu.
ALC. Senex ergo num adhuc superstes est Iolaus hic noster?
FAM. Maxime, idque re pulcherrime gesta Deorum favore.
ALC. Quid vero est? num quod præclarum *facinus* in prælio fecit?
FAM. Factus est juvenis rursus ex sene.
ALC. Mira dicis: sed te prosperam amicorum
Pugnæ dimicationem primum narrare volo.
FAM. Una mea oratio omnia tibi significabit hæc:
Postquam enim alteri alteris armatum exercitum
In fronte extendentes opposuimus,
Hyllus quadrijugis ex curribus efferens pedem,
Constitit in medio spatio utriusque exercitus instructi,
Et deinde dixit: O dux, qui ab Argis
Venis, cum terram hanc non sivimus

* * *

Et Mycenis nihil pulchri facies,
Si *eas* viris privaris? Quare mecum solus cum solo
Pugnam committens, aut *me* cæso, abduc capiens
Herculis filios, aut interfectus, mihi
Paternos honores et domos habere permitte.
Exercitus vero assensit, et ad finem malorum,
Et pro magnitudine animi, præclare dictam esse sententiam.
Iste vero neque reveritus eos, qui *hæc* verba audierant,
Neque ipse quamvis esset dux, ignaviam suam,
Ausus est ad fortis hastæ certamen propius venire:
Sed erat ignavissimus: dein cum talis esset,
Venit in servitutem redacturus liberos Herculis.
Hyllus itaque discessit iterum in *suam* aciem:
Vates vero, postquam singulari certamine
Pacem non fieri cognoverunt,
Mactabant, non cunctabantur, sed emittebant
Ex faucibus humanis statim faustam cædem.
Alii autem conscendebant currus, alii sub clypeorum
Lateribus *sua* latera regebant: Atheniensium vero rex

Hortatus est exercitum, qualia oportet *virum* fortem:
O cives, terræ quæ *vos* alit
Et quæ genuit *vos* opus est quemlibet *vestrum* jam opem ferre.
Similiter etiam alter Argos ne quis volens dedecoraret
Et Mycenas, precabatur socios.
Postquam autem signum clare datum est Tyrrhenica
Tuba, et inter se commiserunt pugnam,
Quantum sonitum clypeorum putas fremuisse,
Quantum gemitum et lætum clamorem simul
Primum quidem impressio Argivi exercitus
Perrupit nos: deinde retrocesserunt.
Postea vero collatus pes pedi,
Et vir adversus virum stans, perseverabat *in* pugna.
Multi autem cadebant: erant autem adhortationis *hæc verba:*
O qui Athenas, O qui Argivorum agros
Seritis, non depelletis ab urbe dedecus?
Vix autem omnia facientes, non sine labore
Vertimus in fugam Argivum exercitum.
Tunc autem senex Hyllum extra *aciem* ruentem
Conspicatus, porrecta dextra rogavit
Iolaus, ut se imponeret in equestrem currum.
Cum autem manibus habenas cepisset, Eurysthei
In equos adegit. Quod autem postea *accidit, id* audiens
Ex alio dixerim, hactenus vero testis oculatus.
Transiens enim venerandum pagum Pallenidis
Divæ Minervæ, currum conspicatus Eurysthei,
Votum fecit Juventæ et Jovi, ut uno die
Rejuvenesceret et ulcisci posset
Hostes: audire jam miraculum licet.
Duo enim Divi supra equestre jugum
Stantes, texerunt currum obscura nube.
Sapientiores dicunt *fuisse* tuum filium,
Hebenque: ille vero exætherea caligine juvenilium
Brachiorum juvenilem notam edidit.
Capit vero inclytus Iolaus Eurysthei
Quadrijugum currum ad saxa Scironia.
Et vinciens vinculis manus spolium
Pulcherrimum ipsum Imperatorem venit adducens,
Illum prius beatum: at præsenti fortuna
Omnibus mortalibus clare edicit ut discant,
Ne ducant beatum eum, qui videtur esse fortunatus, priusquam
Viderit eum aliquis mortuum: quia fortuna habet quotidianas mutationes.

CHO. O Jupiter trophæorum autor, nunc mihi diro metu
Liberum diem licet intueri.
ALC. O Jupiter, aspexisti sero quidem mea mala:
Tamen habeo tibi gratiam pro iis quæ evenerunt.
Et filium meum cum antea non putarem ego
Cum Diis versari, nunc scio manifeste.
O filii, jam profecto, nunc liberi a laboribus,
Liberi etiam ab illo, qui male peribit
Eurystheo eritis, et terram patris
Videbitis, et in possessionem ibitis agri hæreditarii,
Et sacrificabitis diis patriis, a quibus expulsi
Hospites agebatis vitam erroneam *ac* miseram.
Sed quanam Iolaus occulta sapientia
Pepercit Eurystheo, ut *eum* non interficeret,
Dicito: apud nos enim hoc non videtur sapienter factum,
Si quis ceperit hostem, non pœnam *ab eo* exigere.
FAM. Te honorans, *hoc fecit*, ut ipsum oculis videres
Afflictum et tuæ manus imperio subjectum.
Non sane volentem ipsum, sed per vim
Constrinxit eum necessitas: etenim non volebat
Vivus in conspectum tuum venire et dare pœnas.
Quamobrem, O anus, gaude, et memineris mei,
Quod primum dixisti, quando cœpi sermonem:
Pronuncia me liberum: nam in talibus *rebus* oportet
Ingenuorum os verax esse.
CHO. Mihi chorus quidem dulcis, si dulcis (*str.* 1.)
Gratia fistulæ in convivio.
Et Venus sit gratiosa.
Jucundum vero quiddam *est* etiam amicorum
Felicitatem videre
Qui ante non excelso loco erant.
Multa enim parit
Parca finis donatrix,
Et Æon Saturni filius.
Habes famam quandam, O civitas, justam: (*ant.* 1.)
Nunquam oportet hoc amittere,
Deos colere: qui vero aliter sentit
Is ad insaniam propius accedit,
Cum manifesta sint argumenta
Hæc: illustria enim certe
Deus hortamenta dat,
Injustorum resecans
Superbiam perpetuo.
Est in cœlo degens (*str.* 2.)
Tuus filius, O grandæva,—
Fugit famam, quod *in* Plutonis

Domum descenderit, ignis
Dira flamma corpore combustus—
Hebesque amabilem contrectat lectum
Aurea in aula.
Ita, O Hymenæe, duos
Liberos Jovis honorasti.
Congruunt multa multis: (ant. 2.)
Etenim patri horum Palladem
Dicunt auxiliatricem fuisse,
Et hos illius Deæ civitas
Et populus servavit,
Repressit autem insolentiam hominis, cui furor erat
Juri prælatus violentus.
Nunquam *igitur* mihi spiritus
Animusque sit insatiabilis!

NUN. O Domina, vides quidem, sed tamen dicetur,
Venimus adducentes tibi hunc Eurystheum,
Insperatum spectaculum, eique ipsi non minus insperatum
id consequi:
Nunquam enim putavit se venturum in manus tuas,
Quando ex Mycenis prædivitibus cum clypeis
Veniebat, longe majora spirans quam *ejus* fortuna ferret,
Expugnaturus Athenas: sed in contrarium
Deus *rem* vertit, et mutavit fortunam.
Hyllus igitur et fortis Iolaus statuam
Jovis victoris triumphalem statuerunt.
Mihi vero mandarunt, ut hunc ad te adducerem,
Volentes delectare tuum animum. Nam dulcissimum *est*
Hostem videre ex felici infelicem factum.

ALC. O odium, venis ne? num prehendit te Justitia tandem?
Primum igitur huc ad me converte caput,
Et aude *coram* intueri tuos adversarios
Hostes: teneris enim nunc, neque nos tenes amplius,
Tunc es ille—volo enim scire—
Qui viventem, ubi ubi nunc est, meum sæpe
Ausus es contumelia afficere, O veterator, filium?
Qua in re enim non ausus es *eum* afficere contumelia?
Qui vivum misisti ipsum etiam ad inferos,
Et mandans ut perderet hydras et leones
Misisti? et alia mala, quæ excogitasti,
Taceo: esset enim mihi longa oratio.
Et tibi non satis fuit ista solum audere,
Sed etiam ex omni Græcia me et liberos
Depulisti, sedentes supplices deorum,
Partim quidem senes, partim vero adhuc infantulos,
Se invenisti viros et civitatem liberam,

Qui te non metuerunt: oportet te misere mori,
Et lucrifacies immensa: oportet enim non semel
Mori te, qui multa scelera patrasti.
NUN. Non tibi illum interficere concessum est.
ALC. Frustrane igitur eum captivum cepimus?
Quæ vero lex prohibet illum interfici?
NUN. Non placet principibus hujus regionis.
ALC. Quidnam hoc rei est, an istis non honestum est interficere inimicos?
NUN. Non, quem viventem ceperunt in prælio.
ALC. Et hæc decreta Hyllus probavit?
NUN. Decet, opinor, illum huic urbi immorigerum esse.
ALC. Imo tum non oportebat eum vivere, neque lucem videre.
NUN. Tum primum est injuste factum, quod iste in bello non est necatus.
ALC. Haud igitur amplius honestum est eum dare pœnas?
NUN. Nemo est, qui hunc interfecerit.
ALC. Egomet; quanquam et me aliquam reputo.
CHO. Magnam habebis reprehensionem, si hæc feceris.
ALC. Amo hanc civitatem; non est contradicendum.
Sed hunc, postquam in manus venit meas,
Nemo mihi mortalium eripiet.
Quamobrem me, quisquis voluerit, audacem
Et animo concipientem majora, quam decet fœminam,
Dicat: hæc tamen res a me peragetur.
CHO. Grave quoddam et venia dignum, O mulier, te habere
Odium adversus hunc virum: cognosco probe.
EU. O mulier, certo scias me non adulaturum tibi esse,
Nec aliud quicquam pro mea vita
Dicturum, unde oporteat me ullius condemnari timiditatis.
Ego enim non volens contentionem hanc suscepi;
Sum enim tibi quidem natus consobrinus,
Herculi vero tuo filio cognatus.
Sed sive volebam, sive nolebam,—dea enim erat,—
Juno fecit ut ego hoc morbo laborarem,
Postquam autem cum illo suscepi inimicitiam,
Et decrevi certare hoc certamen,
Fui excogitator multorum malorum,
Et multa peperi noctu considens perpetuo,
Ut, vexatis et interfectis meis
Inimicis, reliquum *tempus* cum metu non habitarem,
Sciens quidem non numerum, sed vere
Virum esse tuum filium: quamvis enim inimicus fuerit,
Tamen a me prædicabitur, cum fuerit vir excellens.
Isto vero discedente, nonne oportebat me,
Invisum istis et scientem

Inimicitiam paternam, omnem lapidem movere,
Interficiendo et ejiciendo, et *omnia* machinando?
Sic agenti, mea erant in tuto.
Tu vero, si meam fortunam usurpasses, nequaquam
Infesti leonis invisos catulos
Exagitasses malis, at patienter
Sivisses habitare Argos? *hoc* nemini persuaseris.
Nunc igitur, cum non interfecerint me tunc
Promptum mori existentem, ex Græcorum more,
Si *nunc* moriar, non ero purus illi, qui me interfecerit.
Civitas etiam *me* dimisit modeste agens, Deum
Longe pluris faciens quam meas inimicitias.
(Ad) ea quæ dixisti, vicissim audivisti: jam vero oportet
Jovem supplicum et certaminum Præsidem invocare.
Sic enim se meæ *res* habent: mori quidem nequaquam
Cupio, relicta tamen vita non dolebo.

CHO. Te parumper, O Alcmena, admonere volo,
Ut hunc virum dimittas, quando civitati *hoc* placet.

ALC. Quid, si et *iste* moriatur, et *nos* civitati pareamus *simul*?

CHO. Id fuerit optimum: quomodo vero hoc fiet?

ALC. Ego facile docebo: occiso enim
Isto, deinde cadaver amicis repetentibus
Dabo: Quod ad corpus enim, non immorigera ero terræ:
Hic vero mortuus mihi pœnas dabit.

EU. Occide, non te deprecor: hanc vero civitatem,
Quoniam me dimisit et reverita est interficere,
Donabo veteri Apollinis oraculo,
Quod olim plus, quam putet aliquis, proderit.
Me enim mortuum sepelietis, ubi *est* fatale,
Ante templum Divæ virginis Pallenidis.
Et tibi quidem benevolus et urbi salutaris
Inquilinus semper jacebo sub terra,
Horum vero *i. e. Heraclidarum* posteris inimicissimus,
Quando venerint huc cum magno exercitu,
Prodentes hoc beneficium: tales hospites jam
Defenditis. Quomodo igitur hæc ego persuasus,
Huc veni, et oraculum non reveritus sum?
Junonem censens longe potentiorem oraculis,
Et nonondituram me: sed neque mihi inferias *fieri*,
Neque permittas sanguinem fluere in meum locum *sepulturæ*.
Infelicem enim ipsis reditum pro his ego
Dabo: duplexque lucrum habebitis ex me;
Urbemque juvabo, istosque lædam mortuus.

ALC. Quid igitur cunctamini, (si *huic* urbi salutem
Et posteris vestris elaborare oportet,)

Interficere hunc hominem, hæc audientes?
Ostendit enim viam tutissimam.
Vir quidem *hic est* inimicus, juvabit tamen mortuus.
Abducite ipsum, famuli, deinde oportet canibus
Dare cædentes: ne enim speres *fore*, ut
Rursus patrio me ejicias solo.
CHO. Eadem mihi placent, ite, famuli.
Quod enim ad nos attinet,
Regibus nostris inculpatum erit.

# EURIPIDIS

## HELENA.

# DRAMATIS PERSONÆ.

HELENA.

TEUCER.

CHORUS.

MENELAUS.

ANUS.

NUNCIUS.

THEONOE.

THEOCLYMENUS.

[ALTER NUNCIUS.]

GEMINI.

# EURIPIDIS

## HELENA.

HEL. NILI quidem hæc *sunt* formosis *Nymphis* decora flumina,
Qui pro cælesti *roris* gutta solum Ægypti,
Liquefacta candida nive, irrigat agros.
Proteus autem, quando vivebat, erat dominus hujus terræ,
Incolens quidem insulam Pharum, rex vero Ægypti,
Qui unam marinarum virginem uxorem duxit
Psamathen, postquam reliquit lectum Æaci.
Et procreavit duos liberos *in* his ædibus,
Theoclymenum marem, quia colens deos
Vitam egit, et puellam liberali
Forma, delicias matris, quando erat infantula,
Sed postquam ad pubertatem venit et ad ætatem nubilem,
Vocarunt ipsam Theonoen: divina enim,
Cum præsentia tum futura omnia sciebat,
Accipiens a Nereo proavo hanc dotem.
Nobis vero patria quidem *est* non ignobilis
Sparta, pater vero Tyndareus: est autem
Fama quædam, quod Jupiter volaverit in meam matrem
Ledam, assumpta forma cygni avis,
Qui effecit dolosum concubitum ab aquila
Persecutionem fugiens, si vera est ista fama.
Helena vero vocata sum: quæ vero mala perpessæ simus,
Dicam. Venerunt tres deæ propter formam
In specum Idæum ad Alexandrum,
Juno, Venus, et virgo Jove-nata,
Volentes judicium de forma subire.
Meam vero formam, si formosum est, quod infelix,
Venus proponens quod Alexander esset *me* ducturus uxorem,

Vincit: Paris vero Idæus relictis stabulis pecorum
Venit Spartam, tanquam habiturus meum lectum.
Sed Juno moleste ferens, quod non vicisset Deas,
Irritum fecit meum conjugium Alexandro,
Dedit enim non me, sed assimilatam mihi
Imaginem vivam ex æthere componens,
Filio regis Priami: putavit autem se habere me,
Falsa opinione *deceptus*, cum non haberet. Jovis porro
Consilia alia accesserunt ad hæc mala:
Nam immisit bellum in terram Græcorum
Et in infelices Phryges, ut hominum turba
Et multitudine, matrem Tellurem levaret,
Et clarum faceret optimum Græcorum.
Phrygum autem in potestate posita fui—non ego quidem
Sed nomen meum—Græcis belli præmium.
Mercurius autem accipiens me in sinubus aeris,
Tegens nube,—non enim neglexit me
Jupiter,—collocavit in hanc domum Protei,
Judicans *eum* omnium hominum castissimum,
Ut servarem conjugium Menelao inviolatum.
Et ego quidem hic sum, at infelix maritus,
Congregato exercitu, meum raptum
Venatur, profectus *ad* arces Ilii.
Multi vero viri propter me ad Scamandria
Fluenta occubuerunt: ego vero quæ omnia sustinui
Execranda sum, et existimor, prodito meo
Marito, conflasse bellum Græcis magnum.
Cur igitur adhuc vivo? hunc sermonem audivi ex Deo
Mercurio, me iterum habitaturam esse in terra
Spartæ cum *meo* marito, postquam resciverit, quod ad Trojam
Non venerim, ne forte substernerem alicui meum corpus.
Quandiu igitur hanc solis lucem aspiciebat
Proteus, nuptiis tuta eram: sed postquam terræ
Tenebris occultatus est, defuncti filius
Venatur meas nuptias: sed pristinum meum maritum
Honorans, ad hoc Protei monumentum procido.
Supplex, ut marito servet meum conjugium,
Ut si, per Græciam infame nomen fero,
Ne corpus saltem hoc mihi dedecus hic sustineat.

TEU. Quis habet imperium harum munitarum ædium?
Divitiis enim *hæc* domus digna anterius vero septa,
Regalesque porticus et pinnis conspicuæ sedes.
Sed,
O dii, quam speciem vidi? video invisissimæ

Mulieris formam lethalem, quæ me perdidit,
Et omnes Græcos. Dii te, quantam habes similitudinem
Helenæ, abominentur. Si vero non in peregrina
Terra essem, hoc saxo recte jacto
Præmium similitudinis Helenæ filiæ Jovis morereris.
HEL. Quare vero, O miser, quisquis es, me sic aversaris,
Et me propter illius calamitatem odisti?
IEU. Erravi; et cessi iræ magis, quam me oportuit:
Tota enim Græcia odit filiam Jovis.
Ignosce vero mihi, mulier, ob ea quæ dixi.
HEL. Quisnam es? unde venisti in hujus terræ solum?
EU. *Sum* unus ex miseris Græcis, O mulier.
IEL. Non igitur mirandum *est*, si odisti Helenam.
Verum quis es? unde? cujus? oportet te dicere.
EU. Nomen quidem nobis *est*, Teucer, qui vero *me* genuit pater
Telamon, patria vero Salamis, quæ me nutrivit.
EL. Quid igitur Nili his in agris versaris?
EU. Exul pulsus sum ex patria terra.
EL. Miser sis oportet: quis vero te ejecit patria?
U. Telamon qui *me* genuit. Quem alium habeam amicum?
EL. Quam ob causam? Hæc enim res habet calamitatem.
U. Ajax frater *meus* perdidit me, mortuus ad Trojam.
L. Quomodo? an tuo gladio privatus vita?
U. Saltus in proprium gladium perdidit ipsum.
L. Insanientemne? nam quis faceret hæc sanus?
U. Novistine quendam Achillem filium Pelei?
L. Aliquando venit procus Helenæ, ut audimus.
U. Is mortuus reliquit certamen sociis *suis* de armis.
L. Quare vero hoc fuit malum Ajaci?
U. Cum alius potitus esset armis, ipse de vita decessit.
L. Tu igitur ob illius mala laboras?
. Propterea quod non una cum eo perii.
. Venisti igitur, O hospes, ad inclytam urbem Ilii?
. Et quidem simul expugnans, vicissim perii.
. Jamne incensa, et deleta est igni?
. Ita ut ne vestigium quidem murorum appareat.
. O misera Helena, propter te pereunt Phryges!
. Et præterea Græci: magna enim mala edidit.
. Quantum vero tempus consumptum est post expugnatam urbem?
Septem propemodum frugiferi annorum orbes.
Quantum vero reliquum tempus in Troja mansistis?
Multas lunas, decem annos percurrentes.
An etiam mulierem Spartanam cepistis?
Menelaus eam abduxit, retrahens coma.

HEL. Vidistine tu miseram illam? an narras tantum audita?
TEU. Sicut te jam meis oculis cerno, non minus.
HEL. Videte, ne habueritis falsam a diis *oblatam* opinionem.
TEU. Alius rei mentionem fac, ne illius amplius *memineris*.
HEL. Tam certam hanc opinionem existimatis?
TEU. Ipse enim meis oculis vidi, et mens cernit.
HEL. Estne Menelaus jam domi cum conjuge *sua?*
TEU. Neque in Argis *est*, neque ad fluenta Eurotæ.
HEL. Heu, heu! Malum hoc dixisti, quibus malum *hoc* dicis.
TEU. Nimirum ille dicitur mortuus cum uxore sua.
HEL. Annon erat omnibus Græcis idem trajectus?
TEU. Erat: sed tempestas alio alium disjecit.
HEL. Quibus in dorsis æquorei sali?
TEU. Trajicientibus medium pelagus Ægei maris.
HEL. Et nemo novit Menelaum postea terram attigisse?
TEU. Nemo: fama enim est eum mortuum esse per Græciam.
HEL. Perii: superestne Thestias puella?
TEU. Ledam dicis: morte jam periit.
HEL. Num eam perdidit mala fama Helenæ?
TEU. Aiunt, laqueo generosum collum constrictam.
HEL. Utrum vero vivunt filii Tyndarei, an non?
TEU. Mortui sunt, et non sunt mortui: duplex enim est fama.
HEL. Utra est potior? O me miseram *propter hæc* mala!
TEU. Dicunt eos assimilatos astris esse Deos.
HEL. Recte dixisti hoc: quæ vero *est* altera fama?
TEU. Ob sororem suicidio efflasse animam.
Sed satis sermonum est; non volo dupliciter gemere.
Sed quorum causa veni in hanc regiam domum,
Fatidicam Theonoen cupiens videre,
Adjuva me, ut vaticinia audiam,
Quo velum navis prospere dirigam
In terram marinam Cyprum, ubi me vaticinatus est
Apollo habitaturum, nomen insulare
Salaminis imponentem *urbi*, antiquæ patriæ causa.
HEL. Ipsa navigatio, O hospes, ostendet: tu vero relicta
Hac terra fuge, priusquam te filius Protei
Videat, qui dominus est hujus terræ: abest enim *jam*,
Confidens canibus, in cæde feras-mactante:
Occidit enim quemcunque ex Græcis hospitem ceperit.
Qua vero de causa, neque tu studeas cognoscere,
Et ego taceo: quid enim te juverim dicens?
TEU. Recte dixisti, O mulier. Dii vero tibi
Reddant gratiam pro tuis beneficiis!
Cum autem habeas corpus simile Helenæ, haud animum
Habes similem, sed valde dissimilem.
Malo vero pereat *Helena*, neque ad fluenta Eurotæ

Veniat: tibi vero, O mulier, semper bene sit!
HEL. O ego, mutans magnam ægritudinem magno dolore,
Qualem luctum navabo? quam musam sectabor,
Lacrymis, aut næniis, aut mœrore?—
Heu, heu!
Alatæ puellæ, (*str.* 1.)
Virgines, Telluris filiæ,
Sirenes, utinam meis luctibus
Veniatis habentes Lybicam
Fistulam, aut calamos, ut deplorandis malis
Meis continuas lacrymas,
Dolores doloribus, carmina carminibus,
In lucos tuos lamentationibus consonos
Mittat Proserpina
Funesta, funesta, elegantias ut cum lacrymis
A me sub tenebricosam aulam, hymnos
Accipiat mortuis.
CHO. Ad aquam cæruleam (*ant.* 1.)
Casu fui et per teneram herbam
Purpureas tunicas Solis
In aureo fulgore
Circum et calefaciens in arundinetis:
Unde miserabiliter resonuit,
Ubi audivi strepitum, næniam absonam,
Quicquid demum dixit lamentis gemens,
Nympha quædam ceu Nais
Cautum montivagum edens quicquid triste;
Subtus vero saxeæ infimæ cavernæ * * *
Panis conjugi resonant.
HEL. Io, Io! (*str.* 2.)
O præda barbaricæ navis,
Puellæ Græcæ,
Nauta ex Græcis quispiam venit, venit,
Lacrymas super lacrymas mihi ferens,
Ilii eversionem,
Igni hostili procuratam
Propter me propter-quam-multi-interfecti-sunt,
Propter meum infelix nomen.
Leda vero laqueis
Mortem oppetiit ob dolo-
rem dedecoris nostri.
Meus vero in mari multum vagatus
Maritus perditus obiit,
Castorisque fratrisque
Geminum patriæ decus
Evanidum, evanidum, equis-pulsata reliquit sola

Gymnasiaque arundinesi Eu-
rotæ, juvenilem laborem.
CHO. Heu heu heu heu! (ant. 2.)
O fortunam multorum-gemituum-autorem
Et fatum tuum, O mulier!
Infelix vita quædam *tibi* contigit, contigit,
Quando genuit te ex matre
Jupiter per ætherem conspicuus
Candida-nivis-instar ala cygni?
Quod enim malum a te abest?
Quam vero vitam non sustinuisti?
Mater enim periit,
Et gemini Jovis non fe-
lices-sunt filii chari,
Solumque patrium non vides,
Per urbes vero vadit
Fama, quæ te barbaro
Connubio, O veneranda, tribuit,
Tuus vero *maritus* in mari fluctibusque reliquit vitam,
Nunquam amplius patriam regiam et
Chalciæcum beabis.
HEL. Heu heu! quis fuit Phrygum? (epod.)
Aut quis a terra Græcorum
Secuit deplorandam ilio
Pinum? Unde perdita
Navi constructa
Filius-Priami navigavit barbarico remo
Ad meam domum,
Ad infelicem
Formam, ut meum connubium auferret.
Sed dolosa, una erat multarum cædium autor Venus
Afferens Græcis mortem et Priamidis.
O me miseram *ob* calamitatem!
Et *in* aureis sedibus
Juno venerandus complexus Jovis
Celerem filium Maiæ misit,
Qui me, herbida intra peplos decerpentem
Rosarum folia, Chalciæcum ut *ad* Minervam
Irem, rapiens per aerem
In hanc infelicem terram
Contentionem, contentionem miseram excitavit
Græciæ in Priamidas.
Meum vero nomen ad fluenta Simoentis
Mendacem infamiam patitur.
CHO. Habes quidem graves dolores, scio: sed utile tibi
Quam facillime necessaria vitæ *mala* ferre.

HEL. Charæ mulieres, quali fato sum implicita?
Annon me mater mea prodigium mortalibus peperit?
Nam neque Græca, neque barbara mulier
Edit partu album vas pullorum,
In quo ferunt Ledam me ex Jove peperisse.
Prodigium enim *est* vita et casus mihi,
Partim quidem ob Junonem, partim vero forma *fuit* causa.
Utinam deleta sicut tabella, iterum
Deteriorem speciem pro illa pulchra forma acciperem!
Et malæ quidem *meæ* fortunæ, quam nunc habeo,
Græci essent obliti: non inhonestam vero
Servarent, ut malam fortunam *meam* servant.
Quisquis igitur unum casum spectans,
A Diis affligitur, grave *illud* quidem, sed tamen ferendum *est*:
Nos vero multis in calamitatibus versamur.
Primum enim, cum non peccaverim, tamen sum infamis.
Et hoc malum *est* majus quam si verum esset;
Si cui imputantur mala quæ non adsunt ei.
Deinde amoverunt me dii ex patria
Inter mores barbaros: et ego orbata amicis
Facta sum serva, quæ orta sum ex liberis:
Omnia enim apud Barbaros serviunt, præter unum.
Sola autem anchora quæ sustinebat meam fortunam,
Meum maritum aliquando venturum et me liberaturum ex *his* malis:
Ille jam est mortuus, ille non est amplius.
Mater etiam periit, et ego interfectrix *sum* ejus,
Inopinanter quidem, sed tamen inopinum hoc a me ortum est:
Quod autem fuit decus domus meique,
Filia sine viro canescit virgo:
Castor vero et Pollux, qui dicuntur filii Jovis,
Non sunt *amplius*: quamobrem misera patiens,
Casibus perii, non actibus propriis.
Hoc vero postremum *est*, si veniamus in patriam,
Carcere coercebimur, illam quæ Trojæ fuit
Existimantibus me Helenam cum Menelao venisse.
Nam si viveret maritus, agnosceremur *alter ab altero*,
Ad signa venientes, quæ *nobis* solis erant nota.
Nunc vero neque hoc est, neque servabitur *ille* unquam.
Quid igitur amplius vivo? cui reservor fortunæ?
An nuptias eligens mutationem malorum,
Ut habitem cum viro barbaro, ad opulentam
Mensam sedens? At quando maritus invisus

Habitat cum muliere, et lux *est* invisa,
Optimum *est* mori: quomodo vero moriar honeste?
Turpia enim *sunt* suspendia in aere,
Quinetiam in servis *hoc* fœdum existimatur,
Sed cædes habent aliquid generosi et pulchri.
Parvi autem momenti *est* tempus, tametsi abeas jam ex *hac* vita.
In tantam enim malorum profunditatem venimus:
Nam aliæ quidem propter formam *sunt* felices
Mulieres, nos vero hoc ipsum perdidit.

CHO. Helena, hospitem qui venit, quisquis est ille,
Ne putes omnia vera dixisse.

HEL. Atqui clare dixit, maritum *meum* periisse.

CHO. Multi rumores mendacium ludicra sunt.

HEL. Et e contra, Veritates perspicuæ.

CHO. Ad calamitatem enim potius, quam ad bonum es propensa.

HEL. Metus enim me convertens in hanc formidinem ducit.

CHO. Quomodo vero gratiæ in his ædibus habes?

HEL. Omnes sunt mei amici, præter regem qui sectatur *meas* nuptias.

CHO. Scis igitur, quid faciendum tibi sit? relinque hunc locum sepulchri—

HEL. Ad quem sermonem, aut adhortationem vadis?

CHO. Ingressa in ædes, *illam*, quæ omnia novit,
Ex marina Nereide natam puellam,
Theonoen interroga, an tuus maritus adhuc vivat,
An vero reliquerit lucem: ubi vero bene *rem* cognoveris,
Pro fortuna gaudio vel luctui indulge.
Nam priusquam recte scias aliquid, quid tibi proderit
Si doleas? Quamobrem obtempera mihi.
Relicto hoc sepulchro, convenias puellam,
Unde scies omnia; verum cognoscendi
Facultatem habens in his ædibus, quid prospectas ulterius?
Volo autem et ego tecum ingredi domum,
Et simul audire virginis oracula:
Mulier enim debet mulierem adjuvare.

HEL. Amicæ, sermones vestros amplector.
Ite, ite igitur in domum,
In ædibus discrimina
Ut audiatis mea.

CHO. Vocas non ægre volentem.

HEL. O diem infelicem!
Quam igitur misera *ego*, quam lacrymabilem orationem audiam?

CHO. Ne præsaga dolorum

Præcipias, O chara, luctus.
HEL. Quidnam meus maritus miser passus est?
An videt lucem
Et quadrijugos currus solis
Et vias astrorum,
An vero inter mortuos sub terra
Regiam habet fortunam?
CHO. In melius interpretare
Quicquid est futurum.
HEL. Te invoco, et te jure jurando obtestor,
Humidum arundine virentem
Eurotam, de mortuo si vera *est* fa-
ma viro meo.
CHO. Quid hæc absurda?
HEL. Lethale suspendium per collum extendar,
Aut ensis impulsum
Cruentæ cædis
Certamen ferreum intus per carnes trajiciam,
Victimam tribus Deabus
Et ei qui fistula *cantus* in Ida colebat quondam, jux-
ta Priami bovilia.
CHO. Alio vertantur hæc mala, tuæ vero *res sint* felices.
HEL. O Troja infelix!
Propter facta infecta peris, et sustinuisti misera:
Mea vero dona Venus pepererunt
Multum sanguinem, multasque lacrymas, et dolores do-
loribus,
Lachrymas lachrymis pepulerunt ærumnæ:
Matresque amiserunt liberos,
Virgines vero *rasam* comam
Sorores mortuorum posuerunt, ad Scamandrum
Fluvium Phrygiæ.
Vocem vero, vocem Græcia
Resonantem edidit et exultavit,
Capiti vero manus imposuit,
Unguibusque teneras genas
Cruentavit letalibus plagis.
O felix ex Arcadia olim virgo Callisto, Jovis
Quæ cubile conscendisti quadrupedibus membris,
Ut felicior eras matre mea!
Quæ forma ferarum, hirtarum membra,
Truci aspectu speciem leænæ
Mutans angores dolore:
Et quam Diana quondam ejecit-extra-suum-chorum,
Cervam habentem aurea cornua, filiam Meropis Titaniam
Propter pulchritudinem: meum vero corpus
Perdidit, perdidit Pergama Trojana et mi-

seros Græcos.
MEN. O qui circa Pisam Œnomao quadrijugum
Certamen vicisti aliquando *Pelops*,
Utinam tunc, quando convivium inter deos
Faciebas dissectus, inter deos reliquisses vitam,
Priusquam patrem meum Atreum genuisses,
Qui ex congressu cum Aerope genuit
Agamemnonem et me Menelaum, inclytum par:
Maximum enim credo,—hoc autem sine jactantia dico,—
Exercitum ad Trojam remis traduxisse me
Regem, per vim imperans nihil,
Sed juvenes Græciæ volentes regens.
Et quidem horum nonnullos haud amplius viventes numerare licet,
Alios vero, qui ex mari lubenter effugerunt,
Ferentes retro domum nomina mortuorum.
At ego supra undas cærulei maris
Miser erro ex quo tempore Ilii
Turres everti, et in patriam cupiens redire,
A Diis dignus non judicor qui hoc consequar.
Libyæque desertos inhospitalesque portus
Omnes adnavigavi: et quando prope patriam sum,
Ventus me rursus *alio* rejicit, nec adhuc secundus
Intravit velum, ut ego in patriam redirem.
Et nunc miser naufragus, amissis amicis,
Ejectus sum in hanc terram: navis autem ad saxa
Magnum numerum naufragiorum fracta est.
Carina vero *mihi* relicta est variis compagibus,
Super qua servatus sum ægre insperato casu
Helenaque, quam a Troja abstractam duco.
Nomen autem regionis, quis sit et populus,
Non novi: turbam enim adire erubui,
Ne meas vestium sordes cognoscerent,
Occultans præ pudore *meas* miserias. Quum enim vir
Magnus in miserias incidit, in novam vitæ rationem
Incidit deteriorem quam is qui pridem est infelix.
Necessitas vero me cruciat: nam neque cibus adest *mihi*,
Neque vestes circa corpus: hoc autem conjicere
Licet; Navis ejectamentis tegor.
Peplos enim priores splendidasque vestes,
Deliciasque mare rapuit; inque antri recessibus
Occultata uxore, quæ mihi omnium malorum
Causa fuit, venio, reliquis
Sociis coactis servare meos lectos.
Solus vero oberro, quærens sociis meis qui illic *sunt*
*Res* necessarias, sicubi inveniens accipiam.

Conspicatus autem hanc domum undique pinnis ornatam
Et pulchras portas divitis alicujus viri,
Accessi: spes enim *est* ex opulentis ædibus *me*
Accepturum aliquid *meis* nautis, nam ex nihil habentibus,
Ne quidem si velint juvare, obtinuerint aliquid.
Ohe: Quis janitor veniet ex ædibus,
Qui narret mea mala intro?
AN. Quis *est* ad fores? non discedes ab ædibus,
Nec stans ad fores atrii,
Molestiam præbebis dominis? aut morieris
Cum sis Græcus, quibus nulla effugia.
MEN. O anus, hæc omnia verba recte dicis.
Licet: parebo enim: sed permitte sermonem *mihi*.
AN. Abi: nam hoc *munus* mihi incumbit, O hospes,
Ne quis Græcus accedat ad hanc domum.
MEN. Ah: ne impingas *mihi* manum, neque per vim *me* pellas.
AN. Non enim obtemperas quidquam eorum, quæ dico: culpa autem penes te.
MEN. Nuncia intus tuis dominis.
AN. Vereor ne acerbum fuerit mihi si intus tua verba nunciem.
MEN. Venio naufragus, hospes, non violandum *hominum* genus.
AN. Vade nunc ad aliam aliquam domum præ hac.
MEN. Non, sed intrabo: tu vero pare mihi.
AN. Scito te esse molestum: et mox depelleris vi.
MEN. Heu, heu! ubi sunt mei egregii exercitus?
AN. Illic igitur fortasse fuisses Venerandus, non hic.
MEN. O Fortuna, quam indigna contumelia afficimur!
AN. Quare palpebras humectas lachrymis; ob quid doles?
MEN. Ob res olim beatas.
AN. Quin tu discedens lacrymas tuis amicis dabis.
MEN. Quænam hæc regio? cujus *sunt* istæ regiæ ædes?
AN. Proteus hanc domum incolit, terra vero hæc Ægyptus.
MEN. Ægyptus? O me infelicem, quo igitur navigavi!
AN. Cur vero Nili gens tibi vituperatur?
MEN. Non istam vitupero: *sed* gemo meam fortunam.
AN. Multi sunt infelices, non tu solus.
MEN. Estne igitur domi rex, de quo dicis?
AN. Hoc est ejus sepulchrum, filius vero est dominus terræ.
MEN. Ubi vero est? Utrum foris, an domi?
AN. Non *est* intus; Græcis autem est infensissimus.
MEN. Quam causam habet, quam ego luo?
AN. Helena est in his ædibus, filia Jovis.
MEN. Quomodo ais? quem sermonem dixisti? dic mihi iterum.
AN. Filia Tyndarei, quæ, quæ Spartæ quondam erat.
MEN. Unde profecta? quam rationem ista res habet?
AN. Ex agro Laconico huc profecta.

MEN. Quando? num spoliati sumus conjuge ex antro?
AN. Priusquam Græci venirent ad Trojam, O hospes.
Quare discede a domo: nam est quædam id domo
Calamitas, qua turbatur domus regia.
Non venisti tempestive: si vero dominus
Ceperit te, mors erit tibi loco hospitalium.
Benevola enim sum Græcis, non quantum asperos
Sermones *tibi* dedi, timens dominum *meum*.
MEN. Quid dicam? quid loquar? miseras enim ærumnas
Audio præsentes hasce præter priores.
Si adducens receptam ex Troja
Conjugem venio, et in antro servatur,
Nomen vero idem habens, quod mea uxor,
Aliqua alia, in his habitat ædibus.
Dixit profecto, eam esse filiam Jovis.
Sed an est aliquis Vir, qui habet nomen Jovis
Ad ripas Nili? nam qui in cœlo est, unicus est.
Ubi vero terrarum est Sparta, nisi ubi fluenta
Sunt Eurotæ, qui habet pulchros calamos tantum?
Unum vero nomen Tyndarei celebratur.
Quæ vero est terra, quæ idem nomen habeat cum Lacedæmone
Et Troja? ego certe non habeo, quid dicam.
Multi enim, ut videtur, in diversis regionibus
Habent eadem nomina, et civitas cum civitate,
Et mulier cum muliere: non *est* igitur mirandum,
Neque rursus fugiemus terribile istud a Janitrice denunciatum.
Nullus enim vir *est* tam barbaro animo,
Qui audito meo nomine, non sit daturus cibum.
Notus *est* ignis Trojæ, egoque, qui accendi ipsum,
Menelaus, non sum ignotus in ulla regione.
Expectabo igitur dominum domus: habet autem mihi
Duplicem cavendi rationem: si quidem sit crudelis,
Occultans me ipsum, ibo ad fractas tabulas navis:
Si vero mite quid ostenderit, necessaria *subsidia*
Præsenti calamitati petam.
Malorum vero nobis miseris *illud est* extremum,
Quod ab aliis tyrannis, ipse qui sum rex,
Petere cogor victum: sed *hoc* necessarium est.
Non est autem meus sermo, sed sapientum verbum,
Nihil esse valentius gravi necessitate.
CHO. Audivi ex fatidica puella,
Quæ oraculum-reddens declaravit *in* regiis
Ædibus, quod Menelaus nondum
Nigrum abiit

Per Erebum, humo tectus,
Sed adhuc supra fluctus marinos
Vexatus nondum portus
Patriæ terræ attigerit,
Vita in erratica
Miser, sine amicis,
Ad omnem terram
Admovens pedem marino
Remo ex terra Trojana.
HEL. At ego ad sedem hujus sepulchri iterum
Vado, postquam cognovi charos sermones Theonoes,
Quæ omnia bene scit: dicit autem in mari
Meum maritum viventem intueri lucem,
Navigioque trajectis sexcentis fretis errare
Huc et illuc, nec inexercitatum erroribus
Venturum, quando consecutus fuerit finem malorum.
Unum vero non dixit, num salvus sit venturus.
Ego autem id percontari palam destiti,
Delectata, quod eum salvum *esse* mihi dixit.
Et nunc prope hanc terram esse dicebat,
Ejectum naufragio cum paucis amicis,
Hei mihi ecquando aderis! ut desideratus venies!
Age, quis est? nunquid occultis insidiis captor
Ex consiliis impii filii Protei?
Non tanquam equa currens, aut Baccha Dei,
Admovebo pedem sepulchro? ferus autem quidam
Aspectu est iste, qui me venando conatur capere.
MEN. Te festinantem ingenti impetu
Ad sepulchri crepidinem, et liba ardentia:
Mane: quare fugis? quippe ostendens tuum corpus,
Admirationem nobis et stuporem offers.
HEL. Vim patimur, O mulieres: Arcemur enim
A sepulcro ab hoc viro, et me captam, vult
Dare tyrannis, quorum fugimus nuptias.
MEN. Non sumus prædones, neque ministri malorum.
HEL. Atqui deformem vestem habes circa corpus.
MEN. Siste, celerem pedem, omittens timoris.
HEL. Sisto, postquam attigi hunc locum.
MEN. Quænam est? quam tuam speciem video, mulier?
HEL. Tu vero quis es? Eadem enim te, et me *dubitationis* habet ratio.
MEN. Nunquam vidi similiorem corpore.
HEL. O dii! nam Dei beneficium est etiam agnoscere amicos.
MEN. Num Græca es, an indigena mulier?
HEL. Græca *sum:* sed et tuum *genus* cupio scire.
MEN. Video et Helenæ maxime similem, O mulier.

HEL. Et ego te Menelao: nec habeo, quod dicam.
MEN. Recte profecto agnoscis miserrimum virum.
HEL. O sero veniens in manus conjugis tuæ.
MEN. Qualis conjugis? ne attingas meam vestem.
HEL. Quam tibi Tyndarus pater meus dedit.
MEN. O Hecate lucifera, spectra nobis offer læta.
HEL. Non vides me nocturnam ministram Hecatæ.
MEN. At certe non sum maritus duarum conjugum.
HEL. Quorum vero lectorum aliorum dominus es?
MEN. *Illius*, quam antrum occultat et ex Phrygibus adduco.
HEL. Non alia uxor tua est præter me.
MED. An vero sana mente quidem sum, et oculi mei laborant?
HEL. An non videris videre tuam conjugem, cum me vides?
MEN. Corpus *quidem est* simile, sed certa cognitio me avertit,
HEL. Considera: quid, si aliquis te prudentior est?
MEN. Similis es: hoc non possum negare.
HEL. Quis igitur alius te docebit, nisi oculi tui?
MEN. Hac quidem re laboramus, quia habeo aliam uxorem.
HEL. Ego non veni in terram Trojanam, sed erat simulacrum.
MEN. Quis vero potest facere corpora videntia?
HEL. Æther, unde tu habes conjugem divinitus factam.
MEN. Quo Deorum fingente? dicis enim insperata.
HEL. Junonis permutatio est, ne Paris me potiretur.
MEN. Quomodo vero hic eras et simul in Troja?
HEL. Nomen potest in multis locis esse, sed corpus non.
MEN. Dimitte me, veni satis habens miseriarum.
HEL. Relinques igitur nos, et abduces illam inanem uxorem?
MEN. Vale, quia similis es Helenæ.
HEL. Perii: et inveniens maritum tamen non habebo.
MEN. Magnitudo malorum quæ ibi perpessi sumus persuadet
me, non tu.
HEL. Heu mihi! quæ est me infelicior?
Charissimi *me* relinquunt: neque redibo *ad*
Græcos, neque *in* patriam meam unquam.
NUN. Menelae, quærens te, vix tandem invenio,
Per omnem hanc terram barbaram errans,
Missus a sociis relictis.
MEN. Quid est? an spoliati estis *a* barbaris?
NUN. Miraculum est, minus nomine, quam re, ferens.
MEN. Dic, quia adfers aliquid novi hac sollicitudine.
NUN. Dico, te frustra tot labores sustinuisse.
MEN. Antiqua refers mala: quid vero *novi* nuncias?
NUN. Conjux tua abiit ad volumina cœli
Sublata ex oculis: cœloque occultatur,
Relicto venerando illo antro, ubi eam servabamus,
Postquam hæc tantum dixit: O miseri Phryges

Et omnes Græci, propter me ad Scamandri
Littus dolis Junonis estis mortui,
Putantes Paridem habere Helenam quam non habuit.
Ego vero, postquam tempus mansi, quantum me manere oportuit,
Servans fati decretum, ad aerem patrem meum
Abeo: misera vero filia Tyndarei famam
Malam frustra audivit, cum esset sine culpa.—
O filia Ledæ, salve, hic eras igitur?
Ego vero te, tanquam abiisses in secessus astrorum
Nunciabam, ignorans, quod volatile
Corpus haberes: non patiar te exprobrare
Nos ob hoc iterum, quod frustra ad Ilium
Laborem præbueris tuo marito et belli sociis.

MEN. Hoc est illud; Conveniunt verba
Vera hujus *mulieris:* O optatam diem,
Quæ te in meas ulnas suscipiendam dedit!

HEL. O charissime virorum Menelae, dolor quidem
Antiquus *est*, voluptas vero nunc demum adest.
Amicæ, libens recepi meum maritum,
Circumjiciens amicam manum
In longa flamma lucifera, i. e. longum post tempus.

MEN. Et ego te: habens autem multos sermones tecum serendos
Nescio unde primum nunc incipiam.

HEL. Gaudeo, erectas vero in capite comas
Tollebam ut alas, et stillo lacrymas,
Circa vero *tua* membra manus jeci * *
Ut voluptatem capiam.
O marite, O amantissimum aspectum!

MEN. Jam contentus sum: habeo
Conjugem filiam Jovis et Ledæ,
Quam cum facibus pueri
Candidis insignes equis, gemini fratres bearunt, bearunt
Olim, ex ædibus vero *meis* te Dii absportarunt.

HEL. Ad aliam vero sortem Deus *nos* ducit
Hac meliorem: malum autem bonum factum
Te et me conjunxit, marite
Sero, sed tamen utinam *hac* fortuna fruar.

MEN. Fruaris sane! ego enim tecum idem opto:
Nam cum duo simus fieri non potest ut alter quidem sit miser, alter vero non.

HEL. Amicæ, amicæ, priora *mala*
Non amplius gemimus, neque doleo.
Habeo, habeo meum maritum, quem expectabam,
Expectabam ex Troja post multos annos venturum.

MEN. Habes me, et ego te: soles vero innumeros
Ægre peragens intellexi Deæ consilia.
Meæ vero lacrymæ gaudia plus habent
Suavitatis quam tristitiæ.
HEL. Quid dicam? quis hominum hæc unquam sperasset?
Præter opinionem habeo te ad pectus.
MEN. Et ego te quæ videbaris ad Idæam urbem
Et miseras turres Ilii ivisse.
Per Deos, quomodo *ex* meis ædibus deportata fuisti?
HEL. Heu heu! redis ad acerbum principium:
Heu, heu! acerbam etiam narrationem quæris.
MEN. Dic, omnia deorum dona *sunt* audienda.
HEL. Abominor hunc sermonem, qualem (qualem) proferam.
MEN. Attamen dicito: jucundum sane labores audire.
HEL. Non ad thalamum barbari adolescentis,
Volante *veni* remo,
Et volante Amore miserarum nuptiarum.
MEN. Quis autem Deus aut quod fatum spoliat te patria?
HEL. Ille Jovis, ille Jovis filius, O marite,
Me admovit Nilo.
MEN. Miranda ob deductorem: O miros sermones!
HEL. Lacrymo et palpebras humecto
Lacrymis: conjux *enim* Jovis me perdidit
Juno. MEN. Cui O malo volens addicere?
HEL. Hei mea mala, lavacra et fontes illos,
Ubi Deæ formam ornarunt, un-
de Judicium venit.
MEN. Ecquid Juno horum malorum tibi ob illud judicium fecit?
HEL. Ut Venerem auferret. MEN. Quomodo? dic.
HEL. Paridem, cui me promiserat *Venus*. MEN. O misera!
HEL. Misera, misera! sic in Ægyptum admovit.
MEN. Deinde dedit pro te simulachrum, ut ex te audio.
HEL. Quæ in ædibus vero calamitates, calamitates, mater, hei mihi! MEN. Quid ais?
HEL. Non est *amplius* mater: strangulantem enim laqueum
Alligavit propter mei nuptiarum infelicium turpitudinem.
MEN. Hei mihi! Vivitne filia Hermione?
HEL. Sine nuptiis, sine liberis, O marite, gemit
Infelices nuptias *meas et* dedecus.
MEN. O Paris, qui totam domum meam funditus evertisti,
Hæc etiam te perdiderunt et multa millia
Æreis-armis-instructorum Græcorum.
HEL. Me vero a patria infelicem execrabilem
Deus abegit et ab urbe, et a te,

Quod domum et conjugium reliquerim non relinquens
Propter turpes nuptias.
CHO. Si *in* reliquis etiam *rebus posthac* prosperam fortunam
Consequamini, *hoc* ad priora *mala compensanda* sufficiet.
NUN. Menelae, impertiatis et mihi aliquid voluptatis,
Quam audio quidem et ego, sed tamen plane *quænam sit* non scio.
MEN. Sed O senex, tu quoque particeps sis *nostrorum* sermonum.
NUN. Nonne hæc laborum ad Ilium *fuit* autor?
MEN. Non est hæc, decepti sumus a Diis,
Habentes in manibus tristem imaginem nubis.
NUN. Quid ais?
Sustinuimus igitur labores frustra propter nubem?
MEN. Hæc *sunt* opera Junonis, et contentio trium Dearum.
NUN. Hæc vero quæ vere *mulier* est, estne tua conjux?
MEN. Hæc: verbis hoc meis crede.
NUN. O filia, quam varia quædam res est Deus
Et conjectu difficilis! facile enim mutat,
Huc et illuc versans: *nam* hic quidem laborat,
Contra vero Ille qui non laboravit perit male,
Nihil habens firmi continuæ fortunæ.
Tu enim et maritus tuus labores sustinuistis,
Tu quidem rumoribus, ille vero pugnandi alacritate.
Laborans enim, quamdiu laborabat, nihil profecit; nunc vero proficit,
Ultro habens objectam maxime prosperam fortunam.
Non igitur patrem senem et Jovis filios
Dedecorasti, neque fecisti, qualia dicuntur.
Nunc renovo tuas nuptias iterum,
Et memini facum, quas quadrijugis
Equis currens præferebam: tu vero in curru
Cum hoc sponsa relinquebas felicem domum.
Improbus enim *est*, qui non *res* dominorum diligit
Nec congratulatur nec adversis condolet.
Ego quidem sim, et natus sum tamen servus,
Numeratus inter generosos
Servos, non habens nomen liberum,
Sed mentem: hoc enim melius *est*, quam duo mala
Unum habere, et malo animo præditum esse
Et aliis parere vicini servum.
MEN. Age, O senex, multos enim ad clypeum
Labores explevisti meum.
Et nunc particeps meæ felicitatis factus,
Vade et nuncia meis sociis qui adhuc vivunt,

Hæc quomodo se habentia inveneris, et qua fortuna utamur,
Utque maneant ad littus, ut expectent mea
Certamina, quæ *nos* manent, ut speramus,
Et donec possimus enavigare ex hac terra, ut indigenas,
Custodiant, ut eadem utentes fortuna,
A barbaris incolumes discedamus, si possimus.

NUN. Fient hæc, O Rex: sed vatum *vaticinia*
Video, quam inepta sint et plena mendaciorum.
Nihil igitur sani est in ignis flamma,
Neque in vocibus avium: stultitia vero est
Vel opinari mortales ab avibus juvari.
Calchas enim non dixit, neque significavit exercitui,
Videns amicos morientes pro nube:
Nihil enim, sed urbs frustra direpta est.
Sed *fortasse* dixeris, quod Deus non voluerit *hæc indicari.*
Quid ergo vates consulimus? Diis oportet
Sacrificantes bona petere, et sinere vaticinia:
Hæc enim illecebra vitæ frustra est inventa,
Et nemo factus est dives vaticiniis, sine labore.
Prudentia enim bonumque consilium *est* vates optimus.

CHO. Ego quoque idem sentio de vatibus
Quod senex: qui deos habet
Amicos is habet optimam divinationem domi.

HEL. Esto: *Res* sane huc usque recte se habent.
Sed quomodo salvus a Troja veneris, O miser,
Nihil quidem lucri *est* scire, desiderium tamen quoddam
Amicis *inest* cognoscendi amicorum mala.

MEN. Certe multa me uno sermone et una via interrogasti.
Quid dicam tibi calamitates in Ægæo,
Et Euboicas faces Nauplii,
Et Cretam et Libyam, *et* ad quas terras appuli,
Et speculas Persei? non enim explerem te
Verbis *meis*. Et ego dicens tibi *mea* mala amplius dolerem.
Dolui etiam patiens: duplici autem mœrore afficeremur.

HEL. Pulchrius dixisti, quam ego te interrogavi.
Unum vero dic, omissis cæteris omnibus, quamdiu
Maris supra dorsum marina erratione conflictatus es?

MEN. In navibus supra decem annos, quos fuimus ad Trojam:
Transegique septem orbes annorum.

HEL. Heu, heu! longum certe tempus dixisti, O miser.
Servatus autem illinc, huc venisti ad necem.

MEN. Quomodo ais? quid dicis? ut me perdidisti, mulier.

HEL. (Fuge quam celerrime discedens ex hac terra:)
Interficieris a viro, cujus hæc domus est.

MEN. Quam rem eum *tali* malo dignam feci?
HEL. Venis præter ipsius votum, et impedimento *es* meis nuptiis.
MEN. An igitur vult aliquis ducere meam uxorem?
HEL. Et contumelia me afficere, quam ego sustinui.
MEN. An aliquis privatim potens, an vero dominus terræ?
HEL. Filius Protei, qui imperat huic terræ.
MEN. Hoc est illud ænigma, quod audivi ex ministra.
HEL. Ad quam astans portam barbaricam?
MEN. Ad istam, unde tanquam mendicus sum repulsus.
HEL. Num petebas victum? O me miseram!
MEN. Hæc quidem res erat, hoc vero nomen non usurpavi.
HEL. Ergo nosti omnia, ut videris, de meis nuptiis.
MEN. Novi: an vero hunc thalamum effugeris, nescio.
HEL. Intactum lectum scias tibi servatum *a me*.
MEN. Quænam hujus *rei* fides? grata enim, si certa dicis.
HEL. Vides miseram meam sedem ad hoc sepulchrum?
MEN. Video, O misera, humi toros, cum quibus quid *re* tibi est?
HEL. Hic lectorum effugia suppliciter petivimus.
MEN. Utrum agens ara, an more barbarico?
HEL. Hoc tuetur nos æque ac templa deorum.
MEN. Ergo non licebit mihi domum te deferre?
HEL. Ensis manet te potius, quam meus lectus.
MEN. Sic essem miserrimus mortalium.
HEL. Ne nunc te pudeat; sed fuge ex hac terra.
MEN. Relictane te? propter te expugnavi Trojam.
HEL. Melius enim *est*, quam te meumque connubium perdere.
MEN. Ignava dixisti sane Ilioque non digna.
HEL. Non potes interficere regem, quem fortasse cupis.
MEN. Itane corpus habet invulnerabile ferro?
HEL. Scies: audere autem quod est impossibile non *est* sapientis viri.
MEN. An igitur tacens *ipsi* meas manus ligandas præbebo?
HEL. Ad inopiam consilii redactus es: opus autem est arte aliqua.
MEN. Est enim jucundius, mori facientes aliquid, quam non facientes.
HEL. Una spes reliqua est, qua sola servari possumus.
MEN. An emendo, aut audendo, vel persuadendo?
HEL. Si rex non audiat te *huc* venisse.
MEN. Quis vero me prodet? nesciet utique, qui ego sim.
HEL. Est intus apud eum adjutrix quædam similis diis.
MEN. An aliqua Vox habitans in penetralibus ædium?
HEL. Non; sed soror: Theonoen ipsam vocant.
MEN. Nomen quidem *est* fatidicum; sed dic, quid faciat?
HEL. Omnia novit, et dicet fratri *suo* te adesse.
MEN. Moriemur: nam fieri non potest ut ego lateam.

HEL. Si quo modo possemus *eam* persuadere supplicantes ei.
MEN. Quam rem ut faciat? in quam spem me adducis?
HEL. Ne dicat fratri te adesse in hac terra.
MEN. Si vero persuaserimus, an ex terra hac pedem efferre poterimus?
HEL. Socia *nobis* illa facile, clam nequaquam.
MEN. Tuum *est hoc* munus, quia mulier conveniens *est* mulieri.
HEL. Non habebit genua intacta a meis manibus.
MEN. Age, sed si nostram orationem non receperit?
HEL. Morieris: et ego misera per vim illi nubam.
MEN. Proditrix es: vim nempe prætexis.
HEL. At juro sanctum jusjurandum per tuum caput.
MEN. Quid ais? te morituram esse, et non mutaturum connubium?
HEL. Eodem gladio: et jacebo juxta te.
MEN. Tange meam dextram ad hæc nunc confirmanda.
HEL. Attingo *jurans*, te mortuo, me relicturam hanc lucem.
MEN. Et ego orbatus te, vitam finiturum.
HEL. Quomodo autem moriemur, ut gloriam consequamur?
MEN. Sepulcri supra dorsum te cæsa, me cædam.
Sed prius decertabimus magno certamine
Pro tuo lecto; qui vero vult, prope accedat:
Trojanam enim gloriam non dedecorabo,
Nec *in* Græciam reversus multam vituperationem audiam,
Qui Thetidem quidem privavi Achille,
Ajacis vero Telamonii cædem aspexi,
Et Neleo satum filio: propter meam vero
Conjugem ego non ausim mori?
Maxime: nam si sunt Dii sapientes,
Virum fortem, interfectum ab inimicis
Circumtegunt levi terra in sepulcro,
In ignavos vero solidum aggerem terræ injiciunt.
O Dii, fiat tandem aliquando fortunatum genus
Tantaleum, et liberetur a malis!
HEL. Heu me miseram! sic enim se habet mea fortuna:
Menelae, actum est de nobis: egreditur ex ædibus
Fatidica Theonoe: domus crepat,
Solutis repagulis: fuge. Sed quid fugiendum?
Absens enim et præsens te venisse
Huc novit: O infelix, ut perii!
Servatus a Troja et barbarica terra,
Veniens in barbaricos gladios rursus incides.
THE. Præi tu mihi ferens facum splendens lumen,
Sanctumque celebra ritum sinuum ætheris,
Ut spiritum purum cœlo accipiamus.
Tu vero viam, si quis *eam* læsit pede

Calcans impio, da lustrali flammæ,
Concutiasque Piceam facem ante me, ut transeam.
Rituque meo Diis peracto, iterum
Larariam flammam in ædes portate.—
Helena, quid mea, quomodo se habent, vaticinia?
Venit tuus maritus Menelaus hic conspicuus,
Orbatus navibus, et tuo simulacro.
O miser, quibus laboribus vitatis *huc* venisti,
Neque scis utrum sis domum reversurus, an vero hic mansurus:
Contentio enim inter Deos conciliumque de te
Stat convocatum hodie apud Jovem.
Juno quidem, quæ tibi hactenus inimica fuit,
Nunc est benevola, et vult te salvum ducere in patriam
Cum ista, ut Græcia nuptias Alexandri,
Falsas cognoscat, donum Veneris:
Venus vero vult impedire tuum reditum,
Ne coarguatur, neque videatur emisse
Formæ *palmam*, Helenæ causa, inani connubio.
Summa vero *rei* penes me, sive, quod cupit Venus,
Perdam te dicens fratri, quod hic sis,
Sive contra cum Junone stans, servabo vitam,
Celans fratrem illud, qui me jussit hoc
Significare *sibi*, quando *in* hunc agrum veneris.
Quid dicam fratri meo hunc
Adesse, ut *res* mea tuta sit?
HEL. O Virgo, cado supplex ad genua tua,
Et sedeo prope Te miseram Sessionem
Pro me ipsa et isto, quem, vix tandem
Nacta, in ipso articulo discriminis sim ut videam eum mori:
Ne dicas tuo fratri meum maritum
Hunc venisse in meas charissimas manus:
Serva vero *ipsum*, oro te supplex: fratri vero tuo
Pietatem tuam ne prodas unquam,
Gratiam malam injustamque *tibi* comparans.
Odit enim Deus vim, partas vero *res*
Possidere jubet omnes, non per rapinas.
Omittendæ autem sunt divitiæ, injustæ existentes:
Commune enim est cœlum omnibus hominibus
Et terra, in qua oportet implentes domos,
Non habere aliena, neque auferre vi.
Me vero divino consilio, sed cum mea miseria,
Mercurius tradidit patri tuo ut me servaret marito
Huic, qui adest et vult *me* recipere.
Quomodo igitur mortuus *me* recipiat? et quomodo ille
Vivam mortuo huic reddat?

Quamobrem jam Dei numen et patris *tui religionem* considera,
Utrum Deus et ille mortuus, ea, quæ sunt aliorum,
Velint, an non velint reddere.
Equidem arbitror *reddituros*. Haud igitur oportet te fratri *tuo* plus
Tribuere stulto, potius quam bono patri.
Si vero, vates existens et *rerum* divinarum interpres,
Justitiam quidem patris corrumpas,
Huic vero non justo fratri *tuo* gratificaberis,
Turpe *fuerit*, te omnia quidem divina cognoscere,
Et ea quæ sunt *et* quæ non *sunt*, justa vero nescire.
Me vero miseram, *ex* malis in quibus versor,
Libera, hoc negotio accessionem dans:
Nullus enim mortalium *est* qui non oderit Helenam;
Quæ in Græcia dicor prodens meum
Maritum, habitasse in opulentis ædibus Phrygum.
Quod si *in* Græciam venero et rediero Spartam,
Audientes, *et* videntes, quod *ipsi* dearum dolis
Perierint, ego vero non fuerim proditrix amicorum,
Referent me iterum in parem pudicitiæ laudem,
Et dotatam elocabo filiam, quam nullus *nunc* ducet,
Et relinquens hanc acerbam errationem hic,
Fruar opibus, quas domi habeo.
Et si quidem hic mortuus in pyra compositus fuisset,
Lacrymis prosequerer eum procul absentem;
Nunc vero spoliabor vivo et salvo.
Ne igitur, O virgo, *facias*, sed hoc te supplex rogo:
Tribue mihi beneficium hoc, et imitare mores
Justi patris: hæc enim liberis *est* gloria
Pulcherrima, quicunque ex bono patre nati
Eosdem mores habent quos parentes.

THE. Digna quidem sunt commiseratione quæ jam dixisti,
Sed et tu quoque miserabilis. Desidero tamen Menelai
Sermonem audire, quem dicturus est de vita.

MEN. Ego neque sustinebo procidere ad tua genua,
Neque lacrymis rigare palpebras: nam res ad Trojam gestas
Valde dedecorarem, si timidus essem.
Quanquam dicunt, quod sit generosi viri,
In adversis rebus lacrymas ab oculis emittere.
Sed nequaquam hoc honestum, *modo* hoc honestum sit,
Sequar, potius quam fortitudinem.
Sed siquidem tibi videtur virum peregrinum servare,
Et qui quærit juste recipere suam uxorem,
Redde et insuper serva *nos*: si vero non videtur,

Ego quidem non nunc primum, sed sæpius,
Miser fuerim, tu vero videberis injusta mulier.
Quæ autem digna *sunt* nobis et quæ justa ducimus,
Et *quæ* tuum cor maxime pungent,
Dicam ad monumentum hoc patris tui desiderio.
O senex, qui habitas hoc lapideum sepulchrum,
Rogo te, ut mihi meam uxorem reddas,
Quam Jupiter huc misit tibi, ut mihi servares.
Scio, quod nobis nunquam reddes *hanc* mortuus:
Sed hæc patrem sub terra invocatum
Qui antea fuit gloriosissimus, non sinet
Male audire: nam ipsa nunc habet hanc rem in potestate *sua*.
O inferne Pluto, etiam te adjutorem invoco,
Qui multa corpora propter hanc accepisti,
Quæ ceciderunt meo gladio, et habes mercedem:
Aut nunc illos redde vivos,
Aut coge tandem hanc, patre pio
Præstantiorem, *mihi* meam uxorem reddere.
Quod si me mea conjuge spoliaveritis,
Quas hæc præteriit rationes, *eas* tibi dicam.
Jurejurando tenemur obstricti, ut scias, virgo,
Primum quidem dimicare cum tuo fratre:
Et illum, vel me, oportet mori: simplex oratio *est*.
Si vero in pugna pedem pedi non opponat,
Fame vero nos *ad* tumulum supplices expugnare conetur,
Decrevi hanc interficere, et deinde meum
Ad hepar adigere gladium hunc ancipitem,
Hujus sepulchri supra dorsum, ut sanguinis fluxus
Distillent in sepulchrum: jacebimus autem
Mortui ambo ordine supra hoc politum sepulcrum,
Perpetuus dolor tibi, et probrum patri tuo.
Non enim ducet hanc neque frater tuus,
Nec alius quisquam: sed ego abducam eam,
Si non possum domum, saltem ad mortuos.
Quid ista *dico?* Si ad fœmineam *mollitiem* lacrymis me converterem,
Miserandus essem potius, quam strenuus.
Interfice, si videtur tibi: non enim inglorium *me* interficies.
Potius vero obtempera meis verbis,
Ut sis justa, et ego accipiam *meam* conjugem.

CHO. In te *est*, O puella, judicare litem.
Sic autem judica, ut omnibus placeas.

THE. Ego sic sum a natura instituta ut amem pietatem idque volo:

Amoque me ipsam, et gloriam mei patris
Non polluam, neque fratri gratiam
Tribuam, ex qua possim infamis videri.
Magnum enim Sacellum Justitiæ mihi inest
In natura: et hoc a Nereo
Habens, conabor Menelaum servare.
Quando autem Juno vult tibi benefacere,
Eodem calculum feram: Venus vero mihi
Propitia quidem sit, nusquam tamen ullum commercium
illa mecum habuit:
Conabor enim semper manere virgo.
Quæ vero ad hoc sepulchrum exprobrasti patri *meo*,
Idem et ipsa dico: *nam* injuste facerem,
Si non redderem: ille enim vivens
Reddidisset tibi hanc, ut haberes, et huic te.
Vindicta enim est horum et apud mortuos,
Et vivos homines omnes: mens *enim*
Defunctorum non vivit quidem, sensum tamen habet
Immortalem, incidens in immortalem ætherem.
Ut igitur rem pertexam non prolixe, tacebo,
Quæ me suppliciter rogastis, neque stultitiæ
Fratris unquam consentiens adjutrix ero.
Afficiam enim eum beneficio, tametsi non videar,
Ex impietate si pium ipsum faciam.
Vos igitur invenite *vestrarum difficultatum* exitum,
Ego vero e medio recedens, tacebo.
Incipite vero a Diis, et supplices rogate
Venerem quidem, ut permittat te redire in patriam,
Junonem vero ut in eadem sententia maneat,
Quam habet de salute tua, et mariti tui.
Tu vero, O pater, qui defunctus es, quantum ego possum,
Nunquam impius pro pio vocaberis.

CHO. Nemo unquam injustus, fortunatus fuit,
In causa vero justa spes *est* salutis.

HEL. Menelae, servati quidem sumus quod ad virginem.
Hinc vero jam oportet te rationibus *in medium* collatis
Communem salutis *parandæ* rationem mecum excogitare.

MEN. Audi nunc: tu diu fuisti in hac domo,
Et cum famulis regis convixisti.

HEL. Quare hoc dixisti? affers enim spem,
Quasi aliquid boni facturus sis in commune nobis.

MEN. Persuadere posses alicui *eorum*, qui quadrijugis
Vehiculis præsunt, ut nobis det currum?

HEL. Persuasero forsan: sed quo modo fugiemus,

Qui sumus imperiti camporum et terræ barbaricæ?
MEN. Dixisti rem impossibilem. Age, quid vero, si occultatus *in* ædibus
Interficiam hoc ancipiti gladio regem?
HEL. Non pateretur neque taceret
Soror, si fratrem interfecturus esses.
MEN. At neque navis *nobis* est, qua servari possimus
Fugientes: quam enim habebamus, mare *nunc* habet.
HEL. Audi, si quid et mulier dixerit sapienter.
Vis dici mortuus verbis, cum *revera* non sis mortuus?
MEN. Malum quidem *est* omen: si quid tamen lucrabor *hoc* dicens,
Paratus sum verbis mori, re non moriens.
HEL. Movebo autem misericordiam muliebri
Tonsura et lamentationibus apud impium *Regem*.
MEN. Quod vero *res* ista nobis remedium habet salutis?
Inest enim sermoni priscum quiddam.
HEL. Quasi jam in mari mortuus sis inani sepulchro
Ab hujus agri tyranno petam, ut mihi permittat te sepelire.
MEN. Fac autem eum concessisse: deinde quomodo sine navi
Servabimur sepelientes meum corpus in inani sepulchro?
HEL. Jubebo navim dare, qua demittam
Ornatum ad tuam sepulturam in ulnas maris.
MEN. Quam bene hoc dixisti, præter illud: si in terra sepulturam
Facere te jubeat, istum commentum nihil *utilitatis* feret.
HEL. Sed dicemus non esse consuetudinem in Græcia,
Tegere terra eos, qui in mari sunt mortui.
MEN. Bene hoc etiam excogitas: deinde ego tecum navigabo,
Et simul ornatum ex eadem navi demittam.
HEL. Oportet te adesse ex primis, et tuos
Socios navigationis, qui evaserunt naufragio.
MEN. Atqui, si navim in salo nanciscar,
Stabit vir juxta virum armatus gladio.
HEL. Oportet te *ista* gubernare: tantum secundi
Flatus sint velo et navis cursus.
MEN. Fient *hæc:* dii enim finient meos labores.
Sed ex quo dices te audivisse, quod mortuus sim?
HEL. Ex te: dic autem te solum evasisse fatum,
Navigantem cum filio Atrei, et vidisse eum mori.
MEN. Certe hæc lacerata et pannosa corporis vestimenta
Fidem nauticis ruinis facient.
HEL. Commode venerunt, tunc vero incommode perdebantur.
Illud vero miserum fortasse in bonum *nunc* recidet.

MEN. Utrum vero me tecum in aedes ingredi oportet,
An tranquilli sedebimus ad hoc sepulcrum?
HEL. Maneas hic: nam si quid violentius in te voluerit agere,
Hoc sepulcrum tuebitur te, et tuus ensis.
Ego vero vadens domum præcidam cincinnos,
Et mutabo candidas vestes nigris,
Et injiciam ungues genis, rivum cruentum.
Magnum enim periculum, et video duo momenta:
Aut enim oportet me mori, si deprehensa fuero *aliquid* machinari,
Aut abire *in* patriam et servare tuum corpus.
O veneranda, quæ jaces in lecto Jovis,
Juno, duos miseros homines recrea a laboribus,
Petimus, recta brachia ad cœlum
Jactantes, ubi habitas in picta sede astrorum.
Et tu, quæ consecuta es laudem pulchritudinis meis nuptiis,
Venus, filia Diones, ne me perdas.
Satis enim damni, quo me hactenus affecisti,
Nomen *meum* præbens apud barbaros, non corpus.
Sine vero me mori, si vis *me* occidere,
In patria. Cur es inexplebilis malis,
Amores, fraudes, et dolosa inventa
Exercens et cruentas corporum illecebras?
Sed si moderata esses, *in rebus* cæteris suavissima Dearum
Hominibus esses: non aliter dico.
CHO. Te vallibus sub frondosis (*str.* 1.)
Sedentem in museis et sedibus vocabo,
Te musicam *et* maxime canoram avem
Flebilem lusciniam,
Veni O per flavas genas modulans,
Socia meorum luctuum,
Miseros labores Helenæ,
Canens, et Ilia-
dum lacrymabilem laborem
Per hastas Græcorum,
Qui venit, venit ad campos barbarico remo,
Quando cucurrit fluctus, miser adducens Trojanis
Ex Lacedæmone connubia
Quæ, ut tua rapuit Paris infelix sponsus
Ductu Veneris.
Multi autem Græcorum hastis, et saxeis (*ant.* 1.)
Jactibus expirantes mortem miseram habent,
Tonderi facientes lugubrem uxorum comam:

Vacuæ autem sponsis jacent ædes:
Multos autem accendens ardentem lucem circa amœnam
Eubœam perdidit Archivorum
Uniremus Vir, rupibus
Caphareis injiciens
Et Ægæis scaphis in mari jactatis,
Dolosam stellam accendens
Per importuosos montes miseros,
Quando classis ex patria venti flatu properavit
Acquisitionem, non acquisitionem, sed contentionis
Causam Græcis umbram in navibus vehens,
Sacrum Junonis simulacrum.
Deusne sit, annon Deus aut medius, (*str.* 2.)
Quis dixerit scrutatus
Mortalium obscurissimum esse finem inve-
nire, quicunque Deorum *res* aspicit
Miras et hinc illuc
Et iterum contrariis
Insperatis casibus salientes.
Tu es filia Jovis, O Helena:
Volucris enim in sinu te Le-
dæ genuit pater.
Et *tamen* fama de te *est* per Græciam
*Quod sis* injusta, proditrix, perfida, impia: nec habeo,
Quidnam *sit* certi, adhuc inter mortales.
Sed quod Deorum est verum *esse* reperi explorans.
Dementes *estis*, quotquot honores bello (*ant.* 2.)
Comparatis, hastæ fortis
Alea sortientes
Cædes hominum stulte.
Si enim ipsos dirimet certamen
Sanguinis, nunquam contentio
Deerit in hominum urbibus:
Sicut Priameiæ terræ thalamos gravarunt,
Cum verbis posset componi
Tua discordia, O Helena.
Nunc autem alii quidem apud inferos cum Plutone versantur,
Mœnia vero, incendium velut Jovis, invasit flamma,
Clades supra clades afferens (miseris)
In calamitatibus antiquis.
TH. O salve patris sepulchrum: in exitu enim *domus*
Te sepelii, O Proteu, propter meam salutationem;
Semper autem te egrediens et ingrediens domum
Theoclymenus hic *tuus* affatur, pater.
Vos quidem, canes et bestiarum retia,

Famuli, ferte in domum regiam:
Ego vero me ipsum sæpe jam conviciis sum insectatus:
Nequaquam enim morte malos mulctamus.
Et nunc audivi quenquam Græcum palam
In *hanc* terram venisse et fefellisse speculatores,
Aut exploratorem, aut furto abducere captantem
Helenam: morietur autem, si modo fuerit comprehensus.
(Age:) sed, ut videtur, omnia peracta *jam*
Inveni: nam relicta vacua sede sepulcri
Tyndarei filia navigio discessit ex *hac* terra.
Heu, laxate claustra, solvite equorum
Præsepia, ministri, et exportate currus,
Ut ne me fallat propter laborem ex terra
Hac exportata uxor, quam expeto.
Manete: video enim *eos*, quos persequimur,
Adesse in ædibus, et non effugisse.
Heus tu, quare suspendisti nigras vestes a corpore,
Mutatis albis, et a generoso capite
Crines præcidisti immisso ferro,
Et rigas tuas genas recentibus lacrimis
Plorans? utrum persuasa nocturnis
Somniis gemis, aut famam aliquam domo
Audiens, dolore conficis animum tuum?

HEL. O domine,—jam enim te hoc nomine appello,—
Perii: res meæ evanidæ, nihil sum amplius.

THE. In qua vero calamitate versaris? qualis *est tua* fortuna?

HEL. Menelaus—hei mihi! quomodo *hoc* dicam? mortuus est mihi.

THE. Nihilo deteriori hac fortuna ob tuum nuncium utor.
Quomodo *autem* novisti? an tibi Theonoe hoc dixit?

HEL. Et illa dicit, et hic, *qui fuit* præsens, quum *ille* periit.

THE. Venitne aliquis, qui hæc etiam certo nunciet?

HEL. Venit: veniat, ut ego cupio *ipsum* venire.

THE. Quis est? ubi est? ut certius sciam.

HEL. Iste, qui sedet trepidans ad hoc monumentum.

THE. O Apollo, quam deformi vestitu insignis est?

HEL. Hei mihi! videor mihi et meum maritum sic se habere.

THE. Cujas autem *est* iste vir, et unde appulit ad *hanc* terram?

HEL. Græcus, unus e Græcis, qui navigarunt cum marito meo.

THE. Quo autem mortis genere ait Menelaum periisse?

HEL. Miserrimo, humidis in fluctibus maris.

THE. Ubi? an navigantem in mari barbarico?

HEL. Libyæ importuosa ejectum ad saxa.

THE. Et quomodo hic non periit, cum fuerit socius navigationis?

HEL. Mali interdum sunt fortunatiores bonis.

THE. Ubi vero navis fragmenta *huc* veniens reliquit?

HEL. Ubi utinam periisset, non autem Menelaus.
THE. Periit *igitur* ille: in qua ergo navi venit hicce?
HEL. Nautæ casu incidentes receperunt eum, ut dicit.
THE. Ubi vero est noxa illa, quæ ad Trojam pro te missa est?
HEL. De effigie nubis loqueris? abiit in aerem.
THE. O Priame et terra Trojana, ut frustra periisti.
HEL. Et ego sum particeps calamitatis Trojanorum.
THE. Reliquitne maritum insepultum, an vero texit terra?
HEL. Insepultum: heu me miseram propter mea mala!
THE. Hujusne *rei* causa secuisti cincinnos flavæ comæ?
HEL. Amicus enim est, quibus est, in hoc loco positus.
THE. An ut magnum quid hæc calamitas defletur?
HEL. Nempe leviter ferres tuæ sororis mortem?
THE. Nequaquam: quomodo igitur? an deinceps etiam habitabis hoc sepulchrum?
HEL. Quid me verbis mordacibus lacessis, nec omittis mortuum?
THE. Tu enim es fida tuo marito fugiens me.
HEL. Sed non amplius: jam igitur meas nuptias posside.
THE. Sero quidem venisti, sed tamen hæc laudo.
HEL. Scis igitur quid velim te facere? priora oblivioni tradamus.
THE. Qua conditione? Gratia enim pro gratia veniat.
HEL. Faciamus fœdus, et reconcilieris mihi.
THE. Remitto indignationem adversus te susceptam, avolet autem in aerem.
HEL. Nunc te per hæc genua, quando es amicus—
THE. Quam rem captans, supplex a me cupide petis?
HEL. Volo maritum meum defunctum sepelire.
THE. Quænam autem est sepultura absentium? an sepelies umbram?
HEL. Mos est apud Græcos, qui in mari mortuus fuerit;—
THE. Quid facere? Græci profecto *sunt* sapientes talibus *in rebus.*
HEL. Sepelire vacuis tunicis, bene textis.
THE. Fac funus: excita tumultum, ubi terrarum volueris.
HEL. Non sic sepelimus nautas extinctos *in aquis.*
THE. Quomodo igitur? ignoro mores Græcorum.
HEL. Exportamus in mare, quæcunque conveniunt mortuis.
THE. Quid igitur in tuam gratiam exhibebo mortuo?
HEL. Nescio: ego enim *sum* imperita, cum prius, fuerim felix.
THE. O hospes, gratum profecto nuncium attulisti.
MEN. Non saltem mihi, neque mortuo.
THE. Quomodo sepelitis mortuos qui in mari perierunt?
MEN. Prout sunt uniuscujusque facultates.

THE. Dic quod ad sumptus attinet, quicquid voles, propter hanc.
MEN. Primum quidem effusus prælibatur sanguis mortuis.
THE. Cujus? tu indica mihi, ego vero parebo.
MEN. Tu ipse statuito: sufficient enim, quæcunque dederis.
THE. Apud barbaros quidem mos *est*, equum aut taurum.
MEN. Siquidem vis aliquid dare, nihil des generoso indignum.
THE. His non caremus in divitibus armentis.
MEN. Et afferuntur lecti strati corpore vacui.
THE. Fiet: quid vero præterea afferri mos est?
MEN. Arma ænea: etenim erat amans armorum.
THE. Digna erunt hæc Pelopidis, quæ dabimus.
MEN. Et cætera quæ tellus pulchra profert germina.
THE. Quid ergo? in fluctus quomodo dimittis?
MEN. Navem oportet adesse et gubernatores remorum.
THE. Quantum vero spatii navem arcere a terra?
MEN. Ut vix conspici possint a littore fluctus *circa navem*.
THE. Quid vero, quam ob *causam* hunc morem colit Græcia?
MEN. Ne fluctus piamenta rursus in terram ejiciat.
THE. Navis Phœnissa velox aderit.
MEN. Recte *hoc* erit, et Menelao gratum.
THE. Nonne tu potes sine hac ista facere?
MEN. Matris hoc opus *est*, aut uxoris, aut filiorum.
THE. Hujus negotium *est*, ut dicis, sepelire maritum.
MEN. Res saltem pia *est*, non defraudare mortuos suis justis.
THE. Eat: mei refert, conjugem piam alere.
Profectus igitur in ædes efferam ornatum mortuo,
Et dimittam te ex terra non vacuis manibus,
Gratificantem huic: nuncios vero mihi
Bonos quia attulisti, pro sordidis pannis
Accipies vestem et cibum, ut in patriam
Redeas, siquidem nunc misere affectum *te* video.
Tu vero, O misera, ne inaniter
Crucies te ipsam: Menelaus enim functus est fato,
Neque potest *iterum* vivere mortuus.
MEN. Tuum officium *hoc est*, O adolescentula: præsentem quidem
Maritum oportet amare, eum vero qui periit omittere:
Hoc enim tibi optimum *est* in præsenti casu.
Quod si venero in Græciam et fuero salvus,
Eximam te pristino probro, si *talis* fueris uxor,
Qualem decet esse te erga tuum maritum.
HEL. Fient hæc: nunquam autem maritus culpabit
Tu vero qui prope ades, scies ista.
Verum, O miser, intra, et lava *corpus*,

Et muta vestem : non cunctanter
Benefaciam tibi : *sic* enim benevolentius
Charissimo meo Menelao convenientes *inferias*
Facies, si consequaris a nobis, quæ te *consequi* oportet.
CHO. Montana quondam veloci pede (*str.* 1.)
Mater deorum festinavit
Per sylvestres saltus
Et fluvialem fluxum aquarum
Graviterque strepentes fluctus marinos
Desiderio amissæ
Non-nominandæ puellæ :
(Crepitacula vero Bacchica clarum
Sonitum mittentia resonabant,
Ibat vero ferarum jugalium
Exosa Dea currum,
Raptam illam rotundis
Choris ex virgineis :)
Cum ipsa autem autem Puellæ pernices
Sagittis quidem Diana,
Hasta vero *Pallas* armata :
Spectans vero ex cælestibus
Aliud fatum decernebat *
Cursoriis autem quando multigavis (*ant.* 1.)
Mater a laboribus cessavit,
* Quærens invios
Filiæ raptus dolosos,
Transiitque nivosas
Speculas Nympharum Idæarum :
Projecit autem *se* luctu
Saxea super tesqua nivosa :
Mortalibus vero terræ campos virenti gramine nudatos
Non arationibus fructificans
Populorumque genus consumpsit :
Gregibus vero non emittebat læta
Pabula frondosorum surculorum :
Urbium vero vita defecit,
Neque erant sacrificia deorum,
Et liba non incendebantur in aris :
Et prohibebat roscidis fontibus
Emissionem limpidæ aquæ.
Postquam autem sustulit convivia (*str.* 2.)
Diis humanoque generi,
Jupiter placans infestam
Iram matris dicit :
Ite, venerandæ Gratiæ,
Ite, propter filiam

Cereris succensenti
Mœrorem eximite sonitu,
Et vos hymnis musarum grex:
Ærisque vocem subterraneam,
Tympanaque compacta ex bubula pelle accipite.
Pulcherrima *vero* tunc primum *Deorum*
Risit Dea Venus
Et accepit in manus
Tibiam graviter sonantem
Delectata modulatione.
Quæ neque fas neque pium *erat*, (*ant.* 2.)
Consecuta es thalamis cruda,
Iram vero incurristi magnæ
Matris, O filia, sacrificia
Non pie faciens Diis.
Multum certe possunt hinnulorum
Maculosæ pelles,
Et hederæ frondes circumvolutæ
Ferulas circa sacras,
Et rhomborum circumacta
Circularis quassatio sublimis,
Et bacchans coma bacchantium
Et privilegia Deæ.
Bene autem laqueis
Transvolavit luna.
Pulchritudine solum gloriaris.

HEL. Quantum ad res intus ædium, bene est, O amicæ:
Nam Protei filia nostrum dolum adjuvans,
De meo marito præsente interrogata *a fratre*,
Non dixit fratri: Mortuum vero
Dicit non in terra lucem intueri, *in* meam gratiam.
Pulcherrime autem arripuit mente maritus omnia:
Nam arma, quæ demissura eram in mare,
Hæc, immissa robusta manu in scuti manubrium,
Ipse portat, hastamque dextra corripuit,
Tanquam defuncto gratas exequias jam mecum peracturus.
Commode vero corpus ad pugnam armis instruxit,
Ut de barbaris innumeris trophæa manu
Erecturus, quum navem intraverimus remis instructam.
Peplos vero mutans pro naufraga veste
Ego ipsum exornavi, et balneis corpus *ejus*
Dedi, sera lavacra fluvialis roris.
Sed egreditur enim e domo qui meas
Nuptias paratas se in manibus habere putat:
Tacendum *est* mihi: Te vero obtestamur,
Benevolum, et premere *tuum* os, si possimus,

Servati ipsi, te quoque tandem servare.
THE. Procedite ordine, ut ordinavit hospes,
Ministri, ferentes marinas inferias,
Tu vero, Helena, si tibi non videor male loqui,
Obtempera, mane hic: idem enim et præsens,
Et si non adsis, facies marito tuo.
Metuo enim tibi, ne quod desiderium *te* corripiens
Impellat *te* ad demittendum corpus in fluctus marinos,
Prioris mariti *amore* perculsam:
Ipsum enim, licet non præsentem, tamen nimis luges.
HEL. O inclyte nobis marite, necesse est,
Primum thalamum et consuetudinem nuptialem
Honore afficere: ego enim quod amo maritum,
Etiam cum *eo* mori vellem: sed quænam illi utilitas,
Si cum *eo* mortuo simul morerer? sine igitur me
Ipsam proficisci, et inferias dare mortuo.
Dii vero tibi dent, qualia ego cupio,
Et huic hospiti, quod nos adjuvet in hac re.
Habebis autem me *talem*, qualem te convenit in ædibus habere
Uxorem, quandoquidem Menelao benefacis
Et mihi: hæc enim non nemini alte mentem subeunt:
Qui vero det navem, in qua abducamus hæc,
Manda *alicui*, ut integram gratiam accipiam.
THE. Vade tu, et navem his quinquaginta remorum
Sidoniam da, et remorum præfectos.
HEL. Annon ille navem gubernabit, qui curat inferias?
THE. Oportet nautas meos inprimis huic parere.
HEL. Jube iterum, ut clare intelligant te.
THE. Iterum jubeo, ut tertio, si tibi placet.
HEL. Bene sit tibi! et mihi propter mea consilia.
THE. Ne nunc nimium lacrymis conficias tuum corpus.
HEL. Hæc dies tibi meam gratiam indicabit.
THE. *Res* mortuorum nihil *sunt*, sed tantum labor.
HEL. Est aliquid et illic, et hic, *eorum* quæ diligo.
THE. Non habebis me deteriorem maritum Menelao.
HEL. Tu non es culpandus: eventu tantum opus mihi est.
THE. In te *situm est* hoc, si mihi tuam benevolentiam præstiteris.
HEL. Non nunc primum discemus amare amicos.
THE. Visne ut ego *vos* adjuvans, navem una deducam?
HEL. Minime ne servias tuis servis, O rex.
THE. Age vero Pelopidarum missos faciam ritus:
Puræ enim *sunt* nobis ædes: non enim hic
Animam efflavit Menelaus. Eat autem aliquis
Qui dicat meis satrapis, ut ferant nuptiarum
Donaria in domum meam: oportet autem totam

Terram celebrare beatis hymnorum cantionibus,
Hymæneum Helenæ et meum, ut sit suspiciendus.
Tu vero, O hospes, profectus ad marinas ulnas
Ubi dederis hæc priori hujus marito,
Rursus ad ædes propera meam uxorem tecum habens,
Ut, hujus nuptiis mecum celebratis,
Proficiscaris ad *tuas* ædes, aut *hic* manens sis beatus.
MEN. O Jupiter, pater et sapiens Deus vocaris:
Aspice nos et libera ex malis,
Trahentes vero nos fortunas in adversum collem
Diligenter adjuva: et si *nos* attigeris summa tantum manu,
Veniemus ad eam fortunam, ad quam venire volumus.
Satis enim *est* laborum, quos hactenus pertulimus.
Meruisti, O Dii mei, ut multa *de* me audiatis inamæna,
Et tristia: non autem debeo semper infelix esse,
Sed recto pede incedere. Unum vero mihi beneficium
Si dederitis, in posterum felicem me facietis.
CHO. O Phœnissa Sidonia (*str.* 1.)
Accelera Reme, æstus matrem,
Remigationem O charam,
Præsultrix pulchras choreas exercentium
Delphinum, quando ventis
Mare modice movetur,
Et *cum* glauca filia Ponti
Galenea hæc dixerit:
Vela quidem expandite ventis *ea*
Relinquentes marinis,
Accipite vero abiegnos remos,
O nautæ! io nautæ!
Mittentes portuosum
Ad littus Persææ domus Helenam.
Forte quidem puellas fluvii (*ant.* 1.)
Ad undam Leucippidas, aut ante templum
Minervæ inveniet
Sero se immiscens choreis
Et Hyacinthi festis,
Nocturnum per gaudium—
Quem violenter impellens
Discum ad fines gymnasii
Interfecit Apollo, unde terræ Laconiæ
Solennem sacrorum diem
Filius Jovis jussit celebrare—
Puellamque, quam reliquerant ædibus
* * * *
Cui nondum faces accensæ fuerint ad nuptias.
Utinam per aerem volucres (*str.* 2.)

Essemus quemadmodum Libycæ
Aves congregatæ
Relicta hyberna tempestate
Redeunt antiquissimæ
Fistulæ obtemperantes
Ductoris, quando siccos
Ad campos fructiferos terræ
Avolans strepit.
O volucres longis-insignes collis,
Consortes nubium cursus,
Ite Pleiadas sub medias
Et nocturnum Orionem,
Et nunciate nuncium,
Ad Eurotam sedentes
Quod Menelaus Dardani
Urbe capta domum sit venturus.
Venite tandem equestri curru (*ant.* 2.)
Per aerem invecti
Filiæ Tyndaridæ,
Micantium astrorum sub turbinibus
Cui habitatis in cœlo,
Servatores Helenæ
In glaucam marinam undam
Cæruleosque fluctuum
Impetuosos canos maris fluxus,
Nautis prosperos ventorum
Flatus a Jove mittentes:
Et a sorore infamiam
Barbarici thalami repellite,
Quam *ob* contentionem Idæam
Accepit, terram
Quamvis non iverit Ilii
Phœbeas ad turres.
NUN. O Rex, commodissime Te in ædibus invenimus,
Ut nova mala ex me continuo audias.
THE. Quid vero est? NUN. Alius tibi quære connubia
Mulieris: Helena enim abiit ex *hac* terra.
THE. Alisne sublata, an solum calcante pede?
NUN. Menelaus avexit eam navi ex *hac* terra,
Qui ipse venit nuncians se mortuum esse.
HEL. O quam mira narras! sed quæ navis gubernatio eam
Avexit ex hac terra? incredibilia enim dicis.
NUN. Quam tu dedisti hospiti, tuosque habens
Nautis abiit, ut *rem* brevi intelligas.
THE. Quomodo? scire cupio: non enim intra spem
Stetit, unam superiorem fuisse

Tot nautis, cum quibus tu missus es.
NUN. Postquam relicta regia hac domo
Filia Jovis ad mare deducta est,
Astutissime mollem pedem ponens, lugebat
Maritum prope præsentem et non mortuum.
Ut autem venimus *ad* tuorum navalium-septum,
Detraximus navem Sidoniam eximiam,
Transtrorum et remorum quinquaginta dimensiones
Habentem: labor autem labori succedebat:
Alius enim malum, alius vero remum collocabat
Et tonsam tentabat, et alba vela in navi erant,
Gubernaculaque *loris* immittebantur.
In hoc autem labore nempe hoc ipsum opperientes,
Viri Græci Menelao comites navigationis,
Accesserunt ad littus, vestiti *naufragis*
Vestibus, speciosi quidem, sed aspectu squalidi.
Cum autem Atrei filius ipsos adesse vidisset,
Alloquutus est, dolosum luctum præ se ferens:
O miseri, quomodo ex qua navi tandem
Græca venitis collisa scapha?
Num una sepelietis filium Atrei mortuum,
Quem hæc filia Tyndari absentem sepelit?
Illi vero, emittentes lacrymas per simulationem,
In navem iverunt, Menelao res mergendas in mare
Ferentes: nobis autem hæc quidem erant suspecta,
Et de hoc inter nos colloquebamur, vectorum
Quod *magna* multitudo esset: sed tamen tacebamus,
Servantes tua mandata: præesse enim navi
Jubens hospitem conturbasti hæc omnia.
Et alia quidem omnia jam facile in navim
Imposueramus læte incedentia; taurinus vero pes
Non volebat *ab navis* tabulam accedere rectus caput,
Sed mugiebat circumagitans oculos,
Et curvans tergum et oblique tuens in cornua,
Arcebat nos ne attingeremus. Ibi vero maritus Helenæ
Vocavit: O socii, qui Trojam evertistis,
Non eja corripientes more Græcorum
Juvenilibus humeris taurinum corpus
In proram conjicietis, et simul ensem
Paratum servat victimam mortuo?
Illi vero, venientes ad *hanc* adhortationem, corripuerunt
Taurum et ferentes imposuerunt in tabulas navis.
Menelaus vero demulcens collum equinum,
Et frontem, effecit ut intraret navim.
Tandem vero postquam navis recepit,
Implens scalas formoso pede

Helena, consedit in mediis transtris,
Et qui verbis non amplius erat Menelaus prope *eam*.
Alii vero *in* dextro pariete, et totidem in sinistro,
Vir apud virum sedebant, sub vestibus gladios
Abditos habentes, tum vero undæ impletæ sunt
Clamore, ut audivimus celeustæ vocem.
Cum autem non admodum procul essemus a terra,
Neque prope, sic interrogavit custos gubernaculi:
An adhuc ulterius, O hospes, an *vero* recte habet *res*,
Navigabimus? nam gubernatio navis mihi est curæ.
Ille vero dixit, satis *est* mihi: et dextra arripiens gladium
Ad proram contendit, et ad jugulum taurinum
Stans, nullius quidem mortui mentionem faciens,
Sed secans guttur precatus est: *O qui habitas in mari*
*Marine Neptune et castæ filiæ Nerei,*
*Servate me ad littus Nauplium et conjugem*
*Incolumem ex* hac *terra*. Fluxus autem sanguinis
Saliebant in aquam, secundi cursus omen hospiti.
Et aliquis hoc dixit: dolosa *est* hæc navigatio:
Retro navigemus domum; celeustam age tu:
Tu vero verte gubernaculum. Sed a cæde tauri
Ubi stetit filius Atrei, vocavit *suos* socios:
Quid cunctamini, O flores Græciæ,
Jugulare, mactare barbaros, e navi
Abjicere in aquam? tuis vero nautis
*Noster* præfectus clamat contrariam vocem.
*Nonne alius quidem pro hasta contum corripiet,*
*Alius vero frangens jugum, alius auferens remum a scalmo,*
*Cruentabit caput hominum peregrinorum?*
Omnes autem recti consurrexerunt, illi quidem, *i. e.*
*Ægyptii*, in manibus
Perticas nauticas, hi vero, *i. e. Græci*, gladios habentes.
Cæde vero navis fluebat. Et erat adhortatio
Helenæ ex puppi: ubi *est* gloria Trojana?
Ostendite erga barbaros homines: Præ festinatione vero
Cadebant *alii*, qui vero erigebantur, jacentes illico hos
Mortuos vidisses. Menelaus vero habens arma,
Speculans ubi laborarent socii,
Eo manu dextra admovebat gladium,
Ita ut præcipitarentur *nostri* e navi: nudavitque
Remos tuis nautis: inde vero ad gubernacula progressus
Rex, jussit in Græciam dirigere navim.
Illi vero tollebant malum, et venerunt secundi venti,
Et sic abierunt e terra: ego vero effugiens necem,
Demisi me in mare juxta anchoram.
Laborantem vero jam me quidam piscator

Recepit, et in terram exposuit, ut tibi
Nunciarem hæc. Diffidentia autem prudenti
Nihil est utilius hominibus.

CHO. Nunquam putassem, neque te, neque nos fallere potuisse
Menelaum, O rex, ut fefellit præsens.

THE. O me miserum deceptum muliebribus artificiis!
Aufugerunt mihi nuptiæ. Et si posset capi
Navis persequendo, cito laborans reciperem hospites:
Nunc igitur ulciscar sororem, quæ me prodidit,
Quæ videns Menelaum in ædibus, non indicavit mihi.
Nunquam enim virum alium decipiet vaticiniis.

CHO. Heus tu, quo fers pedem, O domine, ad quam cædem?

THE. Quo me jus jubet: quare discedite e medio.

CHO. Non dimittam tuam vestem: *ad* magna enim mala festinas.

THE. An tu domino imperabis cum servus sis? CHO. Sum enim benevola.

THE. Haud mihi saltem, nisi me dimittis— CHO. Te sane non dimittemus.

THE. Ut interficiam meam pessimam sororem. CHO. Imo piissimam.

THE. Quæ me prodidit? CHO. Honestam certe proditionem facere justa.

THE. Quæ meam conjugem alii dedit? CHO. Nempe iis, qui plus in eam juris habent.

THE. Quis vero *est rerum* mearum dominus? CHO. *Ille* qui accepit eam a patre.

THE. Ad fortuna dedit mihi. CHO. Sed fatum *eam* abstulit.

THE. Non oportet te *res* meas judicare. CHO. *Imo* vero si meliora dicam.

THE. Ergo servimus, non dominamur. CHO. Pie agere, non injuste.

THE. Mortem appetere videris. CHO. Interfice; sororem vero tuam
Non interficies nobis volentibus, sed me. Pro dominis
Gloriosissimum *est* generosis servis mori.

GEM. Cohibe iram, qua non recte abriperis,
Theoclymene, rex hujus terræ: Gemini vero te
Dioscuri vocamus, quos Leda olim
Peperit, et Helenam, quæ fugit ex tua domo:
Irasceris enim propter nuptias *tibi* non destinatas fato:
Neque puella nata ex dea Nereide
Theonoe soror *tua* tibi facit injuriam, quæ numen Deorum
Colit et justa patris mandata.
Semper enim ad tempus usque nunc præsens
Illam in tuis ædibus habitare oportuit:
Postquam vero Trojæ eversæ sunt sedes,

Et *hæc* præbuit nomen Diis, non amplius
Iisdem *tuis* nuptiis ipsam astrictam detineri oportet,
Sed redire domum, et habitare cum marito.
Quamobrem abstine quidem a sorore tua nigrum gladium,
Existima vero, eam prudenter hæc fecisse.
Jam pridem autem et ante servavissemus sororem,
Postquam Jupiter fecit nos deos:
Sed inferiores fuimus simul et Fato
Et Diis, quibus placuit ut hæc sic *se* haberent.
*Ac* tibi quidem hæc dico: at sorori meæ dico,
Ut naviges cum marito tuo: Ventum enim habebitis
  secundum:
Nos vero servatores Gemini fratres tui,
Equitantes circa mare, mittemus *te in* patriam.
Quum vero flexeris ac finiveris vitam,
Vocaberis dea, et cum Dioscuris
Particeps eris sacrificiorum, et oblationes ab hominibus
Nobiscum accipies: nam Jupiter ita vult.
Ubi vero collocavit te primum Maiæ filius,
Sparta discedens, *ex* cælestibus sedibus
Furatus tuum corpus, ne Paris duceret te,
Propugnaculum exporrectum juxta *Atticam*, insulam dico,
Helena posthac apud homines vocabitur,
Quia te domo furtim *illuc* absportatam recepit.
Et erranti Menelao a diis
Fatale est habitare in insulis fortunatis:
Dii enim non oderunt generosos,
Eorum vero qui in nullo numero sunt, magis sunt labores.
THE. O filii Ledæ et Jovis, priorem quidem
Contentionem de sorore vestri gratia omittam.
Et eam sororem non amplius cupio.
Illa igitur eat domum, si diis placet.
Scitote vero vos optimæ simul et castissimæ
Sorori ab eodem prognatos esse sanguine,
Et valete, propter generosum Helenæ
Animum, quæ res non inest in multis mulieribus.
CHO. Multæ sunt formæ divinorum *operum*
Dii vero multa præter spem perficiunt.
Et quæ videntur non eveniunt:
Non speratorum autem invenit Deus viam.
Sic evenit hoc negotium.

# EURIPIDIS

## ION.

## DRAMATIS PERSONÆ.

MERCURIUS.

ION.

CHORUS EX CREUSÆ ANCILLIS.

CREUSA.

XUTHUS.

SENEX AUT PÆDAGOGUS.

FAMULUS CREUSÆ.

PYTHIA SEU VATES.

MINERVA.

# EURIPIDIS

## ION.

ATLAS, ille ferreis humeris cœlum,
Deorum antiquam domum, terens, *ex* Dearum
Una genuit Maiam, quæ me genuit
Mercurium, maximo Jovi Deorum nuncium.
Venio autem *in* hanc Delphorum terram, ubi umbilicum
Supra medium sedens Phœbus canit hominibus,
Præsentia et futura vaticinans semper.
Est enim non obscura Græcorum civitas,
Ab auream-hastam gerente Pallade vocata,
Ubi filiam Erechthei Phœbus nuptiis *sibi* junxit
Creusam per vim, quo loco septentrionalia saxa
Palladis sub arce Atheniensium terræ
Macras vocant domini terræ Atticæ.
Inscio vero patre,—sic enim deo placuit,—
Tulit onus ventris: postquam vero tempus venit,
Pariens domi puerum, absportavit infantem
In idem antrum, ubi concubuit cum deo,
Creusa, et exponit ut moriturum
In rotundo orbe cavæ cistæ,
Majorum morem servans et terrigenæ
Erichthonii. Illi enim Jovis filia
Custodes cum adjunxisset corporis tutamina
Duos dracones, Agraulis virginibus
Dedit servandum. Unde Erechthidis illic
Mos quidam est in serpentibus auratis
Alere liberos. Sed ea quæ habebat virgo ornamenta,
Filio appendens reliquit, tanquam morituro.
Ibi me Phœbus frater hæc rogat:
O frater, profectus ad indigenam populum
Inclytarum Athenarum,—nosti enim Deæ urbem,—
Accipiens infantem recens natum cava petra

Cum ipso vase et fasciis, quas habet,
Portato *mihi* fratri *tuo* ad mea oracula,
Et ponito in ipso introitu mearum ædium.
Reliqua vero,—hic enim puer meus est, ut scias,—
Mihi erunt curæ. Apollini vero beneficium ego
Præstans fratri contextum calathum tollens
Detuli, et infantem super crepidinem
Templi hujus pono, aperiens calathum
Circularem arculæ, ut videretur infans.
Solis autem orbe oriente casu
Sacerdos ingressa est templum Dei:
Oculisque conjectis in infantem puerum
Mirata est, si quæ Delphica puella ausa esset
Clandestinum partum in Dei projicere domum.
Volebat autem extrudere extra sacrum limen,
Miseratione tamen omisit crudelitatem, et Deus
Adjutor erat puero, ne ejiceretur domo.
Susceptum autem ipsum alit: patrem vero *ejus*
Phœbum *esse* nescit, neque matrem, *ex* qua natus est,
Et puer quoque ipse parentes *suos* non novit.
Juvenis igitur existens circa victum ex aris datum
Vagabatur ludens: ubi vero evasit in virum,
Delphi ipsum fecerunt custodem-auri ipsius Dei
Et fidelem quæstorem omnium, in templo vero
Dei vivit hucusque semper honestam vitam.
Creusa vero, quæ pepererat hunc adolescentem,
Xutho nubit tali casu:
Erat Atheniensibus et Chalcodontidis,
Qui Euboicam terram inhabitant, bellica tempestas:
Qua simul tolerata simulque ferro confecta,
Nuptiarum Creusæ dignitatem accepit,
Non indigena existens, sed ex Æolo Jovis filio
Fatus Achæus. Diu vero liberis procreandis dans operam,
Sobolis expers est, et Creusa: quamobrem
Veniunt ad hæc Apollinis oracula,
Desiderio sobolis: Apollo vero fortunam
Huc impulit, nec est oblitus *filii*, ut existimatur.
Dabit enim ingredienti templum hoc
Xutho suum ipsius filium, et natum esse
Ipsum ex illo dicet, ut veniens ad maternam domum
Agnoscatur a Creusa, ut nuptiæ Apollinis
Occultæ sint et filius habeat quæ æquum est.
Iona vero ipsum, conditorem Asiaticæ terræ,
Nomine vocari curabit per Græciam.
Sed in hos lauriferos secessus ibo,

Ut ediscam de puero quid sit statutum.
Video enim egredientem Apollinis filium
Hunc, ut portas ante templum nitidas reddat
Lauti ramis: nomen vero, quod adepturus est,
Ionem ego primus *ipsum* nomino deorum.

ION. Currus quidem splendidos quadrigarum
Sol jam per terram splendere facit,
Astra vero fugiunt hoc igne ætheris
In noctem sacram,
Parnassi vero vertices inaccessi
Illucentem mansuetum
Currum mortalibus accipiunt.
Myrrhæ vero aridæ fumus in *summa* tecta
Phœbi volat.
Mulier vero sedet *supra* sacrum tripodem
Delphica, canens Græcis oracula,
Quæ Apollo *illi* dederit.
Sed, O Delphici Phœbi ministri, *ad*
Castaliæ limpidos
Ite vortices, puroque rore
Abluti, ite *in* templum:
Osque bene ominans *et* bonum custodite,
Omniaque læta cupientibus
Oracula-consulere
Lingua fausta enunciato.
Nos vero, labores quos a puero
Laboramus usque, ramis lauri
Et sacris coronis vestibula Phœbi
Pura faciemus liquidisque solum
Guttis humidum, et greges avium,
Quæ lædunt
Sacra donaria, sagittis meis
Fugabimus: sic enim incerta matre
Et incerto patre natus, illud quod me aluit
Phœbi templum colo.
Age O recenter-virescens O (*str.*)
Ministerium pulcherrimæ lauri,
Quæ Phœbi sacrum-pavimentum
Verris sub templo
Ex hortis sacrum natum,
Ubi rores rigant sacri,
Perennem fontem
Emittentes,
Myrti sacram comam,
Qua verro solum Dei
Per totum diem cum solis ala celeri

Serviens quotidie.
O Pæan, O Pæan,
Beatus, beatus
Sis, O Latonæ fili!
Honestum certe laborem, O (*ant.*)
Phœbe, tibi ante ædem servio,
Colens oraculorum sedem:
Præclarus enim *est* iste labor mihi,
Servam manum præbere Diis,
Non mortalibus at immortalibus:
Gloriosis laboribus exerceri
Non defatigor.
Phœbus *est* mihi genitor pater:
Educantem enim *me* prædico.
Beneficum vero mihi patris nomen dico
Phœbi qui *colitur hoc* in templo.
O Pæan, O Pæan,
Beatus, beatus
Sis, O Latonæ fili!
Sed finiam labores
Lauri lactibus, ex aureis vero
Vasis projiciam terræ fontem,
Quem effundunt Castaliæ
Vortices, humidam aquam
Projiciens, purus existens a lecto.
Utinam vero sic Phœbo
Servire non desinam,
Aut desinam bona fortuna!
Eia, eia!
Veniunt jam et relinquunt
Volucres Parnassi cubilia:
Edico ne appropinquetis pinnis
Neque in aureas ædes.
Feriam te tellis, O Jovis
Præco, avium rostro curvo
Robur vincens.
Ecce ad atria alius remigat hic
Cycnus: non alio
Rubentem pedem movebis?
Nihil te cithara Phœbi
Concentrix *a meis* sagittis liberabit:
Præterage alas,
Et paludem in Deliacam defer:
Cruentabis te, nisi obtemperes,
Pulchre sonora carmina.
Eia, eia!

Quænam hæc avis nova accessit?
Num sub pinnis nidum
Ex festucis factura soboli?
Te vibratio arcebit arcuum.
Non parebis? *Hinc* discedens *in* vorticibus
Alphei liberos procrea
Aut *in* nemus Isthmium,
Ut donaria non lædantur
Et templa Phœbi.
Vereor autem vos interficere,
Quæ Deorum voces nunciatis
Hominibus: quibus vero incumbo laboribus,
Serviam Phœbo, et non desinam
Meos altores colere.
CHO. Non in Athenis numinum plenis (*str.* 1.)
Sunt ornatæ columnis aulæ
Deorum tantum, neque Agyiæi Cultus:
Verumetiam apud oraculorum-Interpretem
Latonæ filium geminarum fron-
tium viget læta oculis lux.
SE. 1. Ecce hunc aspice,
Lernæam Hydram interficit
Aureis falcibus Jovis filius:
Contemplare oculis, O Amica.
SE. 2. Video: et prope eum alius (*ant.* 1.)
Tollit ardentem facem.
SE. 1. Quisnam? An qui mea commemoratur inter pensa
Armiger Iolaus, qui
Suscipiens communes labores
Cum Jovis filio exhaurit?
SE. 2. Sed et illum specta,
Insidentem equo alato: *qui*
Ignes spirantem interficit
Tricorporem hostem.
SE. 1. Undique moveo palpebras. (*str.* 2.)
SE. 2. Considera pugnam in septis
Saxeis Gigantum.
SE. 1. Huc spectemus, amicæ.
SE. 2. Vides igitur eam quæ adversus Enceladum
Clypeum vertit Gorgoneum?
SE. 1. Video Palladem meam Deam.
SE. 2. An et fulmen utrinque candens
Impetuosum Jovis eminus-ferientibus manibus?
SE. 1. Video, hostem
Mimantem igne cremat.
SE. 2. Et Bromius alium

Imbellibus hederaceis baculis
Interficit Terræ filium Bacchus.
CHO. Te ad templum stantem alloquor, (ant. 2.)
*Estne* fas intrare pene-
tralia albo pede * *?
ION. Non *est* fas, O hospites.
CHO. Neque ex te audiero (verbum) aliquod?
ION. Quid vero cupis?
CHO. Num vere medium umbilicum
Terræ Phœbi continet templum?
ION. Ornatum sane coronis, et circa *sunt* Gorgones.
CHO. Sic etiam fama fert.
ION. Si quidem *Deo* placentam immolastis ante templum
Et aliquid *ex* Phœbo sciscitari cupitis,
Accedite ad atria, non mactatis vero
Ovibus ne in templum intrate.
CHO. Intelligo: Legem igitur Dei
Non violabimus: quæ vero *sunt* extra, oculos oblectabunt.
ION. Oculis *hæc* omnia spectate, quando enim fas *est*.
CHO. Miserunt me domini
Hos secessus Dei ut viderem.
ION. Ancillæ vero cujus familiæ vocamini?
CHO. Palladis palatia
*Sunt* sedes altrices meorum Dominorum.
De præsenti vero hæc interrogas.
ION. Generosa quædam tu, et morum indicium
Hanc speciem habet, quæcunque tandem sis, O mulier.
De homine enim plerumque judicarit
Speciem *ejus* conspicatus quis, an sit generosus.
(Age:) sed attonitum me reddidisti, tuos oculos claudens
Lacrymisque rigans generosas genas,
Postquam aspexisti Apollinis templa.
Curnam in istam solitudinem venisti, O mulier?
Ubi omnes alii, penetralia cernentes Dei,
Lætamur, hic tuus oculus lacrymas fundit.
CRE. O hospes, hoc quidem tuum non est absurdum,
Quod in admirationem veneris ob meas lacrymas:
Ego vero, contemplata hanc Apollinis sedem,
Memoriam antiquam remensa sum quandam:
Domi autem mentem habui quamvis hic essem præsens.
O miseræ mulieres! O facinora
Deorum! quid igitur? quo justitiam remittemus,
Si dominantium injuriis pereamus?
ION. Quam *ob* rem occulte despondes animum, mulier?
CRE. Nihil: Arcum remisi: cætera vero
Egoque taceo, et tu ne cures amplius.

ION. Quæ vero es? Unde terrarum venis? ex qua patria Es nata? quo nomine te vocari a nobis oportet?

CRE. Creusa quidem mihi nomen *est*, ex Erechtheo vero Nata sum, patria vero *est* Atheniensium civitas.

ION. O inclytam habitans urbem, et a generosis Educata parentibus, ut te admiror, mulier!

CRE. Hactenus, O hospes, nec ulterius felices sumus.

ION. Per Deos *dic*, verane quæ memorantur a mortalibus?

CRE. Quam rem interrogas, O hospes? scire cupio.

ION. Pater avus patris tui ex terrane ortus est?

CRE. Erichthonius quidem; sed genus me non juvat.

ION. Num et ipsum Minerva ex terra sustulit?

CRE. In virgineas manus, quamvis eum non peperisset.

ION. Tradiditne vero *eum*, sicut in pictura fingitur?

CRE. Filiabus Cecropis servandum, non conspectum.

ION. Audivi, virgines solvisse arcam deæ.

CRE. Ideo mortuæ cruentarunt patris rupem.

ION. (Age:) quid autem? Estne verum hoc, an falso rumor *circumfertur?*

CRE. Quidnam interrogas? non enim otio destituor.

ION. Pater *tuus* Erechtheus mactavitne tuas sorores?

CRE. Ausus est mactare *Virgines* victimas pro patria.

ION. Quomodo vero tu sola sororum servata es?

CRE. Infans recens-nata matris eram in ulnis.

ION. Patrem vero tuum verene hiatus terræ occultat?

CRE. Ictus tridentis Neptuni ipsum perdiderunt.

ION. Locus vero istic est nuncupatus Macræ?

CRE. Quid vero interrogas hoc? ut mihi revocasti in memoriam quiddam.

ION. Honorat illum *locum* Pythius et fulgura Pythia?

CRE. Honorat? Quid vero? O utinam nunquam illum vidissem!

ION. Quid vero? Odisti tu Deo gratissima *loca?*

CRE. Nequaquam: dedecus quoddam *admissum in illis* antris scio.

ION. Maritus vero quis te duxit Atheniensium, mulier?

CRE. Non civis, sed advena ex aliena terra.

ION. Quis? nobilem aliquem ipsum fuisse oportet.

CRE. Xuthus, ab Æolo Joveque genus trahens.

ION. Et quomodo peregrinus existens te indigenam existentem habuit?

CRE. Eubœa quædam regio Athenis est vicina.

ION. Humidis, ut aiunt, limitibus terminata?

CRE. Hanc debellavit *cum* Cecropidis communi Marte.

ION. Veniens auxiliator, deinde te duxis uxorem?

CRE. Dotem belli pugnæque præmium accipiens.

ION. Cum viro autem venis, an sola, *ad hæc* oracula?
CRE. Cum viro: *Ille* vero delubrum adiit Trophonii.
ION. Utrum spectator, an vaticinii causa?
CRE. Illiusque, Phœbique responsum unum scire cupiens.
ION. Num pro terræ frugibus venitis, an de liberis?
CRE. Sine liberis sumus, quamvis diuturnam lecti consuetudinem habentes.
ION. Nec quidquam unquam peperisti, sed sine liberis es?
CRE. Phœbus novit meam sterilitatem.
ION. O misera, quæ cæteris *in rebus* cum sis felix, *in hac* non es felix!
CRE. Tu vero quisnam es? Ut tuam matrem judicio beatam.
ION. Dei vocor servus, et sum, O mulier.
CRE. Donariumne civitatis, an ab aliquo venditus?
ION. Non scio, nisi hoc unum, Apollinis vocor.
CRE. Nos igitur, O hospes, te quoque vicissim miseramur.
ION. Ut qui nesciam, quæ me peperit, et ex quo natus sim.
CRE. Habitasne in istis templis, vel in *aliqua* domo?
ION. Ubivis *est* mihi domus, ubi me somnus occuparit.
CRE. Puerne existens *in hoc* templum venisti, an adolescens?
ION. Infantem *venisse* dicunt, qui scire putantur.
CRE. Quæ vero te lacte enutrivit ex Delphicis?
ION. Nunquam cognovi mammam: illa me aluit.
CRE. Quænam, O ærumnose? Ut laborans inveni morbum!
ION. Phœbi sacerdos, matris loco habemus.
CRE. Venisti vero ad virilem ætatem quam educationem adeptus?
ION. Aræ me aluerunt ut semper-accedens hospes.
CRE. Misera te quæ peperit, quæcunque fuerit tandem.
ION. Fortasse fui probrum alicujus mulieris.
CRE. Habesne Opes? bene enim ornatus es vestibus.
ION. Dei *donis* ornamur, cui servimus.
CRE. Non contendisti ad inquisitionem, ut invenires *tuos* parentes?
ION. Nullum enim indicium, O mulier, habeo.
CRE. (Heu:) quædam alia mulier passa est eadem cum tua matre.
ION. Quænam? Dic: si mihi operam commodaris, lætaremur.
CRE. *Illa* cujus causa veni huc, priusquam accedat maritus.
ION. Quamnam *rem* cupiens, ut *tibi* mulier inserviam?
CRE. Oraculum occultum ex Phœbo cupiens cognoscere.
ION. Dic: nos cætera procurabimus.
CRE. Audi jam *meum* sermonem.—Sed nos pudet *hæc dicere*.
ION. Ergo nihil ages: dea ignava est *verecundia*.
CRE. Quædam mea amica dicit se concubuisse cum Phœbo.
ION. An mulier cum deo? ne dixeris, O hospes.

CRE. Et puerum peperit Deo clam patre.
ION. Non est: hominis stuprum dissimulat.
CRE. *Imo* quod inquit ipsa: id etiam est passa infelix.
ION. Quid agens, siquidem deo juncta fuit?
CRE. Filium, quem peperit, exposuit foras.
ION. Hic filius expositus ubi est? aspicitne lucem?
CRE. Nemo scit: et *ob* hæc *ipsa* oraculum consulo.
ION. Si igitur non amplius superest, quomodo periit?
CRE. Putat bestias interfecisse illum miserum.
ION. Quonam indicio utens cognovit hoc?
CRE. Cum venisset *eo*, ubi eum exposuerat, non invenit iterum.
ION. Erantne aliquæ stillæ sanguinis in via?
CRE. Negat: quamvis diligenter solum pervestigavit.
ION. Quod vero tempus ab interfecto puero elapsum est?
CRE. Haberet eandem mensuram ætatis, quam tu, si viveret.
ION. Injuria-afficit *eam* Deus: mater vero *est* misera.
CRE. Nunquam deinde genuit aliam sobolem.
ION. Quid vero, si furtim sublatum Phœbus ipsum alat?
CRE. Gaudens de re communi solus, non facit juste.
ION. Heu mihi! congrua est fortuna meæ calamitati.
CRE. Et te, O hospes, existimo matrem miseram desiderare.
ION. Ne me ad dolorem, cujus obliti sumus, provoces.
CRE. Taceo: pertexe vero *illa* de quibus interrogo te.
ION. Scisne igitur, quæ pars tui laboret maxime?
CRE. Quid vero non illi miseræ laborat?
ION. Quomodo Deus, quod latere cupit, oraculo deteget?
CRE. Si quidem insidet communi tripodi Græciæ.
ION. Pudet eum hujus rei: ne exquire ab ipso.
CRE. Quæ vero passa est, ob hanc dolet.
ION. Non est, qui tibi vaticinetur ista.
In suo enim templo accusatus tanquam turpis
Phœbus juste eum qui oracula tibi redderet
Afficeret aliquo malo: discede, mulier:
Non enim Deo contraria ex oraculo quærenda sunt.
In summum enim dementiæ veniremus,
Si deos invitos cogere vellemus
Dicere quæ nolunt, aut ante aram factis
Mactationibus ovium, aut per auguria avium.
Quæ enim vi urgemus invitis Diis,
Inutilia bona, O mulier, consequimur,
Quæ vero volentes dederint, *illis* juvamur.
CHO. Multæ profecto sunt multorum mortalium calamitates:
Formæ vero *ipsarum inter se* differunt. Unam vero felicem
Vix unquam inveniet aliquis *in* hominum vitam.
CRE. O Phœbe, et illic, et hic non justus es
In illam absentem, cujus adsunt sermones.

Tu enim non servasti tuum *filium*, quem oportebat a te servari,
Nec interroganti matri, vates existens, dices,
Ut, si quidem non superest amplius, tumuletur sepulcro,
Si vero vivit, veniat matri in conspectum tandem.
Temere improba omittere decet, si a Deo
Prohibemur cognoscere, quæ volumus.
Sed, O hospes,—video enim generosum maritum
Xuthum prope accedentem hunc, Trophonii jam
Relicto Antro,—dictos sermones
Taceto apud maritum, ne quod probrum suscipiam,
Ministrans arcana, et efferatur sermo,
Non *ita*, ut nos eum explicavimus.
Conditio enim mulierum misera *est* apud viros,
Et bonæ inter malas mixtæ
Odio habemur: adeo miseræ sumus.

XU. Primum quidem Deus, meorum alloquiorum
Accipiens primitias salvus sit, tuque, O uxor.
Num sero reversus te pavore perculi?

CRE. Non; at in solicitudinem venisti: sed mihi
Dic, quodnam oraculum ex Trophonii specu feras,
Ut nobis satio liberorum succedat.

XU. Non voluit antevertere Dei
Oraculum: unum tantum dixit, me non sine liberis
Domum rediturum esse, neque etiam te, ab oraculis.

CRE. O veneranda Phœbi mater, utinam feliciter
Venerimus *huc*, utinam nostra commercia quæ antea fuerunt,
Cadant meliora in filium tuum!

XU. Fient hæc: sed quis est *hic* propheta Dei?

ION. Nos quidem quæ extra, *sunt*, interna vero alii curant,
Qui prope tripodem sedent, hospes,
Optimates Delphorum, quos legit sors.

XU. Recte est: habeo igitur omnia, quæ cupiebamus.
Ibo intro: etenim, ut ego audio,
Per sortem cecidit advenis oraculum
Commune ante templum: volumus die
Hac, fausta enim *est*, dei capere oracula.
Tu vero circa aras, O mulier, laureos
Accipiens ramos, pete a Diis, ut prole-felix
Oraculum ego referam ex templo Apollinis.

CRE. Erunt hæc, erunt: si velit autem Apollo
Nunc saltem priora sanare peccata,
Non totus quidem erga nos erit amicus,
Quantum vero vult, est enim Deus, accipiam.

ION. Quid vero verbis hæc hospita in Deum

Tectis semper convicia jactans obscure significat?
An amans pro qua consulit oraculum,
An etiam tacens aliquid *eorum*, quæ taceri convenit?
Sed filia hæc Erechthei quid mihi
Curæ est? nulla autem est cognatio. Quin aureis
Gutturniis, profectus ad aspersoria,
Asperginem emittam. Sed castigandus mihi
Phœbus, quid patiens, virgines per vim comprimens,
Prodat, et liberos suscipiens clam
Morientes negligit. Ne tu hæc facias, sed quando *rerum* es dominus,
Cole virtutem. Etenim, quisquis mortalium
Improbus est, *illum* dii puniunt.
Quomodo igitur æquum *est* vos, qui leges mortalibus
Scripsistis ipsos injustitiæ reos esse?
Si vero (non enim erit, sed utar *sermone*,)
Pœnas dabitis hominibus violentorum connubiorum,
Tu, et Neptunus, et Jupiter, qui in cœlo dominatur,
Templa vacua reddetis stupra luentes.
Voluptates enim ante modestiam
Studiose sectantes, injuste facitis. Non amplius homines
Accusare justum *est*, si Deorum vitia
Imitamur, sed eos qui docent hæc.

CHO. Te, partuum obstetrix et (*str.*)
Lucinæ expertem adhuc, meam
Minervam obsecro,
Quæ a Prometheo Titane in lucem pro-
ducta es in summis
Verticibus Jovis: O veneranda Victoria,
Veni *ad* Pythicam domum,
Olympi *ex* aureis thalamis
Volitans ad plateas,
Ubi Phœbeia terræ
Domus in medio sita
Circumsaltata tripode
Oracula perfecta reddit,
Tu et Latonæ filia *Diana*
Duæ deæ, duæ virgines
Castæ sorores Phœbi.
Supplicatæ jam, O virgines,
Ut antiquum Erechthei
Genus seram fœcunditatem puris
Oraculis consequatur.
Eximias enim præbet (*ant.*)
Mortalibus felicitates
Certum præsidium,

Liberorum quibus fœcundæ
Accendunt in thalamis
Patriis floridæ juventutes,
Hæreditarias divitias
Tradituros porro ex parentibus
Aliis adhuc liberis:
Præsidium enim in adversis
Et in prosperis oblectatio,
Armisque solo patrio fert
Salutarem opem.
Mihi quidem et præ divitiis
Et regiis thalamis fuerint
Educationes sedulæ bonorum liberorum.
Odi vero orbam
Vitam: et si cui placet, *hunc* reprehendo:
Cum mediocribus vero facultatibus vitam
Prole-felicem habeam.
O sedes Panis et (*epod.*)
Vicina petra
Cavernosis Macris,
Ubi choreæ pulsant pedibus
Agrauli triplices puellæ
Viridia stadia ante Palladis
Templa, fistula
Modulatorum ad varios modos hymnorum,
Quando vespertinus fistula-canis,
O Pan, tuis in antris,
Ubi pariens quædam
Virgo—O misera! infantem Phœbo
Exposuit epulam volucribus
Et feris cruentam dapem, exorsi connubii
Probrum. Nec inter radios textorios, nec cantilenis
Famam audivi, felicitatis esse participes
Liberos a Diis genitos mortalibus.

ION. Ancillæ, quæ circa basim hujus templi
Sacri custodiam habentes dominum *Xuthum* observatis,
Reliquitne jam sacrum tripodem et oraculum
Xuthus, an manet in æde interrogans de orbitate?

CHO. Intus est, O hospes: nondum egressus est ex hac domo.
Sed tanquam jam egrediatur, harum portarum audimus
Strepitum, atque adeo exeuntem jam dominum videre licet.

XU. O fili, salve: nam hoc exordium loquendi mihi convenit.

ION. Salvi sumus: at tu sapiens esto, tumque ambo bene agemus.

XU. Da manus tuæ mihi osculum et complexum corporis.

ION. Sanusne es, an, O hospes, vertit te in furorem aliqua Dei noxa?

XU. Sanus sum, charissima nactus si cupio contingere.

ION. Desine, ne *me* contractans Dei coronas rumpas manu.

XU. Contingam, neque vi abduco, sed invenio quod mihi est charissimum.

ION. Non recedes *a me*, priusquam intra pulmones *tuos meas* sagittas recipias?

XU. Quare vero fugis me, cum agnoscas tua charissima?

ION. Quia amo ad sanitatem revocare ineptos et insanos hospites.

XU. Interfice, et crema: patris enim tu, si *me* occideris, eris infector.

ION. Quomodo vero tu mihi pater *es?* hoc igitur an non ridendum mihi auditu?

XU. Non: velox oratio minime poterit significare tibi meas *res*.

ION. Et quod mihi dicturus es? XU. Ego sum tuus pater, et tu meus filius.

ION. Quid dixit hæc? XU. Apollo, qui te aluit meum existentem.

ION. Dicis tibi ipsi testimonium. XU. Imo vero Dei oraculis auditis.

ION. Deceptus es audito ænigmate. XU. Non ergo recte audimus?

ION. Quis igitur fuit sermo Phœbi? XU. Eum qui obviam mihi venisset—

ION. *In* quo occursu? XU. Exeunti ex hoc templo Dei—

ION. Quid futurum ut illi accidat? XU. Meum esse filium.

ION. Ex te natum, an donum simpliciter? XU. Donum, natum tamen ex me.

ION. Primum ergo mihi gressum tuum adjungis? XU. Non alii, O fili.

ION. Undenam venit hæc fortuna? XU. Uterque miramur eandem *fortunam*.

ION. Age: ex qua vero matre tibi natus sum? XU. Dicere non possum.

ION. Neque Phœbus dixit? XU. Delectatus hoc, illud non interrogavi.

ION. Ex terra igitur matre sum natus. XU. Terra non gignit liberos.

ION. Quomodo igitur essem tuus? XU. Nescio, ad deum autem refero.

ION. Age, attingamus alios sermones. XU. Hoc *erit* melius, O fili.

ION. Venistine in illegitimum aliquem thorum? XU. Stultitia juventutis.

ION. Priusquam duceres filiam Erechthei? XU. Non enim postea unquam.

ION. An igitur tunc me genuisti? XU. Convenit tempus.

ION. Quomodo vero huc venimus? XU. Quoad hæc ignarus hæreo.

ION. Per longum profectus iter? XU. Et hoc me incertum animi facit.

ION. Venistine prius ad Pythiam *oraculi* rupem? XU. Ad festa Bacchi.

ION. Apud quem vero hospitum divertisti? XU. Qui me Delphicis Puellis—

ION. Sodalem adscivit, aut quomodo hæc dicis? XU. Mænadibusque Bacchi—

ION. Sobrium, an ebrium existentem? NUM. Bacchi *captum* voluptate—

ION. Secundum hoc tibi tunc sati sumus. XU. Fatum te invenit, O fili.

ION. Quomodo vero in hæc templa venimus? XU. Fortasse expositus a puella.

ION. Effugi igitur conditionem servilem. XU. Patrem nunc accipe, O Fili.

ION. Non convenit igitur non obsequi deo. XU. Recte profecto sentis.

ION. Quid igitur præterea volumus aliud?—XU. Nunc vides, quæ convenit te videre.

ION. Quam Jovis filii filium *me* esse? XU. Quod tibi quidem accidit.

ION. An igitur attingam illos, qui me genuerunt? XU. Obtemperans deo.

ION. Salve mihi, O pater. XU. Gratam certe compellationem hanc accipio.

ION. Et hodierna dies.— XU. Beatum me fecit.

ION. O chara mater, nunquid aliquando tuum aspiciam corpus?
Nunc magis cupio te videre, quam antea, quæcunque tandem sis.
Sed fortasse mortua es, et nos ne nunc quidem possimus.

CHO. Communes quidem nobis *sunt* domorum felicitates:
Tamen etiam dominam prole felicem esse
Optarim et Erechthei familiam.

XU. O fili, quoad tuam inventionem deus
Recte decrevit, et junxit te mihi,
Tuque vicissim charissima invenisti, nesciens antea.
*Ad* quod autem incitatus es, *ad* hoc ipsum me quoque fert desiderium,
Ut et Tu, O fili, invenias matrem tuam,
Et ego, ex qua mihi muliere natus sis.

Tempori vero permittentes hæc, *eam* fortasse inveniemus.
Verum, relinquens dei templum et tuum exilium,
Athenas eas eodem cum patre animo utens,
Ubi te beatum sceptrum expectat patris,
Et magnæ opes: neque, utrovis incommodo laborans
Ex duobus, vocaberis ignobilis pauperque simul,
Sed nobilis et amplarum dives opum.
Taces? cur in terram dejectos oculos habes,
Et ad cogitandum convertis te, et ex lætitia
Iterum mutatus, metum injicis patri?

ION. Non eadem species videtur *esse* rerum,
Quæ procul sunt et quæ ex propinquo spatio spectantur.
Ego certe hanc fortunam libens amplector,
Quod te patrem invenerim: De quibus vero cogitem,
Audi. Dicunt indigenas esse
Inclytas Athenas, nec aliunde adductum genus,
Quo incidam duobus morbis laborans,
Patre inquilino *natus*, et ipse nothus existens.
Et hoc habens probrum, infirmus quidem manens,
Et nihil movens nullius pretii vir vocabor:
Si vero in primum civitatis ordinem properans
Aliquid esse contendam, a tenuioribus quidem
Odio habebimur: odiosa enim *sunt* potentiora,
Qui vero boni existentes et sapientiæ capaces
Tacent, nec ad negotia properant,
Risum inter ipsos, stultique nomen consequar,
Qui non quiescam in civitate calumniæ plena.
Rursus vero clarorum, et Rempublicam administrantium *virorum*
Ad dignitatem si ascendam, magis observabor
Suffragiis. Sic enim hæc *accidere* solent, O pater:
Qui respublicas et dignitates tenent,
Æmulis sunt infestissimi.
Veniens vero in domum alienam, advena existens,
Et ad mulierem non habentem liberos, quæ socia cum *fuerit*
Tuæ calamitatis prius, frustrata nunc sua spe,
Ipsa apud se casum hunc acerbe feret—
Quomodo ei non invisus ero,
Quando assistam quidem ad pedem tuum,
Illa vero, sine liberis existens, tuas *res* charas acerbe intuebitur,
Deinde aut tu me negligens respicies tuam uxorem,
Aut *res* meas honorans, domum vero confundens habebis?
Quotcunque neces et venenorum letalium
Mulieres invenerunt viris exitia!

Præterea etiam tuam conjugem miseror, pater,
Absque liberis senescentem: non enim *est* digna,
Quæ prole careat, cum sit bonis parentibus prognata.
Regni vero frustra laudati
Species quidem externa grata *est*, interiora vero
*Sunt* tristia: quis enim beatus, quis felix *est*,
Qui *semper* metuens et circumspiciens vim
Degit vitam? privatus igitur fortunatus
Vivere malim, quam princeps existens,
Cui voluptas *est* improbos habere amicos,
Et *qui* bonos odit, metuens ne moriatur.
*Sed* fortasse dices, quod aurum hæc superat,
Et dulce *est* habere divitias: non amo audire opprobria,
In manibus servans divitias, neque habere labores.
Sit mihi vivere mediocriter sine tristitia.
Quæ vero hic habuerim bona, audi, pater:
Primum quidem gratissimum hominibus otium,
Turbamque mediocrem; neque me deturbavit de via
Improbus quisnam: illud autem non tolerabile,
Cedere de via, et locum dare deterioribus.
In deorum vero precibus aut sermonibus vitam agebam hominum
Inserviens curis, *ipse* non expertus.
Et alios quidem demittebam, alii vero veniebant hospites,
Itaque jucundus semper eram, novis ipse novus existens.
Quod vero optandum est hominibus, etiam nolentibus,
Justum me et lex et natura simul
Deo præbuit. Hæc cogitans mecum,
Meliora existimo quæ hic *sunt*, quam quæ illic, pater.
Sinas igitur me mihi vivere: æqualis enim est gratia,
Magnis gaudere, parvisque jucunde frui.
CHO. Recte dixisti, si modo *illi*, quos ego amo,
His tuis verbis felices sint futuri.
XU. Mitte hos sermones, et felix esse disce:
Volo enim *ibi*, ubi te inveni, auspicium facere, fili,
Communis mensæ convivium ad commune veniens,
Sacrificioque facto, tua natalia celebrare quæ prius non celebravimus,
Nunc autem te sicut hospitem ducens domesticum,
Exhilarabo convivio: et Atticæ terræ
Ducam velut spectatorem, tanquam non existentem meum *filium*.
Meam enim conjugem non volo
Tristitia-afficere existentem sterilem, cum ipse sim felix.
Tempore vero occasionem accipiens adducam

Conjugem, ut sinat te habere mea sceptra terræ.
Ionem vero nomino te, *nomine* fortunæ conveniente,
Eo quod egredienti mihi ex templo Dei
Tu primus occurristi. Quare amicorum
Cœtum congregans, jucundo sacrificio
Saluta, relicturus Delphicam civitatem.
Vobis vero, ancillæ, edico ut taceatis hæc,
Aut si uxori meæ dixeritis *denuncio* mortem.

ION. Proficiscar ego: sed unum mihi ad fortunam deest:
Nisi enim inveniam, quæ me peperit, pater,
Insuavis vita nobis *erit:* Si *quid* vero votis est expetendum,
Utinam sit Attica mulier quæ me peperit,
Ut mihi sit a matre libertas loquendi.
Si quis enim hospes inciderit in puram civitatem,
Quanquam nomine civis sit, tamen os
Servile obtinet, et non habet loquendi libertatem.'

CHO. Video quidem lacrymas et lugubria (*str.*)
Alia luctuum exordia,
Quando mea domina sobolem
Maritum *suum* habere sciet,
Ipsa vero sterilis fuerit et carens liberis.
O fili Latonæ Vaticine, quod tu
Oraculum edidisti?
Unde adolescens iste circa tua templa
Nutritus adolevit, ex qua muliere *natus?*
Non enim mihi arrident oracula,
Ne quem habeant dolum.
Metuo casum *hunc,*
Quorsum sit evasurus
Absurdus: absurda enim denunciat mihi,
Narranti vero auspicata.
Habet vero opes et felicitatem hic puer
Ab alio nutritus sanguine.
Quis non his assentietur?
O amicæ, utrum meæ dominæ hæc aperte (*ant.*)
In aurem clara voce dicemus,
De marito, in quo omnia habens *reposita* spei
Particeps erat misera?
Nunc enim illa quidem obruitur malis, hic vero felix est,
Ad canam senectam perveniens, maritus vero
Ab amicis non emollitur.
Miser, qui veniens externus in domus
Magnas opes non servavit felicem.
Pereat, pereat *ille* qui dominam
Decepit meam:

Et diis nunquam
Læta-flamma-consumptam placentam
In igne consecret: meam vero sciet utique
Regni, regni
* * * amica.
Nempe jam accedens ad convivium vadit
Filius et pater novus novorum,
Ubi juga Parnassi rupis (*epod.*)
Speculam pro termino habent aeriasque sedes,
Ubi Bacchus, ardentes tollens tæ-
das, celeriter sa-
lit noctivagis una cum Bacchis.
Utinam hic puer nunquam venit in meam civitatem,
Forte moriatur relinquens ætatem juvenilem!
Gemens enim civitas haberet prætextum
Peregrini invectionem.
Sufficit sufficit cujus princeps fuit
Ille olim rex Erechtheus.

CRE. O senex pædagoge Erechthei, patris
Mei quondam existentis, dum esset adhuc in *hac* luce,
Attolle teipsum ad Dei oracula,
Ut mecum læteris, si quod Apollo Rex
Oraculum de liberorum genitura dixerit:
Cum amicis enim dulce *est* esse fortunatum,
Contra vero si quid acciderit mali, quod absit,
Dulce *est* intueri in oculos hominis benevoli.
Ego enim te, ut tu quoque olim meum patrem,
Quamvis domina sim, colo patris loco.

SEN. O filia, dignos claris majoribus
Mores servas, neque dedecoras
Tuos, antiquis ex majoribus Aboriginibus.
Trahe, trahe *me* ad ædes et duc me.
Ardua enim mihi vaticinas: senectutis autem
Adjuvans pedem sis mihi medica.

CRE. Sequere nunc: observaque vestigium, ubi ponas.

SEN. (Ecce!) pes quidem tardus, animus vero promptus.

CRE. Baculo innitere in flexuosum iter terræ.

SEN. Et hoc cæcum *est*, quando exiliter ego video.

CRE. Recte dixisti: sed ne fatiscas lassitudine.

SEN. Non quidem volens, sed quod abest non possideo.

CRE. Mulieres, meæ telæ et radii
Fidæ ancillæ, quam fortunam adeptus maritus
De liberis abiit, quorum gratia *huc* venimus?
Dicite mihi: si enim bona mihi significatis,
Non in *ingratos* dominos conferes lætitiam.

CHO. O fortuna!

CRE. Hoc procemium orationis profecto non *est* felix.
CHO. O miseram!
Num quid vero ex oraculis dominorum mali patior?
Esto: quid agemus *de rebus*, de quibus mors *nobis* proposita *est?*
CRE. Quænam *est* ista cantilena? et de quibus hic metus *est?*
CHO. Dicemus, an tacebimus, aut quid agemus?
CRE. Dicito; quippe habes aliquid triste de me.
CHO. Dicetur, etiamsi bis mihi moriendum sit.
Non licet tibi, domina, in ulnas capere
Liberos, neque uberibus tuis applicare unquam.
SEN. Hei mihi, utinam morerer, filia! CRE. O me miseram!
Accepi calamitates, patior onus intolerabile,
Vitam, O Amicæ.
SEN. Periimus, O filia.
CRE. Væ væ væ væ!
Penetrans dolor sauciavit me in-
tra pulmones hosce.
SEN. Nondum ingemiscas— CRE. Verum adsunt luctus.
SEN. Priusquam discamus— CRE. Quem nuncium mihi loqueris?
SEN. An eadem patiens dominus miseriæ
Particeps sit *ejusdem*, an tu sola calamitosa sis.
CHO. Illi-quidem, O senex, Filium Apollo
Dedit, seorsim vero beatus est sine hac.
CRE. Hoc vero summum malum supra illud locuta es, locuta es,
Dolorem mihi lugendum.
SEN. Utrum vero nasci oportet ex aliqua muliere
Filium, de quo dixisti, an jam natum vaticinatus est?
CHO. Jam natum, *et* perfectum adolescentem
Dedit ipsi Phœbus: aderam autem ego.
CRE. Quid ais?
Infandam, infandam, non dicendam rem mihi narras.
SEN. Et mihi. CRE. Quomodo vero oraculum ad finem perducitur?
Clarius mihi dicito, et quis sit hic puer.
CHO. Cui venisset obviam, ex Dei *templo* egressus,
Primo maritus tuus, *hunc* ipsi filium dedit Deus.
CRE. Otototoi!
Quod ad me attinet prolis expertem, prolis expertem prehendit execratio vitam, *inque* solitu-
dine orbas domos habitabo.
Quis igitur significatus est oraculo? cuinam occurrit
Maritus *mei* miseræ? Quomodo, ubinam ipsum aspiciens?
CHO. Nosti, chara domina, adolescentem illum,

Qui hoc verrebat templum? iste est ille filius.
CRE. Utinam volitem per humidum
Aerem ultra Græcam terram,
Stellas *ad* Hesperias,
Qualem qualem patior dolorem!
Quo vero nomine ipsum nominavit pater,
Nosti, an silentio hoc incertum manet?
CHO. Ionis, quoniam primus obviam venit patri.
SEN. Matre vero ex qua est? CHO. Non possum dicere.
Sed abiit, ut omnia scias quæ ego scio, senex,
Pro filio sacrificaturus xenia et genethlia,
In sacris Tabernaculis clam hacce maritus,
Communiter celebraturus epulum cum filio.
SEN. Domina, proditi sumus—tecum enim doleo—
A tuo viro, et consulto
Injuria-afficimur, et domo Erechthei
Ejicimur. Et hoc tuum non odio prosequens maritum
Dico, sed quod te magis, quam illum, amo,
Qui cum duxisset te veniens hospes in civitatem
Et domum, et totam-hæreditatem tuam accipiens,
Ex alia muliere pueros procreans
Clam deprehenditur: quomodo vero clam, ego dicam:
Postquam te sensit esse sterilem, non sat habuit tibi
Similis esse, et fortunæ parem *conditionem* ferre,
Sed adjungens sibi aliquam servam, clam congressus,
Hunc puerum genuit, ablegatum vero peregre alicui
Delphorum tradidit educandum: hic vero in Dei
Templo dimissus educatur, ut latitaret.
Ut vero sensit adolescentem adolevisse,
Persuasit tibi ut venires huc sterilitatis gratia.
Et Deus non mentitus est, iste vero est mentitus,
Jam olim alens *hic suum* filium, et nexuit dolos
Tales: deprehensus enim consecravit eum Deo,
Latens vero, et tempus sibi fore sperans adjumento,
Imperium terræ ei tradere decrevit.
Novumque nomen per otium fictum,
Ion, quod scilicet occurrit eunti.
Hei mihi, ut semper odi viros improbos,
Qui componentes *facinora* injusta, deinde commentis
Adornant! simplicem *at* probum habere amicum
Magis velim, quam astutum, *et* improbum.
Et horum omnium extremum patieris malum,
Ut eum qui matrem suam ignorat, qui in nullo numero est, qui ex aliqua serva
Muliere natus est, dominum in tuam domum ducas.

Simplex enim esset hoc malum, si aliqua nobili *suspectum*
Matre, te persuasa, tuam causatus sterilitatem,
In *tuis* ædibus collocasset: si vero hoc tibi fuisset acerbum,
Oportebat ipsum appetere nuptias inter Æolidas.
Exinde oportet te jam aliquod muliebre *facinus* facere:
Aut enim correpto gladio, aut dolo aliquo,
Aut venenis, tuum interficere maritum
Et filium, priusquam tibi mors ab illis eveniat.
Si enim in hoc fueris ignava, amittes vitam:
Duobus enim hostibus in unam domum venientibus,
Aut alterum oportet esse infortunatum, aut alterum.
Ego certe tecum laborem suscipere volo,
Et simul interficere filium, ingressus ædes,
Ubi convivium apparat, et præmia-nutricationis dominis
Reddens et mori, et salvis lucem aspicere.
Una enim res adfert servis dedecus,
Nomen: in cæteris enim omnibus liberis
Nullus servus *est* deterior, qui bonus fuerit.

CHO. Et ego, chara domina, calamitatem volo
Partiens tecum, aut mori, aut vivere honeste.

CRE. O anima, tacebo?
Quomodo autem clandestinos aperiam
Concubitus, pudoremne exuam?
Quod enim impedimentum obstat mihi amplius?
Cum quo in virtutis certamen descendimus?
Nonne maritus nostri proditor est?
Privor autem domo, privor et liberis,
Omnes etiam spes perierunt, quas disponere
Cupiens recte non potui,
Tacens concubitum,
Tacens partum valde-deplorandum.
Sed non, *per* solium sidereum Jovis
Et *non per* Deam habitantem supra meos scopulos,
Et *non per* paludis aquosæ Tritonidos
Sacrum littus,
Non amplius occultabo concubitum, ut pectore
Amovens levior sim.
Stillant meæ pupillæ lacrymis,
Et anima dolet, malis-insidiis-petita
Et ab hominibus et a Diis,
Quos demonstrabo
Ingratos proditores lectorum.
O septem fidibus-instructæ ludens
Citharæ vocem, quæ agrestibus
Musarum hymnos clare sonantes,
Cornibus inanimatis sonat

Tibi, O fili Latonæ, reprehensionem
Coram hac luce dicam.
Venisti mihi auro comam (*strophe.*)
Fulgens, quando in sinus
Crocea *florum* folia vestibus decerpebam
Ornamentum auri splendorem æmulans:
Candidis autem inhærens fructibus
Manuum in antri cubilia
Clamorem me, O mater, clamantem
Deus stuprator
Veneri gratificans,
Ducebas impudenter.
Ego vero infelix pario tibi (*ant.*)
Filium, quem metu matris
In antrum projeci tuum,
Ubi me *tuis* lectis miseram miseris
Junxisti infelicem.
Hei mihi mihi! Et nunc periit
A volucribus direptus esca
Meus (et) tuus miser filius * *
* * *
Tu vero interim cithara clangis
Pæanas canens.
Ohe! *Te filium* Latonæ alloquor, (*epod.*)
Qui oracula per sortes *edis*,
Super aurea sedilia et *in*
Terræ mediis sedibus:
*Tibi* vocem in aurem sonabo:
Heu! improbe concubitor,
Qui meo quidem marito
Cum beneficium nullum *ab eo* prius acceperis,
Filium in ædes deducendum dedisti:
Meus vero et tuus filius ignotus
Periit abreptus a volucribus
Proprias fascias matris
Cruentans.
Odio habeat te Delus et lauri
Rami juxta palmam molli-coma-præditam,
Ubi fœtum venerandum suscepit
Te Latona divinis manibus.

CHO. Hei mihi, quam magnus thesaurus aperitur
Malorum, propter quæ quilibet emitteret lacrymas!

SEN. O filia, non possum satiari intuens tuam
Faciem, extraque mentem meam sum.
Exhaurientem enim *me* nunc fluctum malorum animo,
A puppi obruit me alius *fluctus* a tuis verbis,

Quando oblita præsentium malorum
Transiisti ad novas vias aliorum malorum.
Quid ais? Cujus criminis Phœbum insimulas?
Qualem puerum ais te peperisse? quo loco urbis potuisse
Bestiis gratum epulum? redeas huc mihi.
CRE. Pudet quidem me ob te, O senex, sed tamen dicam.
SEN. Quippe scio generose una dolere cum amicis.
CRE. Audi igitur: novisti Cecropiæ rupis
Septentrionale antrum, quas Macras vocamus?
SEN. Scio, ubi *est* sacellum Panis et ara prope.
CRE. Ibi certamen triste decertavimus.
SEN. Quod? ut occurrunt mihi lacrymæ propter tua verba.
CRE. Cum Phœbo conjunxi invita infaustum connubium.
SEN. O filia, num erant illa, quæ ego senseram?
CRE. Nescio: sed si vera dicis, vera fatebimur.
SEN. Quando gemebas clam arcanum morbum?
CRE. Hoc erat malum, quod nunc tibi aperte dico.
SEN. Deinde vero quomodo celasti Apollinis nuptias?
CRE. Peperi: patienter hæc ex me audi, O senex.
SEN. Ubi? Quænam tibi obstetricis officium præstitit? an sola laborem hunc tulisti?
CRE. Sola in antro, ubi compressa sum.
SEN. Puer vero ubi est? ut tu non sis amplius sine liberis.
CRE. Mortuus est, O senex, expositus feris.
SEN. Mortuus est? Apollo vero malus *tibi* nullam opem tulit?
CRE. Nullam opem tulit, sed is in ædibus Plutonis alitur.
SEN. Quis vero *feris* ipsum exposuit? non enim tu saltem.
CRE. Nos *nocte* sub obscura involventes peplis.
SEN. Nemo conscius tibi est expositionis filii?
CRE. Ipsa calamitas, et ipsum tantum secretum.
SEN. Et quomodo in antro filium tuum relinquere ausa es?
CRE. Quomodo nam? Multis miserandis verbis ore prolatis.
SEN. (Eheu!) O tu ferrea ob audaciam, deus autem durior *est* quam tu.
CRE. Si puerum vidisses manum porrigentem mihi—
SEN. Utrum expetentem ubera, an in ulnas *tuas* venire?
CRE. Illuc, ubi quod non mansit, injusta patiebatur a me.
SEN. Tibi vero quare venit in mentem exponere filium?
CRE. Tanquam Deus servaturus esset suam sobolem.
SEN. Hei mihi! ut felicitas tuæ domus agitatur fluctibus!
CRE. Quid obvoluto capite, O senex, fundis lacrymas?
SEN. Te, et patrem tuum videns agitatos tristibus casibus.
CRE. Res mortalium hujusmodi *sunt:* nihil in eodem *statu* permanet.
SEN. Ne nunc amplius, O filia, lamentis immoremur.

CRE. Quid enim me oportet facere? Infelicitas enim *habet* inopiam-consilii.

SEN. Ipsum primum qui te injuria affecit ulciscere deum.

CRE. Et quomodo potentiora *numina* mortalis existens superabo?

SEN. Incende veneranda Phœbi templa.

CRE. Metuo: et nunc quidem satis miseriarum habeo.

SEN. Ausis igitur possibilia, interficere tuum maritum.

CRE. Revereor conjugium quod habuimus, cum esset bonus.

SEN. Nunc igitur saltem puerum contra te ortum.

CRE. Quomodo? si enim esset possibile? quam vellem.

SEN. Armans tuos satellites gladiis.

CRE. Vadam; verum ubi fiet hoc?

SEN. In sacris tabernaculis, ubi excipit-convivio amicos.

CRE. Apertum quid *est* cædes, et servi infirmum.

SEN. Hei mihi! Timida facta es. Eja *igitur* tu nunc aliquod ini consilium.

CRE. Atqui habeo dolosa et efficacia.

SEN. Ero minister hujus utriusque *rei* ego.

CRE. Audi igitur: novisti pugnam terrigenarum?

SEN. Novi, quam commiserunt *in* Phlegra Gigantes cum diis.

CRE. Ibi Terra edidit Gorgonem, terribile monstrum.

SEN. Num suis filius Gigantibus sociam, deorum laborem?

CRE. Etiam: et eam interfecit Jovis filia, Pallas dea.

SEN. Quam vero formæ truculentæ figuram habebat?

CRE. Thoracem spiris viperæ armatum.

SEN. Num hæc est fabula, quam audivi olim?

CRE. Hujus pelle Minervam pectus munitum habere.

SEN. Quam Ægidem nominant, Palladis armaturam?

CRE. Hoc adepta est nomen, quando venit in pugnam deorum.

SEN. Hoc igitur, filia, quid damnum tuis hostibus?

CRE. Erichthonium nosti? aut qui non nosti senex?

SEN. Quem primum vestrum progenitorem submisit tellus?

CRE. Huic dat Pallas edito recenter——

SEN. Quid? tardum enim quoddam profers verbum.

CRE. Geminas guttas sanguinis a Gorgone.

SEN. Quam vim habentes erga hominis naturam?

CRE. Aliam quidem mortiferam, aliam vero curatricem morborum.

SEN. In quo? num appendens circa infantem vasculum?

CRE. Aureis ligamentis: hic autem dedit meo patri.

SEN. Illo vero mortuo ad te pervenit?

CRE. Etiam: et ego illud in manus commissura fero.

SEN. Quomodo igitur se habet geminum donum deæ?

CRE. Qui sanguis quidem stillavit ex cava vena—

SEN. In quem usum hac utimini, quam vim habet?
CRE. Arcet morbos et habet alimenta vitæ.
SEN. Altera vero species, quam dicis, quid facit?
CRE. Interficit, venenum existens draconum Gorgonum.
SEN. In unumne commixtum istum cruorem circumfers?
CRE. Seorsim: cum malo enim bonum non miscetur.
SEN. O charissima filia, omnia habes, quibus est tibi opus.
CRE. Hoc morietur puer *Ion:* tu vero interfector eris.
SEN. Ubi? et quid faciens? tuum est, imperare, meum vero obsequi.
CRE. Athenis, domum cum venerit meam.
SEN. Non recte hoc dixisti: nam et tu meum *consilium* vituperas.
CRE. Quomodo igitur? suspicaris, quod etiam mihi in mentem venit?
SEN. Tu filium videberis interfecisse, etiamsi non interfeceris.
CRE. Recte: dicunt enim Novercas invidere privignis.
SEN. Hic ipsum interfice itaque, ut negare-possis cædem.
CRE. Anticipo certe tempore voluptatem.
SEN. Et tuum ulcisceris maritum, quæ te studet pati.
CRE. Scis igitur, quid facias? ex mea manu accipe
Aureum opus hocce Palladis, vetus vasculum.
Proficiscaris, ubi nobis clam sacrificat maritus,
Cumque cœnæ finem fecerint et libamina diis
Volent libare, habens hoc in veste,
Dimitte conjiciens in poculum adolescentis,
Privatim vero, non tu omnibus, separans potum
Illi qui futurus est dominus meæ domus.
Et si modo transierit guttur, nunquam veniet
Ad inclytas Athenas, sed mortuus hic manebit.
SEN. Tu quidem mitte pedem intra domum hospitum:
Nos vero, id faciemus, ad quod ordinati sumus.
Age, O senilis pes, juvenis fias
Factis, etiamsi tempore non possis.
Hostilem autem ad virum perge cum dominis,
Et simul interfice, et simul eum tolle ex ædibus.
In rebus enim secundis bene se habet pietatem
Colere, quando vero hostibus nocere
Aliquis vult, nulla lex obstat.
CHO. O Trivia filia Cereris, quæ (*str.* 1.)
Nocturnis insultibus dominaris
Et diurnis, ducito
Tristem-ferentium-mortem poculorum plenitudinem *ad eos*, contra quos mittit
Veneranda, veneranda mea *domina*
Terrigenæ Gorgonis gutturis secti

Ex guttis
Adversus *illum*, qui Erechthidarum
Invadit familiam:
Nec unquam alius ex aliena familia
Imperet urbi
Præter nobiles Erechthidas.
Si vero mors imperfecta conatusque domi- (*ant.* 1.)
næ, et successus incepto defuerit,
Ut nunc se habet opinio nostra, vel acu-
tum gladium, vel pudibunda in-
nectet laqueum circa collum suum,
Perturbationibus autem perturbationes fini-
ens, ad simplex vitæ
Odium deveniet:
Non enim *sua* domus alios
Dominos alienigenas
Vivens unquam oculorum in lucidis
Tolerabit splendoribus
Quæ ex nobili familia nata *est*.
Pudet me propter hymnis-celeberrimum *Bacchum* (*str*. 2.)
Deum, si circa fontes a pulchris choris frequentatos
Facem spectatricem Eicadum
Sit visurus nocturnus ignobilis existens,
Quando et Jovis stellatus
Choris celebrat æther,
Choris vero Luna
Et quinquaginta filiæ
Nerei, quæ in Ponto
Perenniumque fluviorum
*In* gurgitibus educantur
Aurea corona decoram *Proserpinam*,
Et matrem venerandam;
Ubi sperat se regnaturum,
Et aliorum labore parta occupaturum,
Phœbeius erro.
Videte, quotquot maledicis (*ant.* 2.)
Musam dimittentes canitis hymnis
Nostros thalamos et congressus
Veneris illegitimos impios,
Quantum pietate superemus
Injustam libidinem virorum.
Contrarium jam carmen
Et Musa in viros eat
Maledicum de thoris.
Ostendit enim ille ex Jovis
Filiis *natus* ingratitudinem,

Non communem liberorum sortem
Domui procurans
Cum domina: ad Venerem vero
Aliam animum applicans
Spurium filium adeptus est.
FAM. Inclytæ mulieres, ubi filiam Erechthei
Dominam invenero? passim enim per urbem
Quærens eam ivi, nec possum eam invenire.
CHO. Quid hoc rei est, O conserve? quæ festinatio
Pedum habet te, et quos sermones adfers?
FAM. Investigamur: et magistratus indigenæ
Quærunt eam, ut moriatur lapidata.
CHO. Hei mihi, quid dicis! anne deprehensæ sumus
Molientes clandestinam cædem puero?
FAM. Deprehensi sumus scito te in extremis malis versari.
CHO. Quomodo vero detecta sunt arcana consilia?
FAM. Injustum inferius Justitia
Effecit deus, nolens eam pollui.
CHO. Quomodo? supplicans rogo, ut dicas ista.
Cum enim audiverimus, sive oporteat nos mori,
Sive videre *solis* lumen, libentius moriemur.
FAM. Postquam abiit oraculo dei relicto
Maritus Creusæ, filium novum secum ducens,
Ad convivium et sacrificia, quæ parabat diis,
Xuthus quidem abiit *illuc*, ubi ignis emicat dei
Bacchius, ut cæsarum victimarum sanguine Bacchi saxa
Rigaret gemina pro agnitione filii,
Præfatus: Tu quidem, O fili, nunc manens circularia
Tabernacula statue fabrorum operis.
Postquam autem sacrificavere genitalibus diis si diutius *hinc*
Abfuero, epulæ *præbeantur* præsentibus amicis.
Acceptis vero vitulis abiit, adolescens vero
Religiose ambitus tabernaculorum carentes-parietibus
Erectis columnis erigebat solis flammæ,
Diligenter cavens, ne vel ad medios ictus,
Vel contra ad occiduos, radios spectarent,
Jugeri longitudinem rectangulam dimensus,
Quæ mensuram habebat in medio decem millium
Pedum numerum, ut dicunt periti,
Tanquam omnem Delphicum populum ad convivium vocaturus.
Accipiens vero aulæa sacra ex thesauris,
Prætendit, mira hominibus visu.
Primum quidem alam peplorum tecto circumjecit.
Donarium Jovis filii, quos Hercules

Attulit Deo spolium Amazonum.
Erant autem hujusmodi texturæ in textis Picturis:
Cœlum congregans stellas in ætheris orbe;
Equos quidem agebat ad ultimam flammam
Sol, trahens secum clarum Vesperi lumen.
Atris vero vestibus amicta Nox nullis astrictos jugis
Equos agitabat: stellæ vero comitabantur Deam.
Pleias quidem ibat medium per æthera,
Atque ensifer Orion: desuper vero
Ursa circumvolvens se cauda aureo polo obversa.
Orbis vero plenæ-lunæ superne radiabat
Mensis divisor, et Hyades nautis
Signum certissimum, et lucifera
Aurora pellens astra. In parietes vero
Injecit alia aulæa barbaricas
Naves instructas-remis contrarias Græcis,
Et semiferos viros et equestres venationes,
Cervorum et leonum ferocium captas prædas.
Ad januam Tabernaculi vero Cecropem prope filias
Spiras convolventem, *id quod* cujusdam Atheniensis
Donarium *erat:* aurea autem in medio convivio
Pocula collocavit. Summis vero pedibus incedens
Præco proclamavit ut quicunque vellet indigena
Ad convivium veniret. Postquam autem impletum est tabernaculum,
Coronis ornati, lauto cibo
Animum implebant. Ut vero voluptatem remiserunt,
* progressus senex *quidem* in medium solum,
Constitit, risum vero movit convivis magnum,
Officiose ministrans *illis:* namque ex hydriis aquam
Manibus fundebat lavacra, et adolebat
Myrrhæ succum, et aureis poculis
Præerat, ipse sibi ipsi vendicans hoc ministerium.
Postquam vero *convivium* ad tibias venit et ad poculum
Commune, senex dixit, oportere auferre
Parva pocula vinaria, et magna adferre,
Ut citius veniant hi ad voluptatem animorum.
Erat tum labor adferentium argentea
Atque aurea vasa: ipse vero, capiens eximium,
Tanquam novo hero utique gratificaturus,
Dedit plenum vas, jaciens in vinum,
Efficax venenum, quod dicunt *ei* dedisse
Dominam, ut novus filius lucem relinqueret:
Et nemo hoc norat: habenti vero in manibus
Libationem cum aliis filio nuper invento
Dixit aliquis ex domesticis vocem inominatam:

Ille vero, ut qui nutritus fuisset in templo, et *inter* peritos vates,
Omen *esse* duxit, et jussit alium novum
Craterem impleri: priorem vero libationem dei
Dat terræ, omnibusque edicit ut effundant,
Silentium vero successit. Implemus autem rore
Crateras sacro et vino Biblino.
Et in medio hoc labore irruit in domum volucre
Agmen columbarum: Apollinis enim in templo
Secure habitant; postquam autem vinum effuderant,

* * *

Tum vero in ipsum rostra potus cupidæ
Demiserunt, et traxerunt pennata in guttura.
Et cæteris quidem erat innoxius potus Dei:
Quæ vero consederat, ubi novus filius vinum effuderat,
Et gustarat potum, statim corpus pennigerum
Concussit et bacchari cœpit, et cum clangore vocem emisit
Obscuram gemens; obstupuit autem totus
Convivarum cœtus *ob* columbæ labores:
Moritur autem palpitans, *et* purpureos
Pedes demittens. Nuda tum ex vestibus membra
Supra mensam misit vaticinio declaratus filius,
Clamatque: quis hominum voluit me occidere?
Indica, O senex; tuum enim *fuit* hoc studium,
Et poculum a tua accepi manu.
Statim vero inquirit senile brachium prehendens,
Ut in ipso facto caperet venena gestantem.
Deprehensa sunt autem, et coactus vix declaravit
Facinus Creusæ et machinationes poculi.
Currit vero statim foras, secum ducens convivas,
Apollinis vaticinio renunciatus filius,
Et stans inter proceres Pythicos, dixit:
O sancta terra, ab hac Erechthide
Peregrina muliere venenis extinguimur.
Delphorum vero principes decreverunt ut de Rupe præcipitata
Moriatur mea domina, non uno suffragio,
Ut quæ *virum* sacrum interficere voluerit et in templo
Cædem committere conata sit. Tota vero quærit civitas
Illam quæ huc maturavit miserum iter:
Liberorum enim desiderio ad Phœbum profecta,
Corpus *suum* una cum liberis perdidit.

CHO. Non est, non est mortis
Effugium mihi miseræ:
Manifesta enim *sunt*, manifesta *sunt* hæc jam

Libationes ex Bacchi racemis cum perniciosæ
Echidnæ gutta mortifera mixtas esse,
Manifesta *sunt* sacrificia mortuis parata,
Calamitates quidem meæ vitæ,
Et exitium per lapidationem.
O domina, quanam alata fuga, aut
Sub tenebricosos secessus terræ ibo,
Mortis lapidibus-allatum
Exitium fugiens, an quadrijugorum equorum
Celerrimam ungulam conscendens, aut
In puppi navium?
Non licet *cuiquam* latere, nisi volens
Deus *ipsum* surripiat.
Quidnam, O misera domina, manet
Anima te pati? Anne volentes
Afficere aliquo malo alios ipsæ
Patiemur *hoc ipsum*, ut justum est?
CRE. Ministræ, investigamur ad funestam necem,
Pythio suffragio damnata, dedor autem *ad supplicium*.
CHO. Scimus, O misera, tuas calamitates, ubi sis infortunii.
CRE. Quo fugiam igitur? vix enim abstuli pedem extra mala,
Ne morerer: furtim autem *huc* perveni, elapsa ex manibus hostium.
CHO. Quonam alio, nisi ad aram? CRE. Quid vero mihi proderit hoc?
CHO. Non *est* fas occidere supplicem. CRE. At lege pereo.
CHO. Manibus quidem capta. CRE. Atqui illi sævi ministri
Huc festinant strictis ensibus. CRE. Sede nunc ad aram.
Etiamsi enim hic moriaris, tamen interfectoribus tuis
Piaculum ex tua cæde conciliabis: ferenda autem *est* fortuna.
ION. O taurina facies *Cephisi* patris,
Qualem viperam hanc genuisti, aut ignis
Draconem ex oculis emittentem lethalem flammam?
Cui omnis audacia inest, neque minus dira est
Gorgoneis guttis, quibus me voluit interficere.
Prehendite *eam*, ut ejus pulchros cincinnos
Comæ lacerent saxa Parnassi,
Unde saltu de saxo dejicietur.
Bonam autem fortunam nactus sum, priusquam ad civitatem
Athenarum venirem et sub noverca essem.
Inter socios enim expertus sum mentem
Tuam, quantum malum mihi sis, et *quam* inimica.
Accipiens enim me intra *tuam* domum,
Confestim sublatum demisisses in Plutonis domum.

Sed nec ara, nec Apollinis templum
Servabit te, miseratio vero tua mihi potius debetur
Et matri meæ: etsi enim mihi corpus
Ejus absit, tamen nomen nunquam abest.
Videte hanc veneficam, dolum ex dolo
Qualem nexuerit: non reverita est arma dei,
Tanquam non datura pœnas factorum *suorum?*
CRE. Interdico tibi ne me interficias
Et meo ipsius, et dei nomine, ad cujus aram stamus.
ION. Quid vero rei tibi et Phœbo commune est?
CRE. Corpus hoc deo sacrum do habendum.
ION. Et tamen interfecisti qui Dei erat?
CRE. Verum non amplius eras Apollinis, sed patris tui.
ION. Aliter ejus fuimus, patris enim adoptionem non dico.
CRE. Fueris ergo tunc: nunc autem ego sum *Deo sacra*, tu non amplius.
ION. Non pie facis, ego vero tunc pius eram.
CRE. Interfeci enim *te* existentem hostem meæ familiæ.
ION. Non sane armatus veni in tuam terram?
CRE. Maxime: incendisti quoque jam domum Erechthei.
ION. Quibus facibus, aut qua flamma ignis?
CRE. Eras habiturus mea, me invita occupans.
ION. Patre concedente terram, quam *armis* acquisivit.
CRE. Quod vero jus est Æoli *posteris* in *urbe* Palladis?
ION. Armis eam liberavit, non verbis.
CRE. Auxiliator non fuerit terræ dominus.
ION. Ergo occidisti me metu ne idem cogitarem?
CRE. Ne morerer, si tu non morereris.
ION. Invides, quod pater invenit me, cum tu careas liberis?
CRE. Tu ergo eorum, qui carent liberis, diripies domos?
ION. Nobis igitur saltem *hæreditatis* paternæ nulla erit portio?
CRE. Quæcunque clypeus, hastaque: hæc tibi universa possessio.
ION. Relinque aram, et numine plenas sedes.
CRE. Erudias tuam matrem, ubicunque est.
ION. Num tu non dabis pœnas me interficiens?
CRE. Siquidem intra hæc adyta velis me interficere.
ION. Quæ voluptas tibi *est*, mori inter corollas Dei?
CRE. Afficiemus dolore quendam *eorum*, a quibus dolore fuimus affectæ.
ION. (Proh!) Mirum certe *est*, quod hominibus non recte leges
Posuerit Deus, neque sapienti consilio:
Injustos enim *ad* aram sedere non conveniebat,
Sed depellere *inde:* neque enim honestum *est* attrectari
Deos manu injusta, sed justos

Ad sacras *aras* sedere oportebat, quicunque injuria-afficeretur,
Non tamen in eundem hunc *locum* venientes par commodum impetrare
A diis et justum et injustum virum.
PYT. Contine te, O fili, Tripodem enim fatidicum
Ego relinquens, septum istud supero pede
Phœbi sacerdos, antiquum ritum tripodis
Servans, electa ex omnibus Delphicis *mulieribus*.
ION. Salve, O chara mihi mater, quamvis *me* non peperis.
PYT. Sed tamen dicamur: hæc enim appellatio mihi non *est* ingrata.
ION. Audivisti, ut hæc me interfecit *suis* dolis?
PYT. Audivi; et tu crudelitate peccas.
ION. Nonne decet me interfectores meos vicissim perdere?
PYT. Semper *sunt* infestæ uxores privignis.
ION. Et nos novercis, quum maleficiis inficimur *ab ipsis*.
PYT. Apage hæc: relinquens templa et comitans patrem—
ION. Quid me facere convenit *abs te* admonitum?
PYT. Vade purus Athenas bonis avibus.
ION. Purus est certe, quisquis occidit hostes.
PYT. Ne tu *sic facias;* a nobis quos habeo sermones, accipe.
ION. Dicas; benevola enim existens dices, quæcunque dices.
PYT. Vides hoc vas textum sub meis ulnis?
ION. Video arculam antiquam involutam coronis.
PYT. In hac te accepi infantem olim recens-natum.
ION. Quid ais? Hic sermo novus affertur.
PYT. Clam enim habui hæc, nunc vero ostendimus.
ION. Quomodo igitur occultasti hoc, cum acceperis nos dudum?
PYT. Deus te voluit in templo habere ministrum.
ION. An nunc non vult? Unde hoc possum scire?
PYT. Indicans patrem dimittit te ex hac terra.
ION. Tu vero an jussu alicujus, aut unde, servas hæc?
PYT. In animo mihi hoc posuit Apollo.
ION. Quam rem ut ageres? Dic, perfice tuos sermones.
PYT. Ut servarem hoc inventum ad præsens usque tempus.
ION. An autem lucri, aut damni aliquid mihi fert istud?
PYT. Hic occultata erant fasciis tibi nostin' quæ?
ION. Matris hæc nobis profers inquirendæ indicia.
PYT. Quando deus *hoc* vult, antea enim minime.
ION. O hæc dies faustas res mihi monstrat!
PYT. Accipe itaque hæc, et sedulo quære matrem.
Totum vero percurrens Asiam Europæque fines,
Nosce quomodo hæc sint ipse. Propter deum vero te
Alui, O fili, et tibi hæc reddo,
Quæ ille voluit me accipere a nemine jussam

Et servare: cujus vero *rei* causa *hoc* voluerit, dicere non possum.
Nullus vero mortalium hominum sciebat hæc
Nos habere, nec ubi essent recondita.
Sed vale: perinde enim ac mater diligo te.
Incipias vero, unde oportet quærere te tuam matrem:
Primum quidem, si quæ Delphica parens te
In hoc templum exposuerit puella,
Deinde vero, an aliqua Græca: ex nobis vero habes
Omnia et *ex* Phœbo, qui est rei hujus particeps.
ION. Heu, heu! ab oculis ut humidas emitto lacrymas,
Illud animo cogitans, quod mater mea
Clam nupta vendidit *me* clam,
Et non præbuit ubera: sed ignotus *ego*
In Dei templo habui vitam servilem
Dei quidem *consilia fuerunt* bona, fortuna vero
Mala: tempore enim, quo me oportebat in ulnis
Matris deliciari et aliquam voluptatem percipere vitæ *eo*
Privatus sum charissimæ matris nutritione.
Misera etiam *est* mater, quandoquidem eandem miseriam
Tulit, filii amittens gaudia.
Et nunc accipiens hanc arcam, feram deo
Donarium, ut nihil inveniam *eorum*, quæ non cupio.
Si enim serva me peperit aliqua,
Deterius *esset* invenisse matrem, quam omittere tacentem.
O Phœbe, templis hanc dedico tuis.
Sed quid facio? an dei studio
Obluctor, qui indicia matris servavit mihi.
Aperienda *sunt* hæc, et audendum.
Fatum enim nunquam præterire potuero.
O sacra serta, curnam mihi abscondita fuistis,
Et *vos* vincula, in quibus ipse custoditus sum?
Ecce involucrum arculæ rotundæ,
Quomodo non consenuit Dei fato quodam,
Et caries abest a nexibus: quod vero interfuit
Tempus longum jam *est* istis thesauris.
CRE. Quodnam insperatarum *rerum* spectaculum video?
CHO. Tacere tu inepta etiam antea eras mihi.
CRE. Mihi non est amplius silendum, ne me moneas,
Video enim arcam, in qua ego exposui olim,
Te, O fili, infantem adhuc tenerum existentem
Ad antra Cecropis, et ad rupibus cinctas Macras.
Relinquam igitur hanc aram, etiamsi nunc mihi moriendum sit.
ION. Prehendite hanc: divinitus enim in furorem acta desiliit,
Relinquens simulacra aræ: vincite brachia.

CRE. Jugulare *me* ne desinatis: quia corripiens retinebo
Et hanc *arcam* et te *fili*, et res intus reconditas.
ION. Annon *sunt* hæc atrocia? sermone quodammodo asseror.
CRE. Non; sed amicis tuis inventus es amicus.
ION. Egone amicus tuus? et tamen me clam interfecisti?
CRE. Imo filius *es:* siquidem hoc est parentibus charissimum?
ION. Desine *dolos* nectere: coarguam enim ego te probe.
CRE. Utinam eo venerim, O fili, in hoc collineo.
ION. Vacuane *est* hæc arca, an tegit aliquid quo sit plena?
CRE. Tua indusia, quibus te exposui ego.
ION. Dicesne nomen ipsorum, priusquam inspicias?
CRE. Et si non dicam, mori lubens volo.
ION. Dic; quia ista tua fiducia habet aliquid singulare.
CRE. Videte texturam, quam ego puella quondam existens texui.
ION. Qualem nam? multæ *enim sunt* texturæ puellarum.
CRE. Non absolutam, sed veluti rudimentum radii.
ION. Quam habet figuram? ut me non hic capias.
CRE. Gorgon quidem *est* in medio stamine peplorum.
ION. O Jupiter, quod fatum nos venatur?
CRE. Et oram *cincta* est serpentibus, Ægidis in modum.
ION. (Ecce!) hæc est textura, ut invenimus, et fasciæ.
CRE. O vetus virgineum opus mearum telarum.
ION. Estne *signum* aliquod præter hoc, an hoc solo felix es?
CRE. Dracones aurei genas antiquum quoddam.
ION. Donum Minervæ, quæ liberos inter *serpentes* ali jubet?
CRE. Ad imitationem antiqui Erichthonii.
ION. Ad quid faciendum? in quem usum (dic *mihi*) aurea ornamenta.
CRE. Ut ferret puer recens natus hæc monilia, O fili.
ION. Insunt isti; tertium autem *signum* cupio cognoscere.
CRE. Coronam ex *illa* olea imposui tibi tum,
Quam primum Palladis edidit scopulus.
Quæ, si adhuc abest, nondum folia virentia amisit,
Sed viret, cum ex non marcescente olea sit facta.
ION. O charissima mihi mater, ut lubens te aspicio
Et ad tuas genas libenter accido.
CRE. O fili, O lumen matris, præstantius sole,—
Ignoscet enim *mihi* deus—in manibus te habeo,
Insperatum inventum, quem sub inferorum specu
Subterraneo et cum Proserpina existimabam habitare!
ION. At, O chara mihi mater, in manibus tuis
Mortuus et non mortuus imaginatione aspicior.
CRE. Io, io, splendentis ætheris expansiones,
Quam vocem sonabo,
Clamabo? unde mihi
Occurrit insperata voluptas? unde

Accepimus *hoc* gaudium?
ION. Omnia citius mihi eventura *esse*,
O mater, in mentem venit, quam hoc quod tuus sim ego.
CRE. Adhuc metu tremo.
ION. An, ne non habeas me, quem habes?
CRE. Has enim spes procul abjeceram.
Io, mulier, unde unde accepisti me-
um infantem ulnarum?
Per quam manum venit *ad* domum Apollinis?
ION. Dei opus hoc: at *in* cæteris fortunæ *rebus*
Beati simus, quia *res* priores *fuerunt* infelices.
CRE. Fili, non sine lacrymis editus es,
Et *cum* lamentis ex manibus matris dimissus:
Nunc vero ad tuas genas vivo,
Beatissimæ compos facta voluptatis.
ION. Meum *fatum* commemorans tuum etiam dicis pariter.
CRE. Sine liberis non amplius sumus, neque orbæ;
Et mea domus colitur, et habet terra adhuc dominos:
Repubescit autem Erechtheus,
Et terrigena domus non amplius
Noctem aspicit,
Solis vero faces rursus intuetur.
ION. Mater, pater mihi præsens esto socius
Hujus voluptatis, quam præbui vobis ego.
CRE. O fili, quid ais? Quomodo, quomodo arguor!
ION. Quid dixisti? CRE. Aliunde enim natus es, aliunde.
ION. Hei mihi! tua virginitas peperit me nothum.
CRE. Non sub facibus, non *cum* tripudiis
Hymenæus meus,
O fili, peperit tuum caput.
ION. Heu, heu! Undenam ignobilis *ego*, mater, natus sum?
CRE. Sciat Gorgonis interfectrix— ION. Quid hoc dixisti?
CRE. Quæ scopulis in meis
Rupem oleas ultro ferentem incolit
ION. Dicis mihi obscura, nec manifesta hæc.
CRE. Ad rupem lusciniis-celebrem Phœbo—
ION. Quid narras Phœbum?
CRE. Furtivo lecto juncta sum.
ION. Perge: quia dicis aliquid gloriosum et faustum mihi.
CRE. In decima vero revolutione mensis
Occultum partum peperi Phœbo.
ION. O gratissima locuta, si modo vera dicis.
CRE. Virginales vero labores ut matris
Fascias circumjectas tibi
Indui, mei radii errores.
Lacti vero te non admovi, neque mamma

Alimenta matris, neque levacra manibus,
Sed in antro deserto avium
Rostris cædes epulumque ad .
Mortem ejectus es.
ION. O dira mater ausa!
CRE. Metu constricta tuam
Animam perdidi, fili:
Et occidi te invita.
ION. Et a me non pie moritura eras.
CRE. Heu! misera quidem tunc *fuit* fortuna,
Misera vero et hæc *erant:* vol-
vimur illinc huc ærumnis
Secundisque rebus rursus,
Mutantur enim auræ.
Maneat *vero:* sufficiant superiora mala: nunc
Vero quidam secundus ventus ex malis ortus est, O fili.
CHO. Nemo putet quidquam hominibus unquam
Insperatum esse considerans ea, quæ nunc accidunt.
ION. O quæ jam mutasti innumeros mortales
Ut essent infelices et rursus valde felices essent,
Fortuna, ad quale punctum vitæ venimus,
Ut matrem *fere* cæderem, et indigna ipse paterer.
(Heu!) an in lucidis solis circumvolutionibus
Inest qui has casus omnes expertus est?
Charum igitur inventum te, mater, invenimus,
Et genus nihil culpandum nobis utique:
Cætera vero ad te solam volo dicere.
Huc accede: in aurem enim hos sermones dicere volo,
Et offundere tenebras his rebus.
Vide tu, mater, ne cum lapsa fueris, qui virginibus
Inesse solet morbus, in occultos *congressus,*
Deinde Deo tribuas culpam,
Meum vero pudorem effugere conans,
Peperisse me dicas Phœbo, cum non pepereris ex Deo.
CRE. Non, per eam, quæ quondam curru vecta tulit opem
Victoriam Minervam Jovi adversus terrigenas,
Nullus mortalium est tibi pater, O fili,
Sed qui *te* educavit Apollo Rex.
ION. Quomodo igitur suum filium dedit alteri patri,
Ex Xuthoque dicit me natum esse filium?
CRE. Progenitum quidem *ex eo te* non dicit esse, sed ei donat te
Ex se natum: etenim amicus amico
Dare queat suum filium hæredem domus.
ION. Deus quidem utrum verax sit, an frustra vaticinetur,
Meam merito, mater, mentem perturbat.
CRE. Audi igitur nunc, quæ mihi in mentem venerunt, O fili:

Cum velit tibi deus benefacere, in regiam
Domum *te* collocat: Dei enim *filius* si diceteris
Nunquam universam hæreditatem haberes,
Neque nomen patris. Quomodo enim, cujus ego nuptias
Occultavi ipsa, et te interfeci clam?
Ille igitur te juvans alteri patri attribuit.

ION. Non ita segniter ea ego prosequor,
Sed interrogabo Phœbum templum ingressus,
Utrum sim filius hominis, an Phœbi.
Ehem! quis supra sacras ædes exoriens
Deorum ostendit faciem solis instar splendentem?
Fugiamus, O mater, ne deorum *numina*
Spectemus, quando non convenit *ea* videre.

MIN. Ne fugite: non enim hostem me fugitis,
Sed amicam vobis, et Athenis et hic existentem
Veni autem tuæ terræ cognominis,
Pallas, festinans cursu ab Apolline,
Qui in conspectum quidem vestrum venire noluit,
Ne veniat in mediam reprehensionem præteritorum *facinorum*,
Nos vero mittit, ut hos sermones vobis dicamus,
Quod hæc peperit te ex Apolline patre,
Dat autem *te* quibus dedit, non quod te genuerant,
Sed te in domum nobilissimam introducens.
Postquam vero res hæc est aperta indicio declarata,
Metuens ne tu montereris matris insidiis
Neve hæc abs te, consiliis liberavit.
Hæc autem Rex *Apollo* statuerat reticere,
Et Athenis declarare hanc esse tuam *matrem*
Et te, ex hac, et Apolline patre natum esse.
Sed ut finiam rem et dei oracula,
Propter quæ currus junxistis, audite.
Accipiens hunc filium, *ad* Cecropiam terram
Vade, Creusa, et in thronis regiis *eum*
Colloca: nam ex Erechthei *posteris* natum,
Hunc æquum *est* imperare meæ terræ.
Eritque per *totam* Græciam clarus: hujus enim
Filii quatuor *ex* una radice nati,
Cognomines terræ distributique in tribus seminis
Populorum erunt, qui rupem meam habitant.
Teleon quidem primus erit! deinde secundum
Hopletes et Argades, et *denominatum* a mea Ægide
Ægicores habebunt tribulem. Horum autem
Liberi progeniti tempore fatali
Cycladas incolent insulares regiones
Orasque maritimas, quod robur agro meo

Dabit: opposita vero littora duarum continentium
Inhabitabunt, et campos Asiaticæ terræ
Et Europææ: ob hujus vero nomen
Iones nominati habebunt gloriam.
Xutho vero et tibi commune *liberorum* genus erit,
Dorus quidem, unde Dorica celebrabitur
Regio in agro Pelopio: alter
Achæus, qui maritimæ terræ prope Rhium
Dominus erit, et insigniter gloriabitur
Populus se de illius nomine cognominem appellari.
Recte vero Apollo omnia fecit: primum quidem
Sine dolore parere-te-fecit, ut non rescirent amici:
Postquam vero peperisti hunc puerum et imposuisti
Fasciis, arreptum in ulnas
Mercurium jubet ferre infantem huc,
Illumque aluit, nec passus est animam efflare.
Nunc igitur tace, quod hic puer sit tuus,
Ut hæc opinio Xuthum delectet,
Et tu vicissim tua bona habeas, O mulier.
Et valete: ex hac enim laborum levatione
Denuncio vobis magnas felicitates.

ION. O Pallas maximi Jovis filia, non incredule
Tuos sermones recepimus: credo vero me esse *filium* patris
Apollinis et hujus; prius enim hoc non erat incredibile.

CRE. Mea *verba* nunc audi: laudo Phœbum non laudans antea,
Quod quem antea neglexit filium, *nunc* reddit mihi.
Hæ vero portæ mihi *nunc* amœnæ et Dei oracula,
Quæ prius erant infesta. Nunc igitur etiam ex marculis manus
Libenter suspendimus, et saluto aras.

MIN. Laudo, quod deum laudes meliora discens: semper autem
Tarda quidem quodammodo *sunt* deorum auxilia, sed in fine non *sunt* infirma.

CRE. O fili, eamus domum. MIN. Ite, sequar vero ego.

CRE. Fausta certe nobis comes-viæ et amans civitatis.

MIN. Ut thronos priscos insideam. CRE. Æterna tibi ea possessio est.

CHO. O Apollo Jovis et Latonæ *fili*, vale: cujus vero agitatur
Domus calamitatibus, si deos colat *illum* confidere oportet:
Tandem enim boni quidem consequuntur digna,
Mali vero, ut *digni* sunt, nunquam felices erunt.

# EURIPIDIS

# HERCULES FURENS.

# DRAMATIS PERSONÆ.

AMPHITRYON.

MEGARA.

LYCUS.

IRIS.

LYSSA.

NUNCIUS.

HERCULES.

THESEUS.

CHORUS SENUM THEBANORUM.

# EURIPIDIS

## HERCULES FURENS.

QUIS mortalem non novit ejusdem tori cum Jove participem,
Argivum Amphitryonem, quem olim Alcæus
*Filius* Persei genuit, patrem hunc Herculis?
Qui tenuit has Thebas, ubi terrigena *virorum*
Satorum seges est nata, quorum generis Mars
Parvum numerum servavit, qui Cadmi urbem
Coronant liberis liberorum. Hinc natus est
Creon, filius Menœcei, rex hujus terræ.
Creon vero pater est hujus Megaræ,
Cujus olim omnes Cadmei in nuptiis
Tibiæ acclamarunt, quum in meas
Domos inclytus Hercules ipsam duxit.
Relictis vero Thebis, quo ego migravi,
Et Megara et affinibus filius meus,
Muros Argivos et urbem Cyclopicam
Incolere expetiit, ex qua ego exul sum, propterea quod occidi
Electryonem: meas autem calamitates
Lenire studens et volens habitare in patria,
Reditus Eurystheo dat præmium
Orbem terrarum pacare, sive a Junonis
Stimulis vexatus, sive fato aliquo simul *eum urgente*.
Ac cæteros quidem labores exantlavit:
Postremo autem, per fauces Tænari
Ivit ad Plutonis *domum*, canem illum tricorporem
In lucem educturus, unde non redit.
Est autem quidam vetus Thebanorum sermo,
Antea Lycum fuisse quendam maritum Dircæ,
Dominum hujus urbis quæ septem turres habet,
Priusquam terræ dominarentur in-equis albis-equitantes
Amphion et Zethus, filii Jovis.

Cujus filius eodem quo pater nomine vocatus,
Non existens Thebanus, sed ex Eubœa profectus,
Occidit Creontem, quo interfecto ipse imperat terræ,
Irruens in hanc urbem seditione laborantem.
Nobis vero affinitas cum Creonte contracta
Maximum, ut apparet, malum est.
Nam dum in penetralibus terræ est filius meus,
Ille inclytus hujus terræ dominus Lycus
Liberos Herculis vult perdere
Necans et conjugem, ut cædem cæde extinguat,
Et me, si modo inter viros numerare quoque convenit,
Senem inutilem, ne aliquando illi postquam ad virilem ætatem pervenerint,
Pœnas exigant cædis Avorum maternorum.
Ego vero,—reliquit enim me in his ædibus
Nutritorem liberorum *et* custodem domus, quando terræ
Obscuram caliginem ingressus est filius meus,—
Cum matre, ne liberi Herculis moriantur,
Ad aram hanc Jovis servatoris sedeo,
Quam statuit ut monumentum esset victricis hastæ
Cum vicisset Minyas generosus filius meus.
Has autem sedes servamus inopes *rerum* omnium,
Cibi, potus, vestitus, *in* non strato solo
Latera ponentes: etenim exclusi
E domo sedemus inopia salutis.
Amicorum vero alios quidem video non *esse* veros amicos,
Et qui vere sunt non possunt nos adjuvare.
Ejusmodi inter homines *res est* calamitas,
In quam utinam nunquam, qui vel mediocriter mihi *sit* amicus,
Incidat, certissimum indicem amicorum.

ME. O senex, qui Taphiorum olim cepisti urbem,
Gloriose exercitui Thebanorum imperans,
Quam Deorum nullum *consilium* certum *est* hominibus!
Ego enim quod ad patrem non fortuna carui,
Qui propter opes olim valde superbus erat,
Habens regnum, propter quod longæ hastæ
Saltant ob cupiditatem in beata corpora *principum*,
Habens insuper liberos; filioque tuo me dedit,
Nobilem conjugem Herculi jungens matrimonio.
Et nunc illa quidem evanida avolaverunt:
Ego vero et tu senex, moriemur,
Et liberi Herculis, quos sub alis
Pullos, veluti gallina incubans, servo.
Ipsi autem ad sciscitandum alius aliunde accedens,
O mater, inquit, ubinam terrarum abest pater?

Quid facit? quando veniet? ob teneram ætatem autem decepti,
Quærunt patrem: ego vero prolecto
Verbis fabulans. Admiror vero, quando
Fores strident, et unusquisque attollit pedem,
Ut ad paternum se projecturi genu.
Nunc igitur quam spem aut viam salutis
In promptu habes, O senex? ad te enim respicio.
Nam neque terminos terræ clam egredi possumus:—
Sunt enim custodiæ in exitu nobis potentiores:—
Neque in amicis spes salutis
Nobis est amplius. Sententiam igitur quam habes,
In medium profer, ne mors sit expedita *nobis*,
Sed tempus producamus existentes infirmi.

AM. O filia, non facile *est* talia deliberantem decernere
Tanquam levia sine fluctuatione.

MEG. Quid tristitiæ tibi deest? aut amas tantopere lucem?

AM. Ego vero et lætor ea, et spem amo.

MEG. Et ego: sed non oportet sperare non speranda, O senex.

AM. In ipsa mora insunt remedia malorum.

MEG. At tempus interjectum, cum sit triste, mordet me.

AM. Forte, filia, contingat secundus cursus
Ex præsentibus malis mihi et tibi,
Ac veniat aliquando filius meus, tuus maritus.
Verum quiesce et lacrymosos liberorum
Fontes aufer et *ipsos* delini verbis,
Commentis fallens quamvis miseram deceptionem.
Laborant enim etiam ipsæ mortalium calamitates,
Et flatus ventorum neque semper robur habent,
Et qui felices sunt non sunt perpetuo felices,
Omnia enim a se invicem in diversa abeunt.
Hic autem optimus *est* vir, qui spei
Semper confidit: at desperare, hominis *est* ignavi.

CHO. Ex bene tectis atriis (*str.*)
Et senili lecto, baculis
Innitens, egressus sum lugubrium
Carminum cantator, ut cana avis,
Verba tantum et species obscura
Nocturnorum somniorum,
Tremula quidem, sed tamen prompta:
Io liberi, liberi patre carentes,
O senex, tuque, mater infe-
lix, quæ Plutonis in *ædibus* agentem
Martium deploras!
Ne defatigemini pedem, (*ant.*)
Et lenta membra, tanquam ad saxeum

Clivum jugales equos incitantes: velut
Onus gestans saxi molaris,
Apprehende manus et vestes, cujuscunque deficit
Imbecille pedis vestigium:
Senex senem deduc,
Ante inter æqualium-labores
Qui sociæ hastæ juveniles
Juniores una fuerant, laudatissimæ
Patriæ non probra.
Videte, ut patris (*epod.*)
Truces similes *sint* hi
Oculorum fulgores.
Infortunium vero nondum a liberis discessit,
Neque abiit ob venustatem.
O Græcia belli socios
Quales quales amittes
Cum hos perdideris!

LY. Herculis patrem et uxorem,
Si mihi convenit, interrogo: convenit autem, siquidem dominus
Vester sum, interrogare, quæ volo.
Quam diu quæritis prorogare vitam?
Quam spem aut quod auxilium videtis ne moriamini?
An patrem horum jacentem apud Plutonem
Venturum creditis? Ut *ita* præter dignitatem
Lugetis, quod mori vos oporteat,
Tu quidem spargens per Græciam inanem jactationem,
Quod particeps tui conjugii Jupiter novum Jovem genuerit,
Tu vero, quod præstantissimi viri uxor vocata sis.
Quid vero præclari gestum a tuo marito,
Quod palustrem Hydram interfectam perdiderit,
Aut Nemeæum leonem? quem, retibus captum,
Strangulatione brachiorum se interfecisse dicit.
Hisne *freti* certatis? Horum igitur causa
Non oportet mori liberos Herculis?
Qui habuit existimationem fortitudinis, cum nihil esset,
In certamine ferarum fortis, cæteris *in rebus* minime,
Qui nunquam clypeum habuit in sinistra manu,
Neque venit prope hastam, sed arcum habens,
Ignavissimum armorum genus, ad fugam paratus.
At viri fortitudinis indicium *est* non arcus,
Sed qui manens aspicit et vicissim intuetur
Hastæ fortuitum sulcum, in acie constitutus.
Habet autem *factum* meum, O senex, non crudelitatem,
Sed cautionem: scio enim quod interfecerim

Creontem, patrem hujus, et regnum habeam.
Haud igitur, educatis his, ultrices meos
Volo relinquere factorum *meorum* pœnas.
AM. Jupiter quidem Jovis partem tueatur
In filio: quod enim ad me *pertinet*, O Hercules, curæ mihi erit
Ut verbis hujus stultitiam pro te
Ostendam: neque enim sinendum est ut male audias.
Primum igitur indicta,—inter indicta enim
Tuam ignaviam *ponendam* arbitror, Hercules,—
Testimonio Deorum me a te oportet amovere.
Interrogo autem Jovis fulmen et quadrigas,
In quibus vectus terræ filiis
Giganteis lateribus infigens volucria tela,
Præclaræ victoriæ triumphum cum Diis celebravit:
Quadrupedem etiam contumeliam, Centaurorum genus,
Ad Pholoen profectus, O pessime rex,
Interroga, quemnam virum præstantissimum judicarint:
An non filium meum, quem tu dicis videri tantum *fortem* esse?
Dirphynque si interroges Abantidem, quæ te nutrivit,
Non laudarit te: non est enim ubi
Præclaro aliquo facto *ejus* testem patriam accipere possis.
Inventum autem sapientissimum, sagittiferam armaturam,
Vituperas: *at* nunc *rationes* meas audiens, sapiens fias.
Vir graviter-armatus servus est armorum,
Et quando qui simul in acie stant non sunt strenui
Ipse quoque occumbit, propter ignaviam sociorum,
Et ubi fregerit hastam, non potest a corpore
Mortem depellere, virtute solum opponens.
Quotquot vero manum habent arcu jaculandi peritam,
Unum quidem optimum, mille sagittis emissis,
Aliis corpus defendit a morte:
Et procul stans, hostes ulciscitur,
Cæcis videntes saucians sagittis,
Neque corpus hostibus exponit,
Sed est in loco tuto: illud autem in pugna
Sapientissimum *est*, si dum hostes malis affligis,
Serves corpus, non ex casu pendens.
Hæc quidem oratio contrariam tuæ
Sententiam habet de rebus propositis.
Verum liberos hosce cur quæso vis occidere?
Quid hi tibi fecerunt? Una *in re* te sapientem existimo,
Quod prolem optimorum virorum, cum ipse malus sis,
Metuis: sed tamen hoc nobis *est* grave,
Si propter tuam timiditatem moriemur,

Quod æquum erat ut a nobis qui meliores sumus tibi contingeret,
Si Jupiter justum erga nos animum haberet.
Si igitur tu imperium hujus terræ vis habere,
Sine nos exules exire ex *hac* terra:
*Per* vim vero nihil facias *nobis*, aut patieris vim
Cum flatus dei mutatus tibi fuerit.
(Proh:) O terra Cadmi,—ad te enim veniam,
Verba probrosa *in te* congerens,—
Itane opem fertis Herculi,—et liberis *ejus?*
Qui solus pugna cum omnibus Minyis congressus,
Fecit ut Thebæ libero oculo cernerent *lucem*.
Neque Græciam laudo, neque potero patienter unquam
Tacere, pessimam experiens in filium meum,
Quam oportebat pueris istis ignem, hastas, arma
Ferentem *auxilio* venire, marinarum purgationum
Terræque *purgatæ* mercedem ob labores, quos exantlavit.
Hæc vobis, O liberi, neque Thebanorum civitas,
Neque Græcia præstat: ad me vero amicum imbecillum
Respicitis, qui nihil sum, præter strepitum linguæ.
Defecerunt enim vires, quas prius habuimus:
Senectute autem tremula *sunt* membra, et evanidum robur.
Quod si essem juvenis, et adhuc valerem corpore,
Arrepta hasta flavum hujus capillum
Cruentarem utique, ut ultra Atlanticos
Terminos metu fugeret meam hastam.

CHO. An non occasiones dicendi boni
Homines habent, etiamsi tardus sit aliquis ad dicendum?

LYC. Tu quidem dicito contra nos verba, quibus tumes,
Ego vero tibi pro tuo sermone malefaciam.
Agite, alii quidem *in* Heliconem, alii vero *in* Parnassi valles
Lignatores profectos jubete secare quercum
Ramos: postquam vero in urbem importati fuerint,
Circum aram cumulantes utrinque constructa ligna,
Incendite et cremate corpora ipsorum
Omnium, ut sciant, quod mortuus ille non
Imperat huic terræ, sed ego nunc.
Vos vero senes qui adversarii meis
Consiliis estis, non solum lugebitis
Liberos Herculis, verum etiam familiæ *vestræ*
Calamitates, quando aliquid patietur, recordabimini vero
Vos servos esse meæ tyrannidis.

CHO. O partus terræ, quos Mars seminavit olim,
Nudans amplas genas Draconis,
Non bacula, dextræ manus fulcimina,

Tolletis, et viri hujus impium caput
Cruentabitis? qui cum non sit Thebanus,
Imperat junioribus improbus, advena cum sit?
Verum tu non imperabis mihi unquam lætus,
Neque, quæ ego multo labore manibus meis comparavi,
Habebis, sed cum tua pernicie discedens, unde venisti, illic,
Jacta te: nam me vivente, nunquam occides
Liberos Herculeos: non tam procul terram
Subter latet relictis liberis.
Nam tu quidem hanc terram perdidisti,
Ille vero cum profuerit *ei* non consequitur digna *præmia:*
Deinde multa facio ego, amicos meos
Beneficiis afficiens mortuos, ubi amicis maxime opus est?
O dextra manus, quam cupis sumere hastam,
Sed per imbecillitatem amisisti votum tuum.
Alioqui te compescuissem ne me servum appellares,
Et Thebas has gloriose incoleremus,
In quibus tu lætaris: neque enim recte sapit civitas
Seditione laborans et malis consiliis:
Nunquam enim alias *te* dominum *sibi* comparasset.
MEG. Laudo *vos*, *O* senes: amicorum enim gratia
Amicos iram justam habere convenit:
Sed propter nos irati dominis,
Nihil patiamini: sed meam, Amphitryo,
Sententiam audi, si quid tibi videar *recte* dicere.
Equidem liberos amo:—quomodo enim non amarem,
Quos peperi, quos enixa sum?—et mortem
Miseram judico: sed necessitati
Qui resistit, eum hominem stultum existimo.
Nos autem quando mori necesse est, mori convenit,
Non igne consumptos, *et* hostibus risum
Moventes, quod mihi morte ipsa majus malum est:
Debemus enim multum decus *nostræ* familiæ.
Te quidem fama gloriosa belli cepit,
Quare non *est* ferendum ut moriaris cum timiditate,
Meus vero maritus *vel* sine testimonio *est* gloriosus,
Qui liberos hos haud servari velit,
Malam famam adeptos: nam generosi
Male audiunt ob infamiam liberorum,
Mihique exemplum viri non *est* rejiciendum.
Verum considera quomodo spem tuam reputem.
An putas filium tuum e terra venturum?
At quis mortuorum ex Plutonis *ædibus* rediit?
An verbis hunc delinire posse nos?
Minime: convenit virum stultum hostem fugere,

Sapientibus vero et honeste educatis cedere:
Facilius enim, grata faciens, clementiam consequaris.
Sed venit mihi jam in mentem, utrum deprecando impetraremus
Exilia liberorum horum: sed hoc quoque miserum *est*,
Salutem miserabili cum paupertate adipisci:
Quia amici fugiunt vultum hospitum,
Unumque diem solum jucundum aspectum habere dicunt.
Ausis nobiscum mortem *oppetere*, quæ utcunque te manet.
Provocamus generositatem, O senex, tuam:
Quisquis enim calamitates Deorum laborando superare
Studet: amens est hoc studium:
Quod enim *fieri* necesse est, *id* nullus Deorum unquam irritum faciet.

CHO. Si, valentibus quidem meis brachiis,
Injuriam quis faceret, facile compescuissem:
Nunc vero nihil sumus: tuum igitur *est* posthac considerare,
Amphitryo, qua ratione repellas has calamitates.

AM. Non timiditas, neque desiderium vitæ
Prohibet me quin moriar, sed volo filii
Liberos servare, cæterum impossibilia videor affectare.
En adest hæc cervix ensi,
Ut pungatur, ut cædatur, ut de saxo deturbetur:
Unam vero nobis ut hanc gratiam, O rex, des, precamur.
Interficias me et miseram hanc antequam pueros,
Ne liberos intueamur, spectaculum impium,
Animam efflantes et vocantes matrem
Et patrem patris: reliqua vero, si lubet tibi,
Facias: non habemus enim auxilium, quod a morte nos liberet.

MEG. Et ego te supplex rogo, ut addas gratiæ illi gratiam,
Ut nobis ambobus unus rem grata facias dupliciter:
Permitte mihi ut liberis addam ornatum mortuorum,
Ædibus apertis; nunc enim exclusi sumus:
Ut saltem hæc consequantur ex ædibus patris.

LYC. Erunt hæc: dico igitur ministris ut aperiant claustra.
Ornemini intro profecti: non invideo *vobis* vestes.
Ubi vero ornatum corporibus indueritis,
Veniam ad vos terræ inferorum daturus.

MEG. O liberi, sequimini matris miserum pedem
In domum paternam, in qua facultates *vestras*
Alii tenent, nomen vero nobis adhuc restat.

AM. O Jupiter, frustra ergo te ejusdem-tori-socium habui,
Frustra etiam filii ultorem celebravimus.
Tu enim es amicus, minus quam videbaris esse.

Virtute *igitur* te supero, Deum magnum ego mortalis:
Neque enim prodidi liberos Herculis.
Tu quidem clam noveras venire in cubilia,
Occupans alienum lectum, nemine concedente:
At non novisti servare tuos amicos.
Imperitus aliquis es Deus, aut non es justus.
CHO. Ælinon quidem ob elegantem (*str.* 1.)
Cantum Phœbus resonat,
Pulchre-sonantem citharam
Pulsans aureo plectro:
Ego vero in terræ et inferorum caliginem
Ingressum, sive natum Jovis ipsum dixero,
Sive Amphitryonis filium,
Celebrare, laborum coro-
nam, laudibus volo.
Laudes enim generosorum laborum
*Sunt* decus mortuis.
*Ac* primum quidem nemus Jovis
Viduavit leone,
Fulvi autem circumtexit se,
Flavum caput amiciens,
Terribili rictu feræ:
Et montivagum agrestium (*ant.* 1.)
Centaurorum genus olim
Vulneravit arcu lethali,
Interficiens volucribus sagittis.
Novit *hoc* Peneus qui pulchros vortices habet,
Et spatiosa camporum sterilia arva,
Peliacaque hospitia,
Vicinæque Homolæ spelun-
cæ, pinubus unde manus
Armantes terram Thessalorum
Equitationibus domabant:
Aureoque decoram capite
Cervam dorso-maculosam,
Prædatricem rusticorum
Cum occidisset, ferarum interfectricem Deam
Œnoatidem decorat:
Et ascendit quadrigas, (*str.* 2.)
Et frænis domuit equos
Diomedis, qui ad lethalia præsepia
Sine-frænis furentes vorabant
Cruentos cibos genis, gau-
diis viros-vorantibus tristibus mensis adstantes:
Ultra vero argenteis undis fluentem Hebrum
Trajecit ripam,

Mycenæo laborans tyranno,
Et ad Peliacum littus
Anauri juxta ostia:
Cycnum hospitum-interfectorem.
Arcu perdidit, Ampha-
nææ habitatorem inhospitalem:
Et *ad* puellas musicas (*ant.* 2.)
Venit in aulam Hesperiam,
Aureis a foliis pomiferum
Fructum manu decerpturus,
Dracone rubrum-habente-tergum, qui
Inaccessum circumvolutus surculum servabat,
Interfecto: æquoreique maris
Sinus ingressus est, mortalibus
Tranquillitatem faciens remis:
Cœlique sub mediam
Sedem immittit manus,
Atlantis domum accedens:
Stellatasque sustinuit do-
mos deorum fortitudine eximia:
Et *ad* exercitum equestrem Amazonum (*str.* 3.)
Circa Mæotim fluviis-adundantem
Ivit per fluctus Euxinos maris,
(Quem non ex Græcia
Cœtum amicorum colligens?)
Et Puellæ Martiæ sustinuit
Auro-intextum pallium,
Baltei raptum exitialem.
Græcia vero accepit inclyta puellæ barbaræ
Spolia, et servantur Mycenis.
Et innumera-capita-habentem
Canem Lernæ qui multos interfecit
Hydram igni delevit
Et telis circumdedit,
Tricorporem quibus oc-
cidit pastorem Erythææ.
Cursuum etiam aliorum præmia felicia (*ant.* 3.)
Partitus est: lacrymosum *autem*
Ad Plutonem navigavit, laborum finem,
Ubi miser finit
Vitam, nec *inde* rediit.
Domus autem sine amicis *est*,
Hunc vero sine-reditu liberorum
Charontis expectat cymba
Cursum vitæ impiam, injusta: in meas vero
Manus respicit domus non præsentis.

Quod si ego pubescerem viribus
Et hastam in pugna vibrare possem,
Et Thebanorum coævi,
Adessem liberis
Auxilio: nunc autem destituor
Felici juventute.
Sed enim video hos mortuorum
Vestitum habentes, magni
Quondam antea, Herculis
Et charam uxorem, filios trahentem juxta
Adjunctos pedibus liberos et senem
Patrem Herculis. Me miserum!
Qui non possum continere lacrymarum
Amplius seniles oculorum fontes.
MEG. Age: quis sacerdos, quis mactator miserorum,
Aut miseræ meæ animæ occisor?
Ut ducat paratas hasce victimas ad inferos.
O liberi, ducimur non pulchra copula mortuorum,
Una senes et juvenes et matres.
O fatum miserum meum et liberorum
Horum, quos postremum oculis aspicio!
Peperi quidem vos, hostibus vero educavi
Contumeliam et ludibrium et exitium.
(Heu:) Admodum sane meam opinionem delusit eventus,
Quam ex patris vestri verbis olim speravi.—
Tibi enim pater defunctus Argos tribuebat:
Eras autem habitaturus in ædibus Eurysthei,
Imperium habens fertilis Pelasgiæ,
Spoliumque feræ circumjiciebat tuo capiti
Leonis, quo ipse armabatur:
Tu vero rex eras futurus Thebarum quæ currus amant,
Possidens meos agri campos hæreditarios,
Ut *spes* persuaserat tuo patri:
In dextram vero tuam propulsatoriam
Clavam tradebat, donum ornamentis vacuum.
Tibi autem, eam quam olim vastavit longe jaculantibus
Sagittis, Œchalium daturum se promisit.
Tres vero vos existentes triplici regno
Pater decorabat, valde elatus magnitudine animi.
Ego vero deligebam eximias sponsas,
Affinitates contractura, et ex Atheniensium agro
Et Sparta et Thebis ut religatam pulchris
Retinaculis vitam haberetis beatam.
Hæc tamen *sunt* evanida: Fortuna vero mutata
Sponsas quidem nobis Parcas dedit habendas,
Mihi vero lacrymas, lavacrum:—O me miseram!—

Avus autem hic præbet convivium nuptiale,
Plutonem socerum judicans, affinem patris.
Heu me! quemnam vestrum primum, aut quem ultimum
Ad pectus admovebo? cui adhibebo os?
Quem complectar? quomodo, ut varias-alas-habens
Apis, ex omnibus decerpam luctus,
Et in unum conferens, uberes lacrymas reddam?
O charissime, si quis modo vocem exaudit
Mortuorum apud Plutonem, tibi hæc, Hercules, dico,
Moritur pater tuus, et liberi, pereo et ego,
Quæ antea felix ab hominibus propter te vocabar.
Opem feras, veni, et *vel* umbra mihi appareas:
Satis enim eris nobis vel imagine veniens,
Quippe *timidi sunt*, qui tuos liberos occidunt.
AM. Tu quidem, mulier infera propitia reddas:
Ego vero te, O Jupiter, manus ad cœlum tendens,
Compello, ut liberis, si quid eos juvare
Velis, opem feras, qui brevi nihil proderis:
Quanquam sæpe vocatus es: frustra laboro:
Mori enim *nos*, ut apparet, necesse est.
Verum, O senes, parva certe *sunt* hujus vitæ *commoda:*
Hanc igitur jucundissime transigatis,
A die ad noctem non dolentes.
Quia tempus non novit spes
Servare, suum enim *negotium* curans avolat.
Videte me, qui suspiciendus eram hominibus,
Præclare agens, et *tamen* fortuna mihi eripuit,
Ut Avem avolantem in aerem, uno die.
Opulentia vero magna et gloria, haud scio, cuinam
Stabilis sit: valete: virum enim amicum
Postremum nunc, O vos æquales, vidistis.
MEG. (Ehem.) O Senex, videone mea charissima? aut quid dicam?
AM. Nescio, filia: stupor enim me quoque tenet.
MEG. Hic est, quem audiebamus infra terram *esse*,
Nisi in luce somnium aliquod videmus.
Quid loquor? quale somnium video delirans?
Non est alius ille quam tuus filius, O senex.
Huc, O liberi, pendete ex paternis vestibus.
Ite, festinate, ne dimittatis, quoniam Jove
Servatore nihil hic vobis est inferior.
HER. Salve, O domus tuque vestibulum domus meæ,
Quam libens te aspicio postquam in lucem veni.
Hem, quid rei est? video liberos ante domum
Coronatos capita ornata mortuorum,
Et meam uxorem in turba virorum.

Et patrem lacrymantem *ob* aliquam calamitatem.
Age, prope hos stans interrogabo:
O mulier, quæ res nova accidit domui?
MEG. O charissime vir, O lumen patri veniens,
Venis, salvus es, opportune veniens ad amicos.
HER. Quid ais? in quem tumultum venimus, O pater?
MEG. Periimus: tu vero, senex, veniam des mihi,
Si præripui, quæ te loqui ad hunc conveniebat:
Mulieres enim quodammodo *sunt* viris miserabiliores,
Et liberi morituri erant, et ego peritura.
HER. O Apollo, quo exordio incipis sermonem!
MEG. Perierunt fratres et pater meus senex.
HER. Quid ais? quid faciens, aut qualem hastam expertus?
MEG. Inclytus Lycus, dominus terræ, ipsos perdidit.
HER. Utrum occurrens armis, an concitata terra seditione?
MEG. Seditione regnum Cadmi tenet quod-septem-portas-habet.
HER. Quid vero ad te, et senem pervenit hic terror?
MEG. Interfecturus erat patrem *tuum* et me et liberos.
HER. Quid ais? an metuens orbitatem meorum liberorum?
MEG. Ne aliquando ulciscantur mortem Creontis.
HER. Quis vero *est* iste vestium ornatus mortuis conveniens?
MEG. Mortis his vestibus jam sumus induti.
HER. Et per vim moriebamini? O me miserum!
MEG. Amicis orbi: te vero mortuum audiebamus.
HER. Unde vero vos invasit hæc animi dejectio?
MEG. Eurysthei nuncii nunciaverunt ista.
HER. Sed quare reliquistis domum et meos lares?
MEG. Per vim quidem pater ejectus erat ex lecto strato.
HER. Nec puduit ipsum contumelia-afficere senem?
MEG. Pudor procul habitat ab ista Dea, Vi *scil.*
HER. Sic igitur absentes inopia-laboravimus amicorum?
MEG. Quinam enim viro calamitoso sunt amici?
HER. Prælia vero, quæ contra Minyas sustinui, respuerunt?
MEG. Calamitas, ut tibi dicam iterum, *est* sine amicis.
HER. Non abjicietis Plutonis istum amictum a coma,
Et lucem aspicietis, infernarum tenebrarum
Charas vicissitudines oculis cernentes?
Ego vero,—nunc enim opus est meæ manus,—
Primum quidem vadam, et evertam domum
Novi tyranni, caput autem impium abscissum
Abjiciam canibus lanienam: quoscunque vero Thebanos
Malos deprehendero, beneficiis *a* me affectos,
Hoc præclaris-victoriis-insigni telo subigam,
Alios vero dissipans alatis sagittis,
Cæde mortuorum implebo totum Ismenum,

Et limpida aqua Dircæ cruentabitur.
Etenim cui me magis, quam uxori, opitulari convenit,
Et liberis, et seni? Valeant labores:
Frustra enim illos potius quam hos exantlavi.
Et convenit me pro istis, si quidem illi pro patre,
Propugnantem mori: aut quid dicemus honestum,
Pugnare quidem cum Hydra et leone
Missu Eurysthei, a meis vero liberis
Mortem non depellam? non igitur Hercules
Præclaris-victoriis-clarus, ut ante, dicar.

CHO. Justum *est* ut parentes adjuvent liberos
Et patrem senem, et participem nuptiarum.

AM. Tuum quidem *est*, O fili, amicis esse amicum
Et inimicos odisse: sed ne nimium festines.

HER. Quid vero in his, O pater, citius fit, quam conveniat?

AM. Multos pauperes, sed qui sermone divites
Videntur esse, auxiliarios habet Rex,
Qui seditionem concitarunt et perdiderunt civitatem
Propter rapinas proximorum, res enim familiaris eorum
Sumptibus profusa est, negligentia aufugiens.
Conspectus es accedens ad urbem: postquam vero conspectus es, vide,
Ne congregatis inimicis, præter opinionem tuam pereas.

HER. Non est mihi curæ, etiamsi tota me civitas viderit:
Conspicatus autem avem quandam in sedibus inauspicatis,
Intellexi aliquam calamitatem incidisse in domum:
Itaque de industria clam ingressus sum terram.

AM. Recte accedens nunc saluta lares,
Et paternis Diis da tuum vultum ut videant.
Ipse enim veniet, tuam uxorem et liberos
Tracturus, interfecturus, et me una mactaturus, rex.
Manenti vero hic omnia tibi succedent,
Et lucrifacies securitatem; et urbem tuam
Non prius turbaveris, quam hoc bene confeceris, O fili.

HER. Faciam ista; recte enim dixisti: vado intra domum.
Tandem autem reversus ex sole-carentibus recessibus
Plutonis sponsæ sub terra *degentis*, non dedignabor
Primum deos domesticos salutare.

AM. Verene igitur descendisti in domos Plutonis, O fili?

HER. Quinetiam belluam tricipitem in lucem eduxi.

AM. Pugna victam, an munere deæ?

HER. Pugna: fortunatus autem fui qui viderim sacra sacerdotum.

AM. Estne in ædibus Eurysthei hæc bellua?

HER. Nemus Chthoniæ, et civitas Hermion ipsam habet.

AM. An non scit Eurystheus te rediisse in terram?

HER. Non scit: veni ut scirem prius quomodo se hic res haberent.
AM. Quomodo vero tamdiu fuisti sub terra?
HER. Reducens Theseum, ab inferis cunctatus sum, O pater.
AM. Ubi vero *is* est? utrum ivit *in* solum terræ patriæ?
HER. Ivit Athenas, gaudens se fugisse ex locis subterraneis.
Sed eja, sequimini patrem, O liberi in domum.
Introitus profecto amœnior exitu
Adest vobis. Quare fiduciam habeatis,
Et rivos oculorum ne amplius effundatis,
Tuque, O mea conjux, animum recollige,
Et desine tremiscere, et meas vestes dimitte:
Non enim *sum* alatus, neque fugere cupio amicos.
(Ah) non dimittunt hi, sed pendent *ex* vestibus
Tanto magis; adeo in acie periculi stetistis.
Ducam capiens; hos autem scaphulas manibus,
Sicut Navis attraham: etenim non recuso
Curam liberorum: omnes homines *in hoc sunt* æquales.
Amant *enim* liberos et *illi* qui *sunt* præstantissimi mortalium,
Et *illi*, qui nihil sunt. Opibus autem inter se differunt:
Alii habent, hi vero non: omne autem genus amans prolis.
CHO. Juventus *est* mihi gratum aliquid; senectus vero onus semper (*str.* 1.)
Gravius scopulis Ætnæ supra caput jacet,
Palpebris fuscum pallium prætendens.
Ne mihi nec Asiatici
Regni opes sint,
Nec auri domus plena
Ut *hæc* pro Juventute accipiam!
Quæ pulcherrima quidem in divitiis,
Pulcherrima etiam *est* in paupertate.
Molestam enim effætamque senec-
tutem odi: sub fluctus autem
Peritura vadat! Debuit nunquam
Ad ædes hominum et civitates
Venire, sed in aere sem-
per alis ferri.
Si vero Diis esset prudentia et sapientia, erga homines (*ant.* 1.)
Haberent geminam Juventutem, manifestum signum
Virtutis, quibus *virtus* adesset, et morientes
Ad splendores solis iterum
Irent geminos cursus,

Sed degeneres simplicem
Haberent vitæ rivulum.
Et hoc *modo* et malos
Et bonos cognoscere *liceret*,
Œque ac in nubibus stella-
rum numerus nautis *est notus*.
Nunc vero nulla a Diis nota
Certa est bonorum et malorum,
Sed æstuans quoddam æ-
vum auget solum divitias.
Non cessabo Gratias (*str.* 2.)
Cum Musis commiscere,
Jucundissima conjunctione.
Ne vivam Musarum expers,
Sed semper inter coronas verser!
Poeta etiam senex
Celebrat adhuc Mnemosynen:
Adhuc Herculis
Triumphale carmen canam
Tum apud Bacchum largitorem vini
Tum apud Chelyos septem fides habentis
Strepitum et tibiam Libycam:
Nondum tacebimus
Musas, quæ me choris erudierunt.
Pæana quidem Deliades (*ant.* 2.)
Hymnis portas circum
Felicem prolem Latonæ
Circumeunt pulchro in throno sedentem:
Pæanas etiam in tuis atriis,
Sicut cygnus, senex cantor
Ex canis genis
Sonabo: quod enim bonum
Sospes hymnis est
Filius Jovis: nobilitatem enim
Longe superans * * *
Laboribus suis tranquillitatem hanc
Vitæ dedit mortalibus
Domans ferarum terrores.

LYC. In tempore extra domum, egreditur Amphitryo:
Tempus jam longum *est*, ex quo vestibus
Et ornatu mortuorum corpus induimini.
Sed age, liberos et uxorem Herculis
Jube extra has sedes apparere,
Quia promisistis vos ultro morituros.

AM. O rex, insectaris me miserum,

Ac insuper præter meorum mortem afficis contumelia:
Quibus oportebat te modice, etiamsi imperium habes, studere.
Quoniam vero mortis necessitatem nobis imponis,
Necesse *est* boni consulere, facienda vero, quæ tibi videntur.
LYC. Ubinam est Megara? ubi proles filii Alcmenæ?
AM. Videtur mihi, quantum foris stans possum conjicere—
LYC. Quam rem opinionis hujus habes argumentum?
AM. Supplex sedere ad sanctas sedes laris.
LYC. Frustra supplicans ut conservet vitam.
AM. Et frustra vocat mortuum maritum.
LYC. Ille vero non adest, neque veniet unquam.
AM. Non, nisi deus aliquis excitaverit eum.
LYC. Vade ad eam, et e domo ducas.
AM. Particeps essem cædis, si facerem hæc.
LYC. Nos, siquidem hoc tibi religioni est,
Qui sumus extra terrores, educemus
Liberos cum matre. Huc sequimini, famuli,
Ut otium tandem videamus libentes ex laboribus.
AM. Tu igitur eas, vadis autem, quo æquum est; alia vero fortassis
Alteri curæ erunt. Expecta autem, cum male feceris,
Te *quoque* malum aliquod passurum. O senes, ad certamen
It, plagarum vero laqueis stringetur
Ensiferis, qui sperat se proximos interfecturum
Pessimus. Ibo autem, ut videam mortuum
Cadentem; affert enim voluptates moriens vir
Inimicus et persolvens pœnas factorum.
SE. 1. Mutatio malorum *fit*: qui magnus rex antea erat (*str.* 1.)
Iterum flectit vitam ad Plutonem.
O! Justitiam et Deorum fatum refluens!
SE. 2. Venisti sero quidem eo, tibi morte pœnas lues,
Qui te præstantiores injuriis afficiebas.
SE. 1. Gaudia lacrymarum dederunt *mihi* rivulos: (*str.* 2.)
Venerunt rursus, quæ prius nunquam animo
Speravit se passurum dominus *hujus* terræ.
SE. 2. Sed, O senex, quid intra domum fiat
Videamus, si quis rem agit, ut ego cupio.
LYC. Hei mihi, mihi! (*ant.* 1.)
SE. 1. Incipit hoc carmen mihi auditu
Jucundum in ædibus: mors non procul *abest.*
Clamat gemens prooemium cædis rex.
LYC. O tota Cadmi terra, dolo pereo.
SE. 2. Etenim *alios* perdidisti: vicissim igitur pœnas persolvens

Perfer, facinorum pœnas luens.
SE.1. Quis, mortalis existens, Deos polluens injustitia (*ant.* 2.)
Stultum sermonem contra beatos cælites effutit,
Quod dii nihil possint?
SE.2. Senes, non est amplius impius vir.
Tacent atria: ad choros nos vertamus:
Amici enim, quos volo, felices sunt.
CHO. Choreæ, choreæ et convivia agantur (*str.* 1.)
Thebarum per sacram urbem.
Mutationes enim lacrymarum,
Mutationes fortunæ
Peperunt cantus.
Abiit novus ille rex, ille vero prior
Regnat, Acherontio portu relicto:
Venit lætitia præter opinionem.
Dii, Dii haud dubie impios et (*ant.* 1.)
Pios animadvertunt.
Aurum et felicitas
Homines incitat meditari,
Potentiam (invictam) afferens.
Temporis enim non sustinens vicissitudinem respicere,
Sed legem negligens, et iniquitati obtemperans:
Fregit insignem opulentiæ currum.
Ismeno serta gere, (*str.* 2.)
Et nitidi urbis septem-portas-habentis,
Vici, saltate.
Et Dirce pulchre-fluens,
Et una, Nymphæ Asopicæ,
Ite patris *Asopi* aqua relic-
ta * ut simul canatis
Nymphæ Herculis
Præclara-victoria decorum certamen: O
Pythii nemorosa rupes
Et domus Musarum Heliconiadum,
Venite læto *cum* strepitu
*In* meam urbem, et meos muros,
Ubi satorum *hominum* genus apparuit,
Agmen armatorum, quod terram
Liberorum liberis permutat,
Sacrum lumen Thebis.
O lectorum duo cognata (*ant.* 2.)
Cubilia, Mortales et
Jovis, qui venit ad cubile
Nymphæ Perseidis: et
Credibilis mihi jam vetus
Concubitus, O Jupiter,

Præter spem apparuit,
Tempus vero ostendit splendidam
Virtutem Herculis:
Qui ex penetralibus terræ rediit,
Relicta domo infernali Plutonis.
Melior mihi est qui nascitur Rex,
Quam Ignobiles domini.
Quod nunc intueri copiam dat
Ensiferorum in certaminum
Contentione, si Justitia
Diis adhuc placet.
Hem, hem.
An in idem discrimen timoris venimus,
Senes, quale spectrum video supra domum?
Fuga, fuga
Segnem ex solo tolle pedem, e medio abi.
O rex Apollo,
Averruncus sis mihi malorum.
IRIS. Animum recipite, videntes filiam hanc Noctis
Lyssam, O senes, et me Deorum ministram,
Iridem: nullum enim urbi venimus damnum,
Sed militamus adversus domum unius viri,
Quem Jovis et Alcmenæ filium esse dicunt.
Nam priusquam absolveret dura certamina,
Fatum ipsum servavit, neque permisit pater
Jupiter ei malefacere neque me, neque Junonem unquam.
Sed postquam confecit labores Eurysthei,
Juno vult novam cædem ei affigere,
Interficienti liberos, et ego assentior.
Sed age, inexorabile cor assumens,
Noctis obscuræ innupta virgo,
Insaniam in virum hunc et interfectricem filiorum
Mentis perturbationem et pedum saltationem
Injice, commove, cruentum immitte funem,
Ut, transmissa per Acherontium fretum
Illa pulchra liberorum corona propria cæde,
Cognoscat qualis in ipsum sit Junonis ira,
Et discat meam: alioqui dii nihil,
*Res* vero mortalium erunt magnæ, si pœnas *iste* non dat.
LYS. Ex generoso quidem patre et matre
Nata sum, ex Nocte et Cœli sanguine:
Honores vero hos habeo, ut non gaudeam amicis,
Neque lætor vadens adversus homines amicos:
Sed admonere, priusquam errantem *te* videam,
Junonem teque volo, si obtemperaveritis meis verbis.
Vir hic non *est* obscurus, neque in terra,

Neque inter Deos, in cujus domum me mittis:
Regiones autem inaccessas et ferum mare
Cum pacarit, solus *in integrum* restituit Deorum
Honores, ab impiis viris labefactatos:
Itaque tibi suadeo ut gravia mala non cupias.

IRIS. Ne tu Junonis et mea consilia arguas.

LYS. In optimam semitam pro mala te duco.

IRIS. Conjux Jovis non misit te huc ut moderate agas.

LYS. Solem testor me facere, quæ non cupio facere.
Si igitur me Junoni tibique inservire necesse est
Celeriter et cum impetu *te* sequi, ut venatorem canes *sequi solent,*
Vado: neque pontus adeo violenter fluctibus ingemiscens,
Neque terræ motus, et fulminis impetus dolores spirans,
Ut ego curram in pectus Herculis,
Et rumpam tecta, et domum injiciam,
Interficiens primum liberos: qui vero occidet nesciet
Liberos se, quos genuit, occidere, priusquam liberatus fuerit a mea rabie.
En ecce: et jam quatit caput a carceribus,
Et distortos truculentos oculos tacite volvit.
Anhelitum vero moderatur, ut taurus sub impetum,
Mugit vero dira, invocans Furias Tartari.
Ego te mox magis incitabo et terrore personabo.
Vade in Olympum, O Iri, tollens generosos pedes:
In ædes vero nos invisibiles penetrabimus Herculis.

CHO. Ototototoi! Gemite: detondetur
Tuus flos, O civitas, filius Jovis.
Infelix *es O* Græcia, quæ benefactorem
Amittes, perdes Lyssæ furoribus
Agitatum internis.
Discessit in curru *vecta* hæc multorum gemituum autor,
Equis autem subdit stimulos,
Velut in perniciem noctis Gorgon
Centicipitibus
Serpentum sibilis, Lyssa ardens oculos.
Cito Deus commutavit felicem,
Celeriter vero *animam* expirabunt a patre liberi.
O me infelicem! O Jupiter, tuum
Genus statim sine liberis *erit*
Lyssæ autem *eum* crudelis, sævæ vindictæ
Malis affligent.
O domus!
Inchoat choream sine tympanis,
Non grata thyrso Bacchico

O domus!
Inter cædes, non ad Bacchicam
Libationem cum racemorum poculis.
Fuga, liberi, abite: hostile hoc,
Hostile carmen accinitur.
Ducitque persecutionem liberorum:
Non sine effectu in sedibus Lyssa bacchabitur.
Heu heu, mala!
Heu heu profecto quam lugeo senem
Patrem et liberorum nutricem, cui frustra
Liberi gignuntur.
Ecce! ecce!
Turbo concutit domum, concidit tectum:
Æ! æ! quid agis, O fili Jovis, in sedibus?
Perturbationem tartaream ut
Olim Pallas, adversus Enceladum in domum mittis.

NUN. O senio cana corpora—
CHO. Quo clamore me vocas?
NUN. Atrocia *sunt*, quæ in sedibus *fiunt*.
CHO. Vatem alium non arcessam.
NUN. Mortui sunt liberi. Heu heu!
Lugete, quia lugubria: diræ cædes,
Diræ etiam parentum manus.
Nemo posset majora dicere, quam passi sumus.
CHO. Quomodo liberis lamentabilem noxam noxam
Patris edis?
Dic, quomodo venerint divinitus in
Domum hæc mala, et miseri
Casus liberorum.
NUN. Sacra quidem erant ante Jovis aram
Ad lustrationem sedium, postquam cæsum *hujus* terræ regem
Ejecit *ex* his sedibus Hercules:
Chorus autem liberorum formosus adstabat,
Et pater et Megara; Canistrum vero jam circum
Aram ferebatur, voce vero favebamus.
Cum autem torrem manu dextra laturus esset,
Filius Alcmenæ, ut intingeret in aquam lustralem,
Constitit tacitus; et cum cunctaretur Pater,
Filii advertebant oculos: ille vero non jam idem erat,
Sed oculorum distortione deformatus,
Radicesque in oculis sanguineas extus vertens,
Spumam in bene-comatam genam exstillabat.
Dixit autem cum risu furioso:
Pater, quid sacra facturus accendo, priusquam interfecerim Eurystheum,

Ignem lustralem, et duplicem laborem habeo,
Cum liceat mihi una opera ista rite conficere?
Quum autem huc attulero caput Eurysthei,
Propter præsentes mortuos expiabo manus.
Effundite fontes, et abjicite canistra e manibus.
Quis mihi dat arcum? quis arma manus?
Ad Mycenas vado: oportet capere
Vectes et ligones, ut sedes Cyclopum,
Rubra regula et cælis aptatas,
Curvo ferro evertam urbem.
Postea discedens, cum non haberet currum, habere se
Dicebat, et ascendit in summam sedem currus,
Et verberabat *eam*, manu tanquam stimulo verberans.
Duplex vero ministris erat risus metusque simul.
Et quidam hoc dixit, alius in alium intuitus:
Ludit nobiscum dominus an furit?
Ille vero gradiebatur sursum et deorsum in domo,
Veniens vero in medium conclave virorum, *in* civitatem Nisi
Venire se dicebat, ingressus intra aggerem.
Recumbens autem in solo, quasi illic *esset*, parat
Epulas: sed breve tempus moræ agens,
Dicebat se accedere ad rupes nemorosas Isthmi.
Et ibi nudum corpus a chlamyde faciens,
Cum nemine certabat, et *tamen* renunciabatur
Ipse a se victor, nullius *a se victi*
Nomen proferens. Dira vero Eurystheo minans,
Erat Mycenis ut aiebat: pater autem illius
Attingens validam manum, sic alloquutus est:
O fili, quid pateris? quis *est* hic modus peregrinationis
Hujus? nunquid dementavit te cædes mortuorum,
Quos modo interfecisti? Ille vero ipsum pro Eurystheo existimans
Patrem formidantem supplicem manum attingere,
Repellit, apparat autem promptam pharetram
Et arcum suis liberis, ipsos Eurysthei *liberos*
Interficere se putans. Illi vero metu consternati,
Ruebant alius alio, sub vestes quidem alius
Miseræ matris, alius vero sub umbram columnæ,
Alius sub aram, sicut avis, trepide fugit.
Mater autem clamat: O genitor, quid agis? liberos
Occidis? clamat etiam senex et turba ministrorum.
Ipse vero insequens puerum circa columnam,
Diram choream adversus pedem *pueri* stans,
Ferit in hepar: supinus vero lapideas
Columnas irrigavit, expirans vitam.

Ille vero jubilavit et gloriabundus hæc protulit:
Unus quidem hic pullus Eurysthei mortuus,
Pœnam persolvens paternæ inimicitiæ, jacet mihi.
Arcum vero in alterum intendit, qui ad altaris
Crepidinem trepidans confugerat, sic latiturum se sperans.
Prævenit autem ad genua patris accidens,
Et manu ad mentum et collum extensa,
O charissime, inquit, pater, ne me occidas;
Tuus sum, tuus filius: non perdes Eurysthei filium.
Ille vero truces oculos *ceu* Gorgonis habens,
Ut puer stetit intra jactum tristis sagittæ,
Ceu faber ferrarius, supra caput rejiciens
Lignum demisit in flavum caput pueri,
Fregit autem ossa. Cum vero secundum filium interfecisset,
Vadit tanquam tertiam victimam mactaturus supra duos.
Sed antevertit eum intra domum misera
Eripiens mater, et claudit portas.
Ille vero quasi jam ad ipsos Cyclopicos *muros* esset,
Fodit, vectibus movet fores: et excussis postibus,
Uxorem et filium uno telo prostravit.
Inde properar ad necem senis:
Sed venit imago, ut cerni videbatur,
(Pallas manu vibrans hastam supra cervicem *Virgo*.)
Et jecit saxum in pectus Herculis,
Quod prohibuit ipsum a furiosa cæde, et in somnum
Immisit: cecidit autem in solum, ad columnam
Tergum allidens, quæ in ruina tecti
Disrupta jacebat super crepidinem.
Nos vero liberantes a fuga pedem,
Una cum sene et vincula ferentes laqueo
Alligavimus ad columnam, ut, finito somno,
Nihil præter *jam* patrata faceret.
Dormit autem ille miser somnum non felicem,
Occisis liberis et uxore. Ego quidem
Haud scio, quisnam mortalium *sit* infelicior.
CHO. Cædes erat, quam celebrat terra Argolica,
Tunc quidem celeberrima et incredibilis,
Græciæ filiarum Danai:
Hæc vero *mala* superarunt, *et* cursu præterierunt mala illa.
Misera cognata cæde Prognes unici filii
Cædem a Musis dicere possem:
Tu vero tres filios quos genuisti, O infelix,
Rabioso confecisti fato.
Quibus quem gemitum
Aut luctum, aut defunctorum carmen, aut Plu-

tonis chorum resonabo?
Heu heu!
Videte, bifariam claustra panduntur,
Altarum ædium.
Heu me!
Videte miseros istos liberos ante patrem
Miserum jacentes,
Qui dormit gravem somnum seorsim a strage.
Circa autem vincula et ex multis laqueis compacta nodorum
Retinacula circa corpus Herculis hæcque lapideas alligata circa columnas ædium.
Hic vero, veluti avis gemens implumem
Partum liberorum, senex tardo pede,
Acerbum iter conficiens, adest hic.
AM. Senes Thebani, non tacite, tacite somno resolutum sinetis oblivisci malorum?
CHO. Et te gemo lacrymis, senex, et
Liberos et præclaris-victoriis insignem virum.
AM. Longius abscedite, ne
Strepitum faciatis, ne
Clametis, ne tranquille agentem et somniculosum
*Ex* somno excitetis.
CHO. Heu me! quanta hæc *est* cædes!
AM. Ah ah! me perdetis: iratus vultum attollit.
Non tacitam lamentationem plorabitis O senes?
Ne excitatus vinculis ruptis, perdat civitatem,
Perdat patrem et domum dejiciat.
CHO. Impossibile impossibile mihi *hoc*.
AM. Tace: spirationem considerabo; age, aurem admovebo.
CHO. Dormit? AM. Sane quidem, dormit somnum execrandum, qui uxorem interfecit, *qui* interfecit etiam liberos, arcus
Stridore conficiens.
CHO. Geme nunc—
AM. Gemo. CHO. Mortem liberorum.
AM. Hei mihi. CHO. Ob filium tuum.
AM. Ah, ah! CHO. O senex— AM. Tace, tace;
Rursus excitatus se volutat: age,
Corpus occultatum sub atrio tegam.
CHO. Confide: nox habet palpebras filii tui.
AM. Videte videte.
Lucem (quidem) relinquere in
Malis non

Fugio miser; verum si me qui sum pater interficiat,
Ad mala autem mala addet,
Et præter furias habebit cædem cognatam.
CHO. Tunc te mori opportuit, quando conjugi tuæ
Cædem fratrum ulturus eras
Eversa insulari urbe Taphiorum.
AM. Fuga, fuga, senes, procul ab ædibus
Currite, fugite furio-
sum virum excitatum.
Mox cædem alteram ad cædem addens
Baccabitur per urbem Thebanorum.
CHO. O Jupiter, quare odisti adeo immodice filium
Tuum, et induxisti in mare hoc malorum?
HER. (Hem.) Spiro quidem et video, quæ me oportet,
Aerem et terram et radios hosce solis:
Ut in tempestatem et mentis perturbationem
Incidi gravem, et spiritus ferventes duco,
Sublimiter, non æqualiter, ex pulmonibus.
Eheu, quid vinculis, ceu navis, devinctus,
Juvenilem thoracem et brachium
Adsum ad fractam lapideam columnam?
Sedeo vicinas mortuis sedes habens.
Alatæque sagittæ et arcus sparsi sunt humi,
Quæ antea meis brachiis adjuncta
Servabant latera, et a me servabantur.
Numnam redii iterum ad inferos
Eurysthei jussu reciprocam viam profectus?
At neque Sisypheum intueor saxum
Neque Plutonem, neque sceptra filiæ Cereris.
Obstupui certe: ubinam sim ignoro?
Eheu! quis prope, vel procul est meorum amicorum,
Qui meæ ignorantiæ medeatur?
Nihil enim certo agnosco consuetorum.
AM. Senes, num ibo prope mea mala?
CHO. Et ego tecum, non prodens calamitates.
HER. Pater, quid ploras, et tegis oculos,
A charissimo filio tuo longe discedens?
AM. O fili! es enim meus, tametsi infelix sis.
HER. Quid vero ego mali patior, quamobrem plores?
AM. Quæ si quis vel Deorum pateretur, gemeret.
HER. Magnum sonans vox est, sed casum nondum dicis.
AM. Vides enim ipse, si jam mentis es compos.
HER. Dic, si quid novi criminis vitæ meæ intentas.
AM. Si non amplius Ditis famulus es, dicam.
HER. Papæ! ut hoc suspectum obscure dixisti iterum!
AM. Et te jam considero, an constanter animi compos sis.

HER. Atqui non memini me mente captum fuisse.
AM. Senes, solvamne vincula filii, aut quid agam?
HER. Dic etiam eum, qui ligavit: moleste enim *hoc* ferimus.
AM. Tantum scias malorum: cætera vero omitte.
HER. Sufficitne enim silentium, ut discam quæ cupio?
AM. O Jupiter hæc videsne a sede Junonis *profecta*?
HER. An aliquid ab illa mali passi sumus?
AM. Missa Dea, cura tua mala.
HER. Periimus! quam calamitatem dices?
AM. Ecce, aspice liberorum cadavera hæc.
HER. Heu me! quale spectaculum video miser?
AM. Infelix, O fili, bellum studiose fecisti liberis.
HER. Quid bellum narras? quis perdidit hos?
AM. Tu et arcus tuus et deorum quisquis *est* autor.
HER. Quid ais? quid feci? O pater mala nuncians.
AM. Insaniens: quæris autem miserabilem narrationem.
HER. An et uxoris meæ sum ego interfector?
AM. Hæc omnia *sunt* unius manus tuæ facinora.
HER. Heu, heu! circumdat enim me nubes luctuum.
AM. Propter hæc deploro tuas calamitates.
HER. An etiam confregi meam domum, ut furore percitus?
AM. Haud scio, præter unum *hoc*, omnia tua *sunt* infelicia.
HER. Ubi vero furor nos invasit? ubi perdidit?
AM. Quum ad aram manus expiabas igne.
HER. Heu me! quid igitur parco vitæ meæ,
Cum factus sum interfector meorum charissimorum liberorum,
Nec ad politi saxi saltus eo,
Aut gladio in hepar adacto,
Vindex fiam sanguinis liberorum?
Aut carnem meam cremans igni,
Infamiam vitæ, quæ me manet, repellam?
Sed impedimento mihi letalium consiliorum
Venit Theseus hicce, cognatus et amicus meus.
Conspiciemur *ab eo, et* cæsorum liberorum piaculum
Veniet in conspectum charissimi meorum hospitum.
Hei mihi! quid faciam? ubi malorum solitudinem
Inveniam! alarusne, an subter terram vadens?
Age, vestibus tenebras offundam capiti.
Pudet enim me scelerum quæ patravi,
Et piacularem oculum injiciens,
Nullo malo-afficere volo harum rerum innocentes.
THE. Venio cum aliis, qui ad fluenta Asopi
Armati juvenes terræ Atheniensium manent,
Tuo filio, O senex, hastam auxiliatricem ferens.
Venit enim fama in urbem Erechthidarum,

Quod Lycus occupato sceptro hujus regionis
Ad bellum et pugnam contra vos processit.
Ut enim referrem gratiam pro beneficiis, quæ in me contulit ultro Hercules
Quod me salvum ex inferis reduxerit, veni, si quid opus sit, O senex,
Vobis, aut manu mea, aut sociis.
Hem: quare solum repletum est cadaveribus hisce?
Num frustratus sum, et malis recentibus
Posterior veni? quis liberos hos occidit?
Cujus *viri* conjugem hanc existentem aspicio?
Non enim in acie steterunt pueri,
Sed aliquod aliud novum malum invenio.
AM. O qui tenes collem oliviferum * *
THE. Quamobrem me vocas miserabili isto prooemio?
AM. Passi sumus gravia mala a diis.
THE. Quinam *sunt* hi pueri, propter quos ploras?
AM. Meus quidem miser filius genuit *eos*,
Sed postquam genuit, interfecit, funestam cædem facere ausus.
THE. Bona verba quæso.
AM. Volentes jubes.
THE. O quam indigna dixisti.
AM. Periimus, sublati in aerem.
THE. Quid ais? quid faciens?
AM. Furioso certamine in furorem actus
Venenis Hydræ habentis-centum-capita.
THE. Hoc *est* quoddam maleficium Junonis: quis autem hic non mortuus, O senex?
AM. Meus, meus hic filius, ærumnosus ad bellum,
Quod ad Gigantum stragem venit cum diis Phlegræum in campum scutatus.
THE. Heu heu! quis vir adeo est infelix!
AM. Non facile cognosces alium
Miseriorem hominem et magis errabundum.
THE. Cur vero tegit miserum caput veste?
AM. Quia reveretur tuum conspectum et
Amicitiam cognatam
Cædemque filiorum.
THE. Atqui una doliturum nacta sunt: detege eum.
AM. O fili, dimitte ab oculis
Vestem, rejice, ostende faciem soli:
Altitudinem animi lacrymas cohibentem revoca.
Supplico ad tuum
Mentum et genua, et manum advolutus,
Et canas lacrymas emittens.

O fili! co-
hibe animum sævi leonis, ne
Cursum ad letiferum, impium instigeris,
Mala volens malis addere, O fili.
THE. Age: Te, qui sedes miseram sessionem,
Jubeo, amicis vultum tuum ostendere.
Nulla caligo enim adeo nigram nubem habet,
Quæ malorum tuorum calamitatem possit occultare.
Cur mihi protendens manum fugere significas?
Ne me piaculum tuorum alloquiorum feriat?
Nihil recuso tecum infelix esse:
Etenim fui aliquando felix: illuc *mens est referenda*,
Quum me salvum ex inferis in lucem eduxisti.
Odi enim gratiam amicorum senescentem,
Et *eum*, qui bonis quidem *rebus* frui vult,
Sed non una navigare cum amicis calamitosis.
Surge, detege miserum caput,
Intuere nos. Quicunque mortalium generosus est,
Casus deorum fert, nec recusat.
HER. O Theseu, vidistine hanc stragem meorum liberorum?
THE. Audivi, et videnti mala indicas.
HER. Cur igitur meum caput detexisti soli?
THE. Quid ni? polluisne Deos, cum sis homo?
HER. Fuge, O miser, impiam contagionem meam.
THE. Nullum contagium amicis ab amicis.
HER. Laudo; quod autem tibi benefecerim non inficior.
THE. Ego vero cum beneficio sim a te tam affectus misereor nunc tui.
HER. Miserandus enim sum, qui occiderim meos liberos.
THE. Lamentor tua causa ob alias calamitates.
HER. Invenistine alios in majoribus *positos* malis?
THE. Mera infra cœlum infelicitas est.
HER. Ergo parati sumus mori.
THE. Putasne tuas minas Diis aliquo modo curæ fore?
HER. Deus *est* arrogans: et ego, erga Deos.
THE. Comprime os: ne superba loquens, majora patiaris.
HER. Plenus sum jam malorum, neque est amplius locus ali malo.
THE. Quid igitur facies? quo iratus feraris?
HER. Mortuus, sub terram vadam, unde veni.
THE. Dixisti verba hominis vulgaris.
HER. Tu vero, cum extra calamitatem sis, me mones.
THE. Hercules quæso ista dicit qui tam multa jam passus est?
HER. Nequaquam tanta, si metienda sunt mala.
THE. Benefactor hominum et magnus amicus?
HER. Illi vero nihil juvant me, sed vincit Juno.

THE. Non patietur Græcia *te* per imperitiam mori.
HER. Audi nunc, ut verbis contendam
Contra tuas admonitiones: explicabo autem tibi,
Non vivendum mihi neque nunc, neque antea fuisse.
*Nam* primum quidem ex eo natus sum, qui occiso
Sene patre matris, cum esset cæde pollutus,
Duxit Alcmenam quæ me peperit.
Cum autem fundamentum generis non jactum est
Recte, necesse est infelices esse liberos.
Jupiter vero, quicunque ille sit Jupiter, genuit me inimicum
Junoni: (Tu tamen ne quid moleste feras, O s ene:
Nam te judico patrem ego pro Jove.)
Et cum adhuc lactarem, truculentos serpentes
Clam immisit in cunabula mea
Conjux Jovis, ut periremus.
Postquam vero carnis amictum adeptus sum
Pubescentem, labores, quos pertuli, quorsum attinet me referre?
Quales nam aut leones, aut tri-corpores
Typhones, aut Gigantes, aut quadrupedes *feras*,
Prælium Centauris refertum non confeci?
Et utrinque habentem capita et repullulantem canem
Hydram interfeci, et infinitorum aliorum laborum
Greges percurri, et ad inferos perveni,
Plutonis janitorem canem tricipitem in lucem
Ut educerem, Eurysthei jussu.
Postremam vero cædem hanc miser sustinui *patrare*,
Liberis cæsis, domum ut coronarem malis.
Venio autem in eam necessitatem: ut neque in meis charis
Thebis habitare fas *sit*: si vero maneam,
Ad quod templum, aut cœtum amicorum
Ibo? nec enim Atas affabiles habeo.
Sed Argos proficiscar? quomodo, siquidem fugio patriam?
Age, an in aliam aliquam civitatem me conferam?
At postea limis oculis aspiciemur utpote noti,
Linguæ amaris stimulis exagitati:
Nonne hic *est filius* ille Jovis, qui filios olim interfecit
Et uxorem? an non ex hac terra in malam rem abibit?
At viro, qui aliquando dicebatur beatus
Acerba *est* mutatio: at cui semper male
Est, nihil dolet, qui miserias habet cognatas.
Ad hanc autem calamitatem venturum me aliquando puto:
Etenim tellus mittet vocem, interdicens mihi

Ne attingam terram, et mare ne trajiciam,
Et fontes fluminum, et eum qui rotatur
Ixionem, in vinculis, imitabor.
Et hoc *est* optimum, ut nemo Græcorum me videat,
Inter quos bona fortuna utentes, eramus beati.
Quid igitur opus est me vivere? quod lucrum habebimus,
Si vitam inutilem habeamus?
Tripudiet igitur inclyta illa uxor Jovis,
Pulsans Olympii Jovis pedem sandalio:
Fecit enim voluntatem, quam voluit,
Virum in Græcia principem ab ipsis fundamentis
Sursum atque deorsum evertens. Talem Deam
Quis adoraret? quæ propter mulierem
Invidens thalamo Jovis, benefactores
Græciæ perdidit, qui extra omnem culpam sunt.
THE. Non est alterius Dei molimen istud,
Quam uxoris Jovis: hoc recte sentis.

* * *

Facilius *te* monere, quam *ipse* mala pati.
Nullus autem mortalium est illæsus a fortuna,
Neque deorum, si modo non *sunt* falsa poetarum carmina.
An non matrimonia inter se, quæ nulla lege *permittuntur*,
Contraxerunt? nonne propter tyrannidem vinculis
Patres ignominiose-affecerunt? et tamen habitant
Cœlum, et sua peccata tulerunt *æquo animo*.
Sed quid dices? si tu quidem, cum sis mortalis,
Nimium immoderate gemas *vitæ* casus, Dii vero non?
Thebas igitur relinque propter legem:
Sequere vero nos ad urbem Palladis,
Ibi purgatis tuis manibus a piaculo,
Dabo tibi domum et partem opum mearum.
Munera vero quæ habeo a civibus, servatis adolescentibus
Bis septem, interfecto tauro Gnossio,
Hæc tibi dabo: ubique vero regionis mihi
Agri sunt consecrati. Hi denominati
A te deinceps ab hominibus vocabuntur
Vivo: cum vero, mortuus ad inferos veneris,
Sacrificiis et lapideis tumulis,
Tota Atheniensium civitas *te* celebrabit.
Pulchrum enim civibus *est* ornamentum a Græcis
Gloriam consequi, virum bonum dum adjuvant.
Et ego tibi gratiam pro mea salute
Hanc referam: nunc enim es indigus amicorum.
Quando autem *aliquem* dii honorant, non opus est amicis.
Deus enim satis *est* ad juvandum, cum vult.

HER. Hei mihi! aliena enim sunt hæc a meis malis.
Ego vero Deos neque connubia illegitima
Amare puto, neque vincula manibus injicere,
Neque existimavi unquam, neque credam,
Alterum alterius dominum fuisse.
Nam Deus, qui quidem revera Deus sit, indiget
Nullius: poetarum *vero sunt* hæ miseræ fabulæ.
Et quanquam in calamitate sum, tamen cogitavi,
Ne timiditatis alicujus accuser, si relinquam lucem.
Quisquis enim calamitates nescit,
Mortalis existens, modo quo necesse est, ferre,
Is ne viri quidem telum poterit sustinere.
Fortiter-expectabo mortem: ibo autem in civitatem
Tuam, et gratiam habeo pro donis infinitam.
At gustavi jam labores innumeros:
Quorum nihil recusavi, neque ab oculis
Stillavi *lacrymarum* fontes, neque putavi me unquam
Eo perventurum, ut emitterem ex oculis lacrymas.
Nunc vero, ut apparet, fortunæ serviendum *est.*
Esto: O senex, vides meum exilium,
Vides etiam me proprium-interfectorem meorum liberorum.
Hos manda tumulo et orna cadavera
Lacrymis honorans, lex enim me non sinit:
Admovens ad pectus matris, et dans in ulnas,
Conjunctionem miseram, quam ego miser
Invitus perdidi. Postquam vero terra mortuus occultaveris,
Habita hanc urbem, misere quidem, sed tamen
Coge animum ad ferendum mecum una mea mala.
O liberi, qui procreavit et tuebatur vos pater
Perdidit, neque fructum percipitis ex meis honestis,
Quæ ego comparavi, ex laboribus per vim
Gloriam vobis, honestum ex patre fructum.
Teque non similiter, O misera, perdidi,
Ut tu fideliter servasti meum thalamum,
Longam domus custodiam in ædibus tolerans.
Heu meam uxorem et liberos! heu me!
Quam misere egi, et jam avellor
A liberis, et uxore. O acerbæ osculorum
Delectationes, et tristis societas horum armorum!
Dubito enim, utrum hæc retinere, an dimittere debeam,
Quæ ad latus meum accidentia hæc dicent:
Nobis perdidisti liberos et uxores: habes nos
Liberorum-interfectores tuorum: deinde ego ulnis ea

Ne attingam terram, et mare ne tra
Et fontes fluminum, et eum qui rot
Ixionem, in vinculis, imitabor.
Et hoc *est* optimum, ut nemo Gr
Inter quos bona fortuna utentes,
Quid igitur opus est me vivere?
Si vitam inutilem habeamus?
Tripudiet igitur inclyta illa ux
Pulsans Olympii Jovis pedem
Fecit enim voluntatem, quan
Virum in Græcia principem
Sursum atque deorsum ev
Quis adoraret? quæ prop
Invidens thalamo Jovis,
Græciæ perdidit, qui ex
THE. Non est alterius Dei m ...orum!
Quam uxoris Jovis: h
* * * ...stibus tuis.
Facilius *te* monere, q
Nullus autem morta ... loco filii.
Neque deorum, si n ... te ducam.
An non matrimoni ... alter infelix *est*.
Contraxerunt? no ... oportet comparare.
Patres ignominio ... *est* prole-felix.
Cœlum, et sua p ... videam liberos.
Sed quid dices? ... tium habens levior futu-
Nimium immo
Thebas igitur ... tus patris.
Sequere vero ... mihi grata sunt stude.
Ibi purgatis ... amplius memor es?
Dabo tibi d ... perpessus sum.
Munera ve ... matum, non laudabit.
Bis septem ... tibi laborum præmia pro-
Hæc tibi
Agri sun ... ille Hercules est?
A te dei ... malis apud inferos eras?
Vivo: c ... vir eram quovis inferior.
Sacrific ... me malis fractum esse?
Tota ... O senex. AM. Et tu, fili mi.
Pulch ... AM. Sed quis me, fili, se-
Glor
Et ... veniens? HER. Ubi sepelieris
Ha
Q ... usque a Thebis audiam.
L ... piacula, intus fer.

...s domum dedecore,
...e Theseum.
...otentiam, magis quam

# EURIPIDIS

## ELECTRA.

## DRAMATIS PERSONÆ.

COLONUS MYCENÆUS.

ELECTRA.

ORESTES.

PYLADES, (MUTA PERSONA.)

CHORUS.

CLYTÆMNESTRA.

SENEX.

NUNCIUS.

GEMINI, id est, CASTOR ET POLLUX.

# EURIPIDIS

## ELECTRA.

COL. O TERRÆ antiquus sermo, Inachi fluenta,
Unde quondam ducens navibus mille Martem
In agrum Trojanum navigavit Agamemnon Rex.
Interfecto autem qui regnabat in Iliaco solo
Priamo, captaque Dardani inclyta urbe,
In hanc *urbem* Argos rediit, excelsis autem in
Templis posuit spolia plurima barbarorum.
Et illic quidem rem feliciter gessit: in ædibus vero
Moritur uxoris Clytæmnestræ dolo
Et Ægisthi filii Thyestis manu.
Et ille quidem antiquis sceptris Tantali relictis,
Periit: Ægisthus vero terræ regnum obtinet,
Uxorem illius Tyndari filiam habens.
Quos vero domi reliquit, quum ad Trojam navigavit,
Maremque Orestem fœmineumque Electræ germen,
Hunc quidem patris senex nutritor surripit,
Orestem cum Ægisthi manibus jam prope esset ut moreretur,
Strophioque dedit in Phocensium agro alendum:
Hæc vero Electra in patris ædibus remansit,
Hanc postquam florens pubertatis tempus *ipsam* habuit,
Proci petebant Græcæ principes terræ.
Metuens vero, ne cui Argivorum liberos pareret,
Agamemnonis ultores, *eam* continebat domi
Ægisthus, nec ulli sponso despondebat.
Cum vero hoc etiam magni metus plenum esset,
Ne cui generoso *viro* liberos clam pareret,
Interficere ipsam statuit: * * crudelis autem mala
Mater ipsam servavit ex Ægisthi manu.
Quoad enim maritum occisum habebat speciosam causam,

Sed timuit ne liberorum cæde sibi conflaret invidiam.
Ob has igitur *causas* tale quid machinatus est
Ægisthus: qui quidem ex *hoc* agro discessit exul
Agamemnonis filius, aurum promisit *ei*, qui interfecerit *ipsum*,
Nobis vero jam dedit Electram ut *eam* habeamus
Uxorem, qui ex parentibus quidem Mycenæis
Nati sumus:—nec enim hac *in parte* redarguor:
Clari enim genere quidem *sumus*, pecuniis vero jam
Pauperes *sumus*, hinc Nobilitas perit:—
Ut, tenui dans, tenuem haberet metum.
Si enim ipsam habuisset dignitate præditus vir,
Sopitam excitasset Agamemnonis
Cædem, pœnasque Ægisthus tunc dedisset.
Quam *Electram* nunquam vir hicce, conscia est mihi Venus,
Cubili polluit: sed adhuc virgo manet.
Erubesco enim beatorum virorum liberos
Nactus violare *eos*, cum non sim dignus.
Deploro autem verbis affinitate junctum mihi
Miserum Orestem, si unquam, Argos reversus,
Nuptias sororis infelices aspiciet.
Quicunque vero me stultum esse dicit, quod cum recéperim
Juvenem virginem in ædes non attingam, *is*
Mentis pravæ regula se metiri
Continentiam sciat, seque talem esse.
ELE. O nox atra, aureorum astrorum mater,
In qua hoc vas huic incumbens capiti
Ferens fontes flumineos peto,
Non quidem quod ad tantam inopiam sum redacta,
Sed ut Ægisthi contumeliam ostendamus Diis,
Et lamentationes in amplam ætherem emitto patri.
Illa enim perniciosa Tyndaris, mater mea,
Ejecit me ex ædibus, gratificans marito *suo:*
Quia enim alios liberos apud Ægisthum peperit
Orestem et me alienos a domo ducit.
COL. Cur vero, O infelix, hæc *in* meam gratiam laboras,
Labores sustinens, prius delicate nutrita,
Et, hæc me jubente, non desistis?
ELE. Ego te Diis æqualem amicum duco:
In meis enim malis non insultasti contumeliose.
Magna vero mortalibus *est* felicitas, adversæ fortunæ
Medicum invenisse, ut ego te accipio.
Oportet igitur me vel injussam, pro viribus,
Labore te levantem, ut facilius feras,

Una tecum tolerare negotia; satis enim habes
Operum foris: domesticas vero *res* nos oportet
Parare: intranti enim operario
Ab extra jucundum *est res* domesticas invenire recte se habentes.
COL. Si igitur *ita* tibi placet, vade: etenim non procul *sunt*
Fontes ab ædibus hisce. Ego vero prima luce
Boves in arva agens, seminabo jugera.
Nullus enim ignavus, deos habens in ore,
Victum poterit colligere sine labore.
ORE. Pylades, te namque jam præ cunctis mortalibus ego
Fidum judico et amicum et hospitem mihi:
Solus enim ex amicis Orestem hunc colebas,
Utentem ea fortuna, qua utor, atrocia ab Ægistho passus,
Qui meum interfecit patrem, et perdita una
Mater. Venio nunc ex Dei Oraculis
*In* Argivum solum, nemine conscio,
Cædem interfectoribus patris mei redditurus.
Et hac nocte profectus ad tumulum patris
Lacrymasque dedi et primitias comæ *ei* obtuli,
Pyramque sanguine ovis jugulatæ imbui,
Clam tyrannis, qui tenent imperium hujus agri.
Et intra quidem muros non infero pedem,
Geminum vero molimen conjungens, veni
Ad fines terræ hujus, ut me recipiam pede
Aliam in regionem, si quis speculatorum me cognoverit
Et quærens sororem,—aiunt enim ipsam connubio
Junctam *hic* habitare, nec permanere virginem,—
Ut colloquar *cum ipsa*, et cædis sociam
Assumens quæ intra mœnia *gerantur* cognoscam liquido.
Nunc igitur, aurora enim candidum vultum extollit,
Extra semitam vestigium amoveamus.
Aut enim aliquis arator, aut aliqua mulier ancilla,
Apparebit nobis, quam interrogabimus,
An hæc loca soror incolat mea.
Sed, video enim hanc quandam ex Ancillis,
Aquæ fontanæ onus raso capite
Ferentem: sedeamus et interrogemus
*A serva* muliere, si quod forte verbum accipere possimus *de rebus*,
Ob quas, O Pylades, *in* hanc venimus terram.
ELE. Intende, tempus *est*, pedis impetum: (*str.* 1.)
Ingredere, ingredere, O, lamentans:
Hei mihi mihi!
Sum Agamemnonis
Filia, et me peperit Clytæmnestra,

Invisa Tyndari filia:
Vocantque me miseram
Electram cives.
Heu, heu, *propter* duros labores
Et vitam tristem!
O pater. Tu vero nunc in Plutonis *domo*
Jaces, *a* tua conjuge jugulatus
Et *ab* Ægistho, Agamemnon.
Age eundem excita luctum, (*mes.*)
Repete lacrymosam næniam.
Intende, tempus *est*, pedis impetum: (*ant.* 1.)
Ingredere, ingredere lamentans:
Io mihi mihi!
Qua *in* urbe, aut qua *in* domo, O
Miser, miser frater, servis
Calamitosam in thalamis relinquens
Paternis inter ærumnas
Acerbissimas sororem?
Venias horum malorum mihi
Miseræ liberator,
O Jupiter, Jupiter, patrique cædis
Odiosissimæ vindex, Ar-
gos appellens pedem vagum.
Depone hoc vas, meo a capite tol- (*str.* 2.)
lens, ut patri luctus nocturnos
Edam sub dio.
Vociferationem Iacchi carmen Plutonis:
O pater, luctus tibi sub terra *jacenti* cano,
Quibus semper quotidie
Indulgeo, charam
Unguibus lanians cervicem,
Manumque *in* caput rasum
Injiciens ob mortem tuam.
Ah ah! lacera caput: (*epod.*)
Ut autem quidam olor canorus
Flumineas ad undas
Patrem charissimum vocat,
Necatum dolosis laqueorum
Septis, sic te miserum
Patrem ego deploro,
Qui lavacris ultimis abluisti corpus, (*ant.* 2.)
In funestissimo lecto mortis.
Hei mihi, hei mihi
Tristem *propter* tuum ictum securis, pater,
Et *propter* tristem post Troicum * * iter cessationem!
Non mitris te conjux

Excepit, neque coronis:
Sed ensibus ancipitibus tristem
Ægistho contumeliam præbens,
Dolosum habuit maritum.

CHO. O Agamemnonis filia, (str. 3.)
Veni, Electra, ad tuam agrestem caulam.
Venit *enim* quidam, venit lactis-potator vir
Mycenæus montigavus.
Nunciatque, quod nunc in diem ter-
tiam promulgent sacrificium
Argivi, omneaque ad Ju-
nonem virgines sint conventuræ.

ELE. Nec vestitus nitore, O amicæ, (str. 4.)
Animum, nec ob aurea
Monilia elevor
Misera, nec choros statuens
Argivis cum nymphis
Flexuosum pulsabo pedem meum.
Lachrymis fleo, lachrymæque mihi curæ sunt
Miseræ quotidie.
Aspice meam squalidam comam
Et has scissuras mearum vestium,
Quod unquam Agamemnonis
Consenescat regnum,
Et res gestæ ad Trojam, quæ mei patris
Memor est *ab eo* quondam capta.

CHO. Potens *est* Dea: sed veni, (ant. 3.)
Et a me pretiosas vestes induendas mutuare,
Aureaque gratiis additamenta nitoris.
Putasne tuis lacrymis,
Non colentem Deos, te superio-
rem fore hostibus? non gemitu,
Sed votis deos vene-
rans habebis felicitatem, O filia.

ELE. Nullus Deorum clamores audit (ant. 4.)
Infelicis, neque vete-
res patris jugulationes.
Hei mihi *ob* eum qui periit
Tum etiam propter viventem erronem!
Qui alicubi terram aliam tenet
Afflictus errore delatus
Ad servilem larem,
Ex inclyto patre natus.
Ipsa vero in pauperibus sedibus
Habito tabescens animo,
Ab sedibus paternis exul,

Montanas inter rupes.
Mater vero in lectis cruentis
Cum alio nuptiis conjuncta habitat.
CHO. Multorum malorum Græcis causa fuit
Helena tuæ matris soror domuique tuæ.
ELE. Hei mihi, mulieres! omitto *jam* lamenta:
*Nam* peregrini quidam isti ædibus carentia
Cubilia habentes surgunt ex insidiis:
Fuga, tu quidem per viam, ego vero in ædes,
Viros maleficos vitemus pede.
ORE. Mane, O misera: ne formides meam manum.
ELE. O Phœbe Apollo, supplex te oro ne moriar.
ORE. Alios potius occiderem *mihi* magis invisos quam te.
ELE. Abi, ne tangas, quæ te tangere non oportet.
ORE. Non est, quem possim contrectare justius.
ELE. Quomodo igitur ensem gestans ad ædes meas in insidiis latitas?
ORE. Manens audi, et mox non aliter dices.
ELE. Maneo: omnino enim tua sum: es enim *me* potentior,
ORE. Venio ferens tibi fratris mandata.
ELE. O charissime, utrum viventis, an mortui?
ORE. Vivit: primum enim tibi læta nunciare volo.
ELE. Felix sis, mercedem jucundissimorum verborum.
ORE. Communiter largior hoc nobis ambobus habendum.
ELE. Ubi terrarum ille miser miserum exilium tolerat?
ORE. Non unam urbis *unius* legem observans conficitur.
ELE. Num quotidiani victus inopia laborat?
ORE. Habet quidem *victum*, inops tamen *est* vir exul.
ELE. Quod vero mandatum ab illo ferens *huc* venisti?
ORE. Num vivas, et ubi vivens calamitates feras.
ELE. Ergo primum vides quam aridum sit meum corpus.
ORE. Doloribus etiam contabuisti, ita ut ego gemam.
ELE. Et caput et cincinnos abrasos novacula.
ORE. Cruciat te frater et fortasse mortuus pater?
ELE. Hei mihi! quid mihi enim hisce charius est?
ORE. Heu, heu! quid vero tu tuo fratri putas?
ELE. Absens ille, non præsens nobis *est* charus.
ORE. Unde vero hic habitas procul ab urbe?
ELE. Nuptæ sumus, O hospes, funesto connubio.
ORE. Deploro fratrem tuum. Num Mycenæo alicui?
ELE. Non, ut pater olim speraverat fore ut me elocaret.
ORE. Dic, ut *hoc* auditum tuo fratri referamus.
ELE. In his ædibus habito procul ab illo.
ORE. Fossor aliquis, aut bubulcus dominus *est* domus.
ELE. Vir pauper generosus et in me pius.
ORE. Hæc vero pietas quænam inest tuo marito?

ELE. Nunquam lectum meum tangere sustinuit?

ORE. Castitatem aliquam divinam habens, an te judicans indignam?

ELE. Parentes meos contumelia afficere non voluit.

ORE. At quomodo tales nuptias nactus non est lætatus?

ELE. Non dominum ducit eum qui me dedit, O hospes.

ORE. Intelligo: Oresti ne quando expendat pœnas.

ELE. Hoc ipsum metuens, præterea vero etiam modestus est.

ORE. (Papæ!) Generosum virum narras, et liberaliter tractandum.

ELE. Si modo tandem domum redeat qui nunc abest.

ORE. Mater vero quæ te peperit hæc sustinuit?

ELE. Mulieres viris, O hospes, haud liberis, amicæ *sunt*.

ORE. Cujus *rei* causa Ægisthus te hac affecit contumelia?

ELE. Parere me voluit infirmos *liberos*, huic *viro* dans.

ORE. Ne scilicet pareres filios ultores?

ELE. Talia cepit consilia, quorum utinam mihi pœnas luat.

ORE. Novitne vir matris te esse virginem?

ELE. Haud novit: clam *enim* ipso *rem* istam premimus silentio.

ORE. Istæ vero amicæne tibi hos sermones audiunt?

ELE. Ut mea, et tua verba tegant fideliter.

ORE. Quid igitur *faceret* Orestes, si ad hoc Argos rediret?

ELE. Rogasne hoc? absurdum dixisti: nonne enim nunc tempus commodum?

ORE. Latens autem quomodo interfectores occidat patris?

ELE. Audens *ea*, quæ pater *meus* ab inimicorum audacia passus est.

ORE. An et cum ipso matrem auderes occidere?

ELE. Hac ipsa securi, qua pater periit.

ORE. Dicamne hæc ei, et certa quæ abs te *audio?*

ELE. Utinam moriar, ubi matris meæ sanguinem effudero.

ORE. (Papæ:) utinam Orestes prope *nos* adesset, hæc audiens!

ELE. At, O hospes, non cognoscerem, ipsum intuens.

ORE. Juvenis enim, non mirum, sejuncta es ab ipso juvene.

ELE. Unus solus meorum amicorum ipsum agnosceret.

ORE. Num quem aiunt ipsum subduxisse cædi?

ELE. Patris pædagogus grandævus senex.

ORE. Pater vero tuus extinctus num sepulturæ compos factus est?

ELE. Factus est compos, ut factus est, ejectus ædibus.

ORE. Hei mihi *propter* hoc quod dixisti! Sensus enim
Etiam externis ex malis homines mordet.
Dic vero, ut edoctus tuo fratri feram
Nuncios tristes, sed *tamen* auditu necessarios:
Inest enim commiseratio, inscitiæ quidem minime,

Sed sapientibus viris: nequaquam enim hoc est expers damni,
Mentem inesse sapientibus nimis sagacem.

CHO. Et ego eodem quo iste animi desiderio teneor:
Cum enim sim procul ab urbe, quæ *sunt* in urbe mala
Non novi, nunc vero cupio et ego cognoscere.

ELE. Dicam, si fas sit: fas autem est apud amicum exponere
Meos graves casus et patris mei.
Quoniam autem sermonem provocas, hospes, supplex oro *te*.
Nuncia Oresti mea et ipsius mala.
Primum quidem, quibus in vestibus pernoctem,
Quantisque sordibus graver, et sub tectis
Qualibus habitem ex regio sanguine *procreata*,
Ipsa quidem radiis elaborans peplos,
Vel nudum corpus habebo et *vestibus* carebo,
Ipsa etiam flumineos fontes ferens,
Expers festorum sacrorum et choris privata
Mulieres aversor, cum virgo sim,
Aversor quoque Castorem, cui, priusquam ad deos
Translatus esset, me *parentes* despondebant, junctam sanguine.
Mater vero mea inter spolia Phrygia
Throno insidet, ad sellas vero Asiaticæ
Famulæ consistunt, quas captas abduxit meus pater,
Idæa pallia aureis religatæ
Fibulis. Sanguis vero patris adhuc in tectis
Ater putrescit: qui vero illum occidit,
In eosdem quos pater conscendens currus prodit,
Sceptraque, quibus imperabat Græcis,
Cæde-pollutis manibus exultat tenens.
Agamemnonis vero sepulchrum neglectum,
Nusquam nec libamina, neque ramum myrti,
Accepit, rogus vero cultus *est* expers.
Ebrietate vero rigatus meæ matris maritus
Inclytus ille, ut aiunt, insultat sepulchro,
Saxisque pulsat lapideum monumentum patris,
Atque hoc audet in nos verbum dicere:
Ubi filius Orestes? annon tibi tumulum egregie
Præsens defendit? Hoc modo absens *frater* contumelia afficitur.
Quare, O hospes, te supplex oro, hæc renuncia,
Multi enim *hæc* mandant, quorum interpres ego,
Manus imprimis, lingua miseraque mens
Caputque meum rasum et illius parens.

Turpe enim *fuerit*, si pater quidem deleverit Phrygas,
Ipse vero unicum virum unus existens non possit interficere,
Cum juvenis sit, et ex meliore patre *natus*.
CHO. Atqui video istum, tuum dico maritum,
Defunctum *diei* labore domum properare.
COL. Hem: quosnam hos in foribus conspicor hospites?
Cujus vero *rei* causa ad has agrestes fores
Accesserunt? an mea opera indigentes? Mulieri enim
Turpe *est*, stare cum juvenibus.
ELE. O charissime, in suspicionem ne mihi venias.
Verum autem sermonem scies: hi enim hospites
Veniunt ad me Orestis nuncii mandatorum.
Sed, O hospites, date veniam *verbis ab isto* dictis.
COL. Quid aiunt? illene est, et lucem aspicit?
ELE. Vivit *ex horum* quidem sermone: dicunt enim non incredibilia mihi.
COL. Numquid etiam patris et tuorum malorum meminit?
ELE. In spe *versantur* ista: sed infirmus *est* vir exulans.
COL. Quem autem sermonem Orestis *huc* nunciaturi venerunt?
ELE. Exploratores hos misit meorum malorum.
COL. Ergo partim quidem aspiciunt, partim vero tu ipsa narras.
ELE. Noverunt, nihil hac quidem in parte desiderant.
COL. Ergo jampridem ipsis portas apertas esse oportuit.
Ite in ædes: pro lætis enim nunciis
Munera hospitalia accipietis, qualia mea occultat domus.
Ferte, O ministri, intra domum hæc vasa:
Et *vos* nihil contradicite, quia a charo chari
Venistis viro: quamvis enim pauper sim,
Non tamen animum degenerem *vobis* exhibebo.
ORE. Per deos quæso, hicne vir *est*, qui una nuptias celat
Tuas, Orestem probro afficere non volens?
ELE. Hic vocatur maritus meus miseræ.
ORE. (Papæ.) Nullum est certum *argumentum* ad virorum generositatem *dignoscendam*:
Mortalium enim ingenia *magnam* confusionem habent.
Jam enim vidi virum generosi patris *filium*,
Qui nihil erat, et bonos ex malis *procreatos*,
Famemque in hominis opulenti spiritu,
Animumque magnum in paupere corpore.
Quomodo igitur quis hæc discernens recte judicet?
Opibusne? malo sane utetur judice.
Aut iis qui nihil possident? sed habet vitium
Paupertas, docet enim virum ob egestatem mala.
An ad arma veniam? quis vero lanceam aspiciens
Testis esse queat, quisnam sit strenuus?

Optimum *est* hæc temere neglecta relinquere.
Hic enim vir neque inter Argivos magnus,
Neque etiam gloria domus inflatus,
Unusque ex plebe, optimus est inventus.
An non sapietis, qui vanarum opinionum
Pleni erratis, et ex consuetudine mortales
Judicabitis et ex moribus nobiles?
Tales enim *viri* civitates administrant bene
Et domos, at carnes vacuæ mentis
Ornamenta fori sunt. Neque enim *in* prælio
Robustum brachium fortius quam imbecillum ferit:
Hoc enim in natura positum *est* et in animi præsentia.
Quare, dignus enim *est* et præsens et absens
Agamemnonis filius, cujus gratia venimus,
Accipiamus ædium diversoria: ire oportet,
Famuli, intra has domos. Quia mihi pauper
Alacer hospes fuerit potius quam dives!
Laudo igitur hujus viri oblatum hospitium:
Mallem tamen, si frater me tuus
In ædes felices *ipse* felix duxisset.
Fortasse autem venerit: Apollinis enim rata *sunt*
Oracula, mortalium vero divinationem valere sino.

CHO. Nunc, quam ante, magis, O Electra, gaudio
Incalescimus cor: fortasse enim
Ægre progrediens fortuna consistet præclare.

ELE. O miser, cum noris tuarum ædium penuriam,
Cur istos excepisti majores te hospites?

COL. Quid? etiamsi sunt, ut videntur, nobiles,
Annon inter tenues et inter non *tenues* acquiescent æque?

ELE. Quando nunc peccasti homo tenui fortuna,
Abi ad veterem mei chari patris altorem:
Qui ad amnem Tanum Argivæ fines
Secantem terræ et Spartani soli
Ejectus civitate, greges sequitur:
Jube autem ipsum, cum in ejus domum veneris,
Venire hospitumque ad convivium aliqua præbere.
Gaudebit sane et supplicabit diis,
Ubi vivum audierit juvenem, quem olim servavit.
Non enim ex paternis ædibus a matre
Accipiemus quidquam: imo vero nunciaremus tristia,
Si vivere Orestem adhuc misera illa intelligeret.

COL. Ergo, quoniam *hoc* placet tibi, hæc nunciabo verba
Seni: *tu* vero ito in ædes quam celerrime,
Resque domesticas para: multa enim mulier
Si velit inveniet ad convivium fercula.
Tantum autem adhuc nobis est domi,

Ut unum saltem in diem hosce replere possim cibo.
Cum autem in hujusmodi res cogitatio inciderit,
Considero pecunias, quam magnam habeant potentiam,
Ut et hospitibus dare possimus, corpusque in morbum incidens
Sumptibus servare: ad quotidianum vero victum
Parum refert: omnis enim vir satiatus
Et dives et pauper tantundem fert.

CHO. O inclytæ naves, quæ olim Trojam appulistis (*str.* 1.)
Innumeris remis,
Ducentes choros cum Nerei puellis,
Ubi tibiæ-amans Delphinus exul-
tabat proris cærule-
is circumvolutus,
Deducens Thetidis *filium*
Levem saltu pedum Achillem
Cum Agamemnone Trojæ
Ad Simoentias oras.
Nereides vero Euboicis oris relictis (*ant.* 1.)
Vulcani aureis *ab* incudibus
Labores inenarrabiles armorum ferebant,
Per Pelium perque excel-
sos Ossæ sacros saltus,
Nympharum speculas,
Oculos circumferunt: ubi pater
Eques educavit Græciæ lumen,
Thetidis marinam sobolem,
Velocem pedibus auxiliatorem Atridis.
Ex quodam autem audivi qui ab Ilio in Portus (*str.* 2.)
Nauplios venerat
Tui, O Thetidis fili,
Nobilia scuti in orbe
Hujusmodi signa, terrores
Phrygios sculpta esse:
In clypei quidem ambitu
Perseum decollatam supra mare
Alatis talari-
is speciem Gorgonis tenere,
Cum Mercurio Jovis nuncio,
Maiæ venatore filio:
In medio autem fulgebat clypeo (*ant.* 2.)
Coruscus orbis solis
Equis cum alatis,
Astrorumque ætherei chori,
Pleiades, *et* Hyades, Hectoris
Oculis terribiles aspectu:
In galea vero aureis figuris decora

Sphinges unguibus cantu-paratam
Prædam portantes: cæterum in latera ambiente
Spatio ignem efflans festina-
bat cursu leæna unguibus
Pirenæum pullum ablatura.
In ense vero letifero quadrijugi equi currebant, (*epod.*)
Ater vero circa tergum ibat pulvis.
Talium regem bellantium
Occidit Virorum
Ducem Tyn-
daris malitiosa puella.
Quamobrem aliquando *Dii* cœlestes te
Demittent ad mortem: et
Adhuc cruentam sub cervicem
Videro forte sanguinem effusum ferro.

SEN. Ubi, ubinam *est* puella mea veneranda et hera,
Agamemnonis filia, quam enutrivi olim ego?
Quam arduum hunc ædium accessum habet
Huic rugoso *et* senili pedi ad ascendendum.
Tamen ad amicos saltem *est* trahenda
Incurva spina et relabens genu.
O filia, jam enim te conspicor,
Venio ferens tibi mearum ovium *ex*
Grege tenerum hunc fœtum subductum,
Et serta, ac e fiscellis hos exemptos *caseos*,
Huncque Bacchi thesaurum canum
Odore gratum, parvum *quidem*, sed misceri
Scyphum hoc tenuiori potui jucundum.
Eat aliquis laturus hæc hospitibus in ædes:
Ego vero pannis his mearum vestium oculos
Lacrymis madefactos abstergere volo.

ELE. Cur vero, O senex, hos oculos madefactos habes?
Num mea mala longo post intervallo memoriam tibi
renovarunt?
An Orestis miserum exilium gemis
Et patrem meum, quem quondam in manibus habens
Educasti inutiliter tibi et amicis tuis?

SEN. Inutiliter *quidem*, non tamen hoc pungebar.
Veni enim ad ipsius sepulchrum, obiter,
Ac procidens *humi* luxi, nactus solitudinem,
Libaminaque, soluto utre, quem hospitibus fero,
Fudi, ramosque myrteos circa tumulum posui.
Ad ipsum vero rogum ovem nigro vellere
Victimam vidi recensque fusum sanguinem
Flavæque comæ cincinnos abrasos.
Miratusque sum, O filia, quisnam hominum ausus fuerit

Ad tumulum venire: non enim Argivorum ullus.
Sed fortasse clam frater tuus venit.
Profectus autem honoravit miserum sepulchrum patris.
Aspice vero comam, tuæ apponens comæ,
Num color idem sit rasæ comæ.
Solent enim *iis*, quibus idem fuerit patris sanguis,
Multa esse similia in corpore.
ELE. Haud digna viro, O senex, sapiente loqueris,
Si latentem in hanc terram Ægisthi metu
Profectum fratrem meum animosum putas.
Deinde quomodo cirrus *ejus* comæ congruet?
Alter quidem viri nobilis in palæstris nutritus,
Alter vero *crebra* pexatione mollis; quamobrem hoc est impossibile.
Multis autem invenies cincinnos similes,
Nec tamen eodem sanguine prognatis, O senex.
SEN. Tu saltem in *ejus* vestigium ingressa, soleæ specta gressum,
Num eadem-mensura tuo pedi respondeat, O filia.
ELE. Quomodo vero fieri posset in lapideo solo
Terræ pedum vestigium expressum? quamvis autem hoc fieri posset,
Tamen duorum ex eodem utero natorum pes nunquam fuerit æqualis,
Viri et fœminæ, nam mas superat.
SEN. Annon est, si frater *tuus* hanc terram veniret,
Undenam cognosceres radii tui telam,
In qua ipsum olim furtim morti surripui?
ELE. Nescis, Orestes cum vertit solum,
Me juvenculam adhuc fuisse? quamvis vero etiam texuissem *ei* peplos,
Quomodo, cum tunc esset puer, nunc easdem haberet vestes,
Nisi cum ipso corpore simul crescant vestes?
Sed vel aliquis peregrinus sepulchrum ipsius miseratus,
*Se* rasit, vel *aliquis* ex hac terra qui speculatores fefellit.
SEN. Isti vero hospites ubinam *sunt?* Volo enim, intuitus
Ipsos, de fratre tuo percontari.
ELE. Hi ex ædibus egrediuntur veloci pede.
SEN. At nobiles quidem *videntur*, hoc tamen *est* in incerto:
Multi enim qui sunt nobiles sunt improbi:
Sed tamen hospites salvere jubeo.
ORE. Salve, O senex: cujusnam viri, Electra, hæ
Antiquæ *veterum* amicorum reliquiæ sunt?
ELE. Hic meum patrem educavit, O hospes.
ORE. Quid ais? hic *est ille*, qui tuum fratrem surripuit?

ELE. Hic est ille qui servavit illum, si modo superest adhuc.
ORE. Ehem: quid me intuetur, tanquam argenti contemplans
Splendidum signum? num assimilat me cuipiam?
ELE. Fortasse Orestæ te æqualem aspiciens lætatur.
ORE. Chari certe viri: quid vero circumrotat pedem?
ELE. Et ego miror, O hospes, hoc aspiciens.
SEN. O veneranda filia Electra, supplica diis—
ELE. Quidnam? Pro quanam præsente, aut absente *re?*
SEN. Ut prospere accipias thesaurum, quem ostendit Deus.
ELE. En, voco deos; aut quid jam dicis, senex?
SEN. Intuere in hunc, O filia, charissimum.
ELE. Jamdudum metuo, ne tu non sana mente sis.
SEN. Non sana mente sum ego, qui fratrem tuum video?
ELE. Quomodo dixisti, O senex, insperatum sermonem?
SEN. Me videre Orestem hunc Agamemnonis *filium.*
ELE. Quam notam conspicatus, cui fidem habeam?
SEN. Cicatricem juxta supercilium, qua olim in ædibus patris
Tecum hinnulum insectans prolapsus cruentatus est.
ELE. Quid ais? video quidem casus indicium.
SEN. Et adhuc cunctaris charissimos amplecti?
ELE. At non amplius, O senex: signis enim
Tuis animo sum persuasa: O qui tandem apparuisti mihi,
Teneo te præter spem— ORE. Et a me sero teneris.
ELE. Nunquam ego putavi. ORE. Neque ego etiam speravi.
ELE. Ille tu es? ORE. Socius tibi solus,
Si modo jactum retis, quem meditor, extraxero,
ELE. Confido quidem: aut non amplius putandum est esse Deos,
Si injusta *facinora* sint superiora justitia.
CHO. Venisti, venisti, O sera dies,
Illuxisti, ostendisti manifestam
Urbi lucem, quæ diutino exilio
Paternis ab ædibus
Misera oberrans advenit.
Deus deus aliquis nostram adducit
Victoriam, O amica.
Attolle manus, intende sermonem, funde preces,
Preces ad Deos, ut fauste tibi, fauste
Frater ingrediatur urbem.
ORE. Esto: gratas quidem voluptates amplexuum
Habeo, post tempus vero et iterum hæc dabimus.
At tu, O senex, opportune enim venisti,
Dic, qua ratione patris interfectorum ulcisci possim
Et matrem sociam impiarum nuptiarum.
Estne Argis aliquis amicorum mihi benevolus?
An penitus subversi sumus, ut sunt fortunæ?

Cui me adjungam? noctune, an interdiu?
Qua via tendemus in hostes meos?
SEN. O fili, nemo tibi infelici amicus *est*.
Lucrum enim insperatum hæc res est,
Ex æquo et boni et mali esse participem *aliquem*.
Tu vero, funditus enim totus amicis excidisti,
Nec spem *ullam* reliquam habes scias me audiens:
In manu tua et fortuna omnia habes *sita*,
Paternam domum et urbem tuam ut recuperes.
ORE. Quid ergo facientes hoc assequemur?
SEN. Occiso Thyestæ filio et matre tua.
ORE. Venio ad istam coronam *capiendam*, sed quomodo eam accipiam?
SEN. Mœnia quidem, et si maxime velis, non subieris.
ORE. Præsidiis munita sunt dextrisque satellitum?
SEN. Tenes: metuit enim te, neque dormit tranquille.
ORE. Ita sint: tu ergo deinceps consule, O senex.
SEN. Me quoque audi: modo enim aliquid mihi subiit.
ORE. Bonum aliquod utinam indices, et ego percipiam.
SEN. Ægisthum vidi, quando huc veni—
ORE. Animadverto quod dixisti: quibus in locis?
SEN. Juxta agros hosce in equorum pascuis.
ORE. Quid agentem? video enim spem ex rebus perditis *affulgentem*.
SEN. Nymphis parabat festum, ut mihi visus est.
ORE. Præmium educationis liberorum, an pro futura prole?
SEN. Nihil scio, præter unum, ad boves-mactandos se præparabat.
ORE. Quot cum viris? an solus cum famulis?
SEN. Nullus aderat Argivus, sed domestica *tantum* manus.
ORE. Anne aliquis, qui me conspicatus prodat senex?
SEN. Famuli quidem sunt, qui te nunquam viderunt.
ORE. Nobis igitur, si vincamus, benevoli erunt?
SEN. Servorum enim proprium hoc, tibique utile.
ORE. Quomodo igitur ad ipsum accedere potero?
SEN. Si *illac* eas, quo te boves immolans aspiciat.
ORE. Juxta viam, ut videtur, agros habet.
SEN. Unde conspicatus, te convivii socium vocet.
ORE. Amarum profecto convivam, si Deus velit.
SEN. Deinde vero prout res *tibi* ciciderit perpende.
ORE. Pulchre dixisti: mater vero ubi est?
SEN. Argis: aderit autem marito ad convivium.
ORE. Cur vero mater mea cum marito simul non venit?
SEN. Vituperationem metuens popularium *domi* remansit.
ORE. Intelligo: suspectam esse se novit civitati.
SEN. Ita est: odio enim laborat scelesta fœmina.

ORE. Quomodo autem illam et hunc occidam simul?
ELE. Ego matris apparabo necem.
ORE. Atqui illa quidem est quæ rem ad felicem exitum perducet.
ELE. Hic quidem, nobis duobus inserviat.
SEN. Fient hæc: quomodo vero matri cædem instruis?
ELE. Commentum, O senex, hoc est, Clytæmnestræ profectus:
Puerperam me esse nuncia prole mascula.
SEN. Utrum jampridem *te* peperisse, an nunc domum?
ELE. Dic soles, quibus pura fit puerpera.
SEN. Et quid tandem hoc ad matris cædem valet?
ELE. Veniet, ubi audierit puerperium meum.
SEN. Unde vero ipsi te curæ esse credis, filia?
ELE. Næ: et deflebit claritatem partus mei.
SEN. Fortasse: rursus igitur sermonem ad finem duc.
ELE. Si autem venerit perspicuum *est* actum esse de ea.
SEN. Sane modo in ipsas ædium fores ingrediatur.
ELE. Ergo parvi momenti est recte hoc procedere?
SEN. Utinam vero moriar ego tandem hoc conspicatus!
ELE. Primum quidem nunc huic, senex, sis dux viæ.
SEN. *Illuc,* ubi nunc Ægisthus sacrificium facit Diis?
ELE. Deinde matri occurrens quæ ex me *audisti* dicito.
SEN. Ut ex tuo ore hæc illi dicta existimo.
ELE. Tuum opus nunc *est:* tua sors est cædem facere prius me.
ORE. Irem sane, si quis esset *mihi* dux viæ.
SEN. Atqui ego haud invitus te deduxero.
ORE. O Jupiter patrie, et meorum vindex hostium,
Miserere nostri: indigna enim passi sumus:—
ELE. Miserere nepotes ex te progenitos.
ORE. Et tu Juno, quæ Mycenæis aris præsides,
Victoriam da nobis, si justa poscimus.
ELE. Da scilicet hisce vindictam ultricem patris.
ORE. Tuque, O degens apud inferos pater nefarie,
(Et Tellus regina, cui tendo manus meas)
Opem fer, opem fer his charissimis liberis.
Nunc veni socios assumens omnes mortuos,
Qui tecum Phrygas deleverunt armis,
Et quotcunque impios oderint sicarios.
Audivisti, O qui atrocia a matre mea passus es?
ELE. Omnia, scio, audit hæc pater: sed tempus est eundi.
Et tibi præterea prædico, ut audacissime Ægisthum ferias.
Quia si mollior factus letifero casu cecideris,
Mortua sum et ego, neque me vivam dicas:
Feriam enim meum caput ancipiti gladio.
Domum autem ingressa, expeditum faciam.
Nam, siquidem læta de te fama venerit,
Tota domus jubilabit: sed te casso,

Contraria his fient: hæc tibi *jam* dico.
ORE. Omnia teneo. ELE. Ad hæc virum te esse oportet.
Vos vero, mulieres, rite tanquam faces accensas edite
Clamorem hujus certaminis. Ego vero excubias agam,
Promptum ensem mea gestans manu:
Nunquam enim meis hostibus victa
Pœnas dabo ut meum corpus contumeliose tractent.
CHO. Tenera sub matre, (*str.* 2.)
Ad Argivorum montium pedem fama
Inter priscos manet rumores,
Bene-compactis arundinibus
Pana carmen dulcisonum
Spirantem, ruris dominum,
Agnam aureo pulchroque vellere conspicuam misisse:
Et saxeis instans
Gradibus præco exclamavit:
*Ad* concionem, *ad* concionem, O Mycenæi,
Ite, beatorum visuri tyrannorum
Portenta, terrores.
Chori autem Atridarum exornabant domos:
Templa autem pandebantur aure- (*ant.* 1.)
a, splendebatque per urbem
Ignis Argivorum aris impositus:
Tibia vero sonum resonans edebat
Suavem, Musarum famula:
Cantusque amabiles geminabantur
*De* aureo agno, in contemptum Thyestis:
Clandestino enim concubitu
Cum seduxisset uxorem Charam
Atrei, prodigium extulit ad *suas*
Ædes: reversus autem in concionem proclamavit
*Se* cornigerum ha-
bere aureo vellere spectabilem in ædibus gregem.
Tunc vero tunc luci- (*str.* 2.)
das astrorum mutavit vias
Jupiter et lumen solis
Candidumque vultum Auro-
ræ, per occiduas autem impellit pla-
gas calentes igne cælitus rutilante,
Nubes porro aquosæ ad Arctum i-
bant siccæque Ammonides se-
des exarescunt roris expertes,
Pulcherrimis imbribus a Jove privatæ.
Fertur (sed fi- (*ant.* 2.)
dem parvam apud me saltem *hoc* obtinet)
Vertisse calidam Sol

Auream sedem, mu-
tantem hominum ma-
lo ob mortalium injustitiam.
Formidabiles vero mortalibus *hi* sermo-
nes lucrum sunt ad Deorum cul-
tus quorum non memor maritum
Occidisti, inclytorum mater germanorum.
Eia, eia:
Amicæ, vocemne audivistis, an vana opinio
Subiit me, ut infernum Jovis *inferni* tonitruum?
En: isti non obscuri spiritus attolluntur:
Electra domina, domos has egredere.

ELE. O amicæ, quid rei *est?* quomodo in certamine procedimus?

CHO. Haud scio, præter *hoc* unum funestum clamorem audio.

ELE. Audivi et ego, procul quidem, sed tamen *audivi*.

CHO. Procul enim serpit vox, clara nihilominus.

ELE. Argivusne an meorum amicorum *est*, iste gemitus?

CHO. Ignoro: nam confusus est totus clamoris sonus.

ELE. Cædem mihi hanc loqueris: quid moramur?

CHO. Mane, donec cognoscas liquido fortunas tuas.

ELE. Non licet: victæ sumus: ubi enim nuncii?

CHO. Venient: haud enim *res* levis *est* regem occidere.

NUN. O præclaram victoriam adeptæ virgines Mycenides,
Vicisse Orestem amicis annuncio omnibus,
Ægisthum: quare Deos precari oportet.

ELE. Tu vero quis es? quomodo hæc mihi certa nuncias?

NUN. Nescis quod fratris me ministrum vides?

ELE. O charissime, præ timore non facile agnoscere
Faciem potui: nunc vero plane agnosco te.
Quid ais? obiitne patris mei odiosus interfector?

NUN. Obiit: bis tibi hæc, quæ certe cupis, dico.

CHO. O dii, et justitia omnia intuens, venisti tandem.

ELE. Quo modo vero, et quo ordine cædis
Occiderit Thyestæ filium, cupio discere.

NUN. Postquam ab ædibus hisce attulimus pedem,
Immittentes in viam plaustrariam ivimus,
Ubi clarus Mycenæorum princeps erat.
Forte autem hortis in irriguis ambulabat,
Carpens teneræ myrti coronas capiti:
Conspicatusque *nos*, clamat: salvete, O hospites, quinam *estis?*
Unde venitis et estis et qua ex terra?
Orestes vero respondit, Thessali *sumus:* cæterum ad Alpheum
Imus sacrificaturi Olympio Jovi.

Audiens autem hæc Ægisthus, hæc dicit,
Nunc quidem apud nos oportet convivas simul
Exhilarari convivio: nam boves immolo
Nymphis: mane vero excitati e lecto,
Eodem pervenietis. Sed ingrediamur domum,
(Simulque hæc dicebat, et prehensa manu
Deducebat nos,) neque denegare fas erat.
Cum autem in ædibus essemus, hæc dixit:
Lavacra quam celerrime quis hospitibus efferat,
Ut ad aram stent prope aquam lustralem.
Sed ait Orestes: modo lustrati sumus
Lavacris puris ex undis fluvialibus.
Si vero fas est peregrinos sacrificare cum civibus,
Ægisthe, parati *sumus*, neque O rex, *hoc* recusamus.
Hunc autem sermonem omiserunt de medio *sublatum:*
Cumque deposuissent hastas, Regis tutamina,
Famuli, ad opus omnes admoverunt manus.
*Et* alii quidem victimam adducebant, alii vero ferebant canistra,
Alii vero ignem accendebant et circa focum
Lebetas erectos collocabant: totumque tectum perstrepebat.
Maritus vero tuæ matris molam salsam acceptam
Projecit *in* aras, talia profundens verba:
O Nymphæ saxicolæ, *date* ut ego sæpe boves *vobis* mactem
Utque Tyndaris uxor mea, quæ in ædibus *est*,
Ut nunc, *rem* gerentes, meos vero inimicos male:
Significans Orestem et te. Dominus vero meus
Contraria precabatur, non clara voce proferens verba,
Recuperare paternas ædes. Cum autem ex canistro cepisset
Ægisthus rectum cultrum, vitulinos pilos
Resecans, in lustralem ignem imposuit dextra,
Mactavitque vitulum in humeris *percussum*, cum *eum* sustulissent manibus
Ministri: hæc autem fratri tuo dixit:
Inter honestas artes jactant apud Thessalos
Hoc *etiam* esse, quisquis taurum dissecat pulchre
Equosque domat: sume ferrum, O hospes,
Ostendeque famam *hanc* de Thessalis veram esse.
Ille vero cum bene fabrefactum Doricum cultrum corripuisset manibus,
Rejiciens ad humeros decoras vestes fibulis astrictas,
Pyladem quidem elegit in laboribus ministrum,
Famulos vero removit, et correpto vituli pede,

Albas nudabat carnes, extendens manum:
Ocyusque tergum excoriavit, quam cursor
Bis bina stadia conficeret *equestris*,
Iliaque aperiebat. Sacra autem accepta in manus
Ægisthus inspiciebat: lobus quidem non inerat
Intestinis, portæ autem et bilis receptacula accedere
Adversos inspicienti portendebant casus.
Atque ille quidem vultum contrahit, herus vero interrogat:
Quam *ob* rem animo tristi es? O hospes, formido aliquas
Insidias externas. Est enim infestissimus mortalium
Agamemnonis filius hostisque meis sedibus.
At ille [*Orestes*] dixit: Exulis igitur times insidias,
Urbis imperium obtinens? Non ne, ut exploratione facta
Convivium celebremus, Phthium pro Dorico
Feret aliquis nobis cultrum, et rumpam pectus?
Cum autem *eum* accepisset, *victimam* percussit. Viscera vero sumpta Ægisthus
Inspiciebat deducens: eo autem caput deorsum inclinante,
Unguibus extremis insistens frater tuus *eum*,
In vertebris percussit, tergique
Confregit compages: totum vero corpus sursum *et* deorsum,
Palpitabat, convellebatur difficulter moriens cæde.
Famuli vero conspicati confestim proruerunt ad arma,
Ut multi pugnarent adversus duos. At propter fortitudinem
Steterunt adversus *eos* vibrantes tela,
Pylades et Orestes. Dixit autem *Orestes*: non infestus
Venio huic urbi, neque meis ministris,
Sed interfectorem patris vicissim sum ultus
Infelix Orestes: quare ne me occidatis,
Patris veteres famuli. Illi vero, cum hæc verba
Audissent, continuerunt hastas: agnitus vero fuit a
Quodam in sedibus grandævo sene.
Illico vero coronant fratris tui caput
Lætantes, jubilantes. Venit autem tibi
Caput documentum non Gorgonis ferens,
Sed quem execraris Ægisthum. sanguis autem sanguinis
Tristis usura huic nunc extincto contigit.

CHO. Pone in choream, O amica, pedem, (*strophe.*)
Ut hinnulus, aerium
Saltum leviter librans cum gaudio.
Vincit coronam
Præstantiorem Olympica adeptus
Frater tuus: quamobrem accine

Triumphale carmen meo choro.
ELE. O lux, O quadrijugum solis jubar,
O terra, et nox, quam intuebar prius,
Nunc oculus meus et halitus liberi,
Postquam cecidit Ægisthus interfector *mei* patris.
Age, qualiacunque *habeo*, et ædes occultant meæ
Comæ ornamenta, O amicæ, efferam,
Coronaboque fratris victoris caput.
CHO. Tu quidem nunc ornamenta adfer (*ant.*)
Capiti: nostrum vero
Procedet Musis tripudium gratum.
Nunc pristini nostri
Terræ imperabunt amici reges,
Jure sublatis his impiis.
Quare eat consonus lætitiæ clamor.
ELE. O præclara-victoria-insignis, qui ex patre victore
Natus es, Orestes, in bello ad Ilium gesto,
Sume coronas cirrorum comæ tuæ.
Venis enim non inutili stadiali decurso
Certamine in ædes, at hoste cæso
Ægistho, qui tuum, et meum patrem perdidit.
Tuque, O assecla, viri piissimi
Alumne, Pylades, coronam ex mea manu
Accipe: habes enim et tu cum hoc æqualem partem
Certaminis: semper igitur felices sitis mihi.
ORE. Deos quidem existima primum, Electra, felicitatis
Autores hujus *esse*, deinde *vero* me quoque lauda,
Et Deorum et Fortunæ ministrum.
Venio enim non verbis, at factis, cæso
Ægistho: ut autem cuivis clare hæc
Demonstremus, en ipsum mortuum tibi fero,
Quem, si vis, vel feris dilaniandum objice,
Vel prædam avibus, ætheris soboli,
Suffixum palo suspende: tuus enim est nunc
Servus, qui prius vocabatur dominus.
ELE. Erubesco quidem, nihilominus tamen volo dicere.
ORE. Quam rem? dic, quia extra metum es.
ELE. Mortuos contumelia afficere *nolo*, neque me feriat invidia.
ORE. Non est ullus, qui te *propterea* reprehendat.
ELE. Morosa *est* nostra et ad convitia-proclivis civitas.
ORE. Dic si quid velis, soror: irreconciliabilibus enim
Legibus inimicitias cum isto gerimus.
ELE. Esto: quod initium primum tibi dicam opprobriorum:
Quem finem? quam orationem mediam collocabo?
Equidem nunquam intermittebam matutino tempore
Jactare *mecum*, quæ volebam in conspectu tuo dicere,

Si quando terroribus fierem libera
Prioribus: nunc ergo sumus: referam igitur tibi
Illa, quæ tibi viventi voluissem dicere mala.
Perdidisti me et *me* orbam charo patre
Et hunc fecisti, nulla lacessitus injuria,
Turpiterque duxisti matrem, ac virum interfecisti,
Græcorum imperatorem, *ad* Phrygas ipse non profectus.
Eo vero venisti vecordiæ, ut speraveris,
Quod matrem *meam* erga te quidem non esses habiturus malam
Si *eam* duxisses, mei vero patris torum violabas.
Sciat autem, quisquis corruperit uxorem alicujus
Furtivo concubitu, si postea eam ducere coactus fuerit,
Se infelicem esse, si putet pudicitiam
Illic quidem, ab ea non servatam fuisse, apud se vero servatum iri.
Miserrime vero vivebas, quamvis non existimares te misere vivere:
Sciebas vero profecto nuptias impias a te celebratas,
Materque se tibi impio viro nuptam.
Cum igitur ambo scelerati essetis aufertis fortunam,
Illa quidem tuam, tu vero malum illius.
Inter Argivos vero cunctos hæc audiebas:
Hic mulieris vir, non autem mulier viri.
Atqui illud turpe, præesse domui
Mulierem, non autem virum: et illos odi
Filios, quicunque eorum masculi quidem patris
Nomen non fert, sed matris in civitate.
Quum enim quis illustrem, ac *se* majorem uxorem duxit,
Viri quidem nulla, fœminarum vero *fit* mentio.
Quod te plurimum fefellit inscientem,
Gloriabaris te aliquem esse, quia pollebas opibus:
Hæ vero nihil *sunt*, nisi ut breve tempus versantur nobiscum.
Natura enim stabilis *est*, haud pecuniæ.
Hæc enim semper perdurans tollit caput:
Opulentia vero injusta et cum pravis commorans,
Evolat *ex* ædibus, ubi floruerit exiguum tempus.
Quæ vero in mulieres feceris,—virginem enim non decet
Dicere,—taceo, ut sciatur tamen verbis obscuris indicabo.
Insolenter te gerebas, utpote qui regias domos jam teneres,
Et ex gratiis compositus esses. At mihi sit maritus
Non virgineo-vultu-decorus, sed ingenio virili *præditus*.
Ipsorum enim liberi Marte commiscentur.
Formosi vero *sunt* tantum in choris ornamentum.
Pereas, O inscie, cujus convictus tandem,

Pœnas dedisti, sic quisquis est maleficus.
Ne mihi, quamvis primum cursum prospere cucurrerit,
Existimet se aliquis vicisse justitiam, priusquam prope
Metam pervenerit, et finem attigerit vitæ.
CHO. Patravit dira *facinora:* diras etiam *pœnas* rependit tibi
Et huic. Justitia enim magnum habet robur.
ORE. Age vero: deferre hujus cadaver intro oportet
Tenebrisque mandare, O famuli, ut, quando venerit
Mater, ante cædem non aspiciat mortuum.
ELE. Cohibe *te:* alium sermonem inchoemus.
ORE. Quid? num quos ex Mycenis auxilio accurrere video?
ELE. Non, sed matrem, quæ me peperit.
ORE. Recte igitur in laqueos medios venit.
ELE. Atqui rheda et stola se ostentat magnifice.
ORE. Quid igitur agemus? an matrem occidemus?
ELE. Num te miseratio cepit, cum matris corpus vidisti?
ORE. (Eheu.) Quomodo enim occidam eam, quæ me aluit et peperit?
ELE. *Ita* ut illa patrem tuum et meum perdidit.
ORE. O Phœbe, multam amentiam mandasti oraculo,—
ELE. Si vero Apollo indoctus est, quinam sapientes *erunt?*
ORE. Quid mihi respondisti, ut matrem, quam non fas est, interimam.
ELE. Quid vero mali tibi concilias, vindicans patrem tuum?
ORE. Reus parricidii mox agar, qui purus nunc sum.
ELE. An impius eris patris contumeliam ulciscens?
ORE. Ego matris *ob* cædem pœnas me daturum scio.
ELE. Quid vero si paternam vindictam omittis?
ORE. An hæc Alastor dixit assimilatus Deo?
ELE. Sacro insidens tripodi? Ego quidem non puto.
ORE. Nunquam crediderim pium esse hoc oraculum.
ELE. An non? Vide ne animo fractus incidas in mollitiem.
ORE. Num igitur eundem illi tendam dolum?
ELE. Quo et maritum sustulit, sine deliberatione cædens.
ORE. Ingredior: dirum enim discrimen aggredior.
Ac dira patrabo: si diis ita visum,
Esto; amarum certe non dulce certamen mihi *propositum est.*
CHO. Regina fœmina Argivæ terræ,
Filia Tyndari,
Et fortium soror juvenum filiorum
Jovis, qui flammeum ætherem in astris
Incolunt, qui in maris fluctibus mortalium
Honores servatrices habent:
Salve, te veneror, æque ac beatos *Deos*
Divitiarum, magnæque felicitatis *causa.*

Tuas autem fortunas coli
Tempus est, * O regina.
CLY. Descendite de curru, O Troades, et meam manum
Prehendite, ut extra vehiculum hoc pedem ponam.
Spoliis enim exornatæ sunt ædes Deorum
Phrygiis, ego vero hasce, ex terra Troica
Electas *famulas* pro filia, quam perdidi,
Exiguum munus, gratum tamen domi possideo.
ELE. Anne ego,—serva enim ejecta *ex*
Ædibus paternis infelicem incolo domum—
O mater, apprehendam beatam tuam manum?
CLY. Servæ hæ præsto sunt, ne tu mihi labora.
ELE. Quid vero? me captivam ab ædibus *paternis* procul amandasti.
Captis autem ædibus captæ sumus,
Ut istæ orbæ relictæ patre.
CLY. Hujusmodi quidem tuus pater consilia,
Adversus quos minime oportebat amicos iniit.
Dicam autem, quanquam quum mala corripuit opinio
Mulierem, linguæ inest quædam acerbitas,
Ut nunc apud nos, non recte, ipsam vero rem
Si cognoveris, si quidem merito *nos* odio prosequi potes,
Tolerare me æquum est: sin minus, quæ convitiandi caussa est?
Nos dedit Tyndareus tuo patri,
Non ut morerer, neque ea quæ peperissem ego.
Ille vero filiam meam, Achillis
Spe connubii ductam, domo abduxit *in*
Stationem navium Aulidem; illic super aram extendens,
Candidam demessuit Iphigeniæ genam.
Et si quidem urbis excidium prohibens,
Aut domus pro salute, utque reliquos servaret liberos,
Occidisset unam pro multis, condonandum fuisset:
Nunc vero, quia Helena libidinosa erat, et maritus
Uxorem proditricem punire nescivit,
Horum gratia filiam meam interfecit.
Propter hæc tamen, quamvis affecta essem injuria,
Non efferata eram, neque interfecissem virum:
Sed venit adducens mihi Mænadem afflatam numine puellam,
Et lectis intulit, et sponsas duas
In iisdem ædibus simul retinuit.
Lascivæ quidem mulieres, non aliter dico:
Quum autem hoc non obtinente, maritus peccat,
Domesticum respuens lectum, imitari vult

Mulier virum et alterum sibi quærere amicum.
Deinde in nobis probrum se ostentat,
Horum vero autores viri non male audiunt.
Quod si clam Menelaus fuisset raptus domo,
Occideremne oportuisset Orestem, sororis virum
Menelaum ut servarem? tuus autem pater quomodo
Tulisset ista? deinde illum quidem non mori
Conveniebat qui mea occidisset, me vero ab illo pati?
Occidi, converti me *ad viam*, quam licebat ire
Ad ipsius hostes: Amicorum enim
Quis patris tui cædem mecum communicasset?
Dic, si quid cupis, et oppone libere,
Quod tuus parens injuste perierit.
ELE. Juste dixisti: sed hoc jus turpiter habet:
Uxorem enim debebat omnia concedere marito,
Quæ mentis compos *esset:* si vero hæc non videntur tibi,
Neque mei sermonis ictus in censum venit:
Memineris, O mater, quæ dixeris novissima
Verba, quibus mihi loquendi ad te dedisti copiam.
CLY. Etiam nunc dico, neque denego, filia.
ELE. Anne ubi audies, mater, deinde *me* afficies maleficio?
CLY. Non, at si quid excogitaveris gratum animo habebo.
ELE. Dicam *igitur:* hoc autem *erit* mihi principium procemii.
Utinam habuisses, O mater, meliorem mentem!
Nam forma quidem laudem commodam affert
Helenæ et tui, duæ vero estis sorores,
Ambæ dementes Castoreque non dignæ.
Nam hæc quidem rapta periit volens:
Tu vero virum Græciæ præstantissimum perdidisti,
Prætextum prætexens, quod pro filia maritum
Occideris: haud enim *alii rem*, ut ego, bene sciunt,
Quæ priusquam filiæ cædes esset decreta,
Cumque recens ab ædibus vir recessisset,
Ad speculum flavos comæ cincinnos componebas.
Mulier autem quæ absente viro ex ædibus
Ad formam *se* ornat, *eam* ut malam depinge.
Haud enim ipsam oportet foris decoram
Ostendere faciem, nisi malum aliquod quærat.
Ego vero te solam ex omnibus Græcanicis mulieribus scio,
Siquidem *res* Trojanæ felices essent, lætari solitam,
Si vero inferiores, contrahere frontem,
Quod Agamemnonem ex Troja redire non cuperes.
Atqui præclaram pudice vivendi occasionem tibi præbuerat:
Virum *enim* habebas non inferiorem Ægistho maritum,

Quem Græcia sibi ipsi elegerat Imperatorem:
Cum autem Helena soror talia patrasset,
Licebat magnam gloriam *inde* referre: nam mala
Exemplum habent bonis *propositum* quod intueantur.
Si vero, ut dicis, tuam filiam interfecit pater,
Ego qua injuria te affeci, meusque frater?
Quomodo marito cæso, paternas ædes non
Nobis dedisti, sed transtulisti *ad* lectos
Alienos, pretio nuptias emens?
Nec pro filio tuo maritus exulat,
Neque pro me periit, qui me duplo magis
Vivam occidit, quam sororem Pater: porro si rependi debet
Cædes cæde ultrice, te ego cecidero,
Et filius Orestes, paternam cædem ulciscentes:
Nam si justa *sunt* illa, et hæc æqua *sunt*.
Quisquis vero spectans opes, aut clarum genus,
Ducit uxorem improbam, stultus est: parva enim
*Et* casta magnis præstantiora *sunt* connubia in ædibus.

CHO. Fortuna in mulierum connubiis *dominatur;* nam alia quidem bene,
Alia vero mortalium *connubia* non bene cadere video.

CLY. O filia, natura hoc inditum est tibi, ut patrem ames semper.
Ita autem et hoc fit: nonnulli quidem sunt marium *amantes*,
Alii vero contra matres magis quam patres amant.
Ignoscam tibi; etenim non usque adeo
Lætor, O filia, iis, quæ patrata sunt a me.
Sed tu sicne illota, et male amicta corpore,
Puerpera recenti e partu liberata *manes?*
Heu me miseram *ob* mea consilia!
Nam vehementius, quam oportuit, ad iram instigavi virum!

ELE. Sero gemis, quando non habes remedium.
Pater quidem mortuus est: illum vero qui extra *patriam* solum
Vagatur, filium tuum quomodo non reducis *in patriam?*

CLY. Metuo: meum enim, non autem illius, *commodum* specto.
Patris enim, ut ferunt, irascitur ob cædem.

ELE. Cur vero maritum tuum *adeo* sævum in nos habes?

CLY. Tales *sunt ipsius* mores: quin et tu præfracto es ingenio.

ELE. Doleo enim: sed indignari desinam.

CLY. Atqui ille non amplius erit tibi gravis.

ELE. Animum nimis effert: in meis enim habitat ædibus.

CLY. Vides quas nunc tu suscitas lites novas?

ELE. Sileo: timeo enim ipsum, prout ego timeo.
CLY. Mitte istos sermones: sed cur me vocas, O filia?
ELE. Audivisti, opinor, meum puerperium:
Ob hoc meo nomine sacrifica, non enim scio *ritum* ego,
Decimam lunam pueri ut moribus est receptum: 1121
Perita enim non sum *horum*, quia nunquam ante peperi.
CLY. Alterius hoc munus *est*, quæ te partu liberabit.
ELE. Ipsa enixa sum et sola *sine obstetrice* infantem peperi.
CLY. Adeo remota ab amicis domum incolis?
ELE. Nemo pauperes amicos sibi conciliare cupit.
CLY. Ergo ibo, ut *Pueri* perfectam genituram
Immolem Diis: tibi vero postquam dedero gratiam
Istam, ibo in agrum, ubi maritus sacra facit
Nymphis. At hæc vehicula, ministri, 1130
Deducentes ad præsepia reponite. Cum autem me
Putabitis hoc sacrificio Diis *facto* defunctam esse,
Adeste: oportet enim et marito gratificari.
ELE. Subi pauperem casam: cave autem mihi,
Ne tibi fuligine oppleat fumosum tectum peplos:
Sacrificabis enim, ut diis te sacrificare convenit.
Canistrum autem ad sacra auspicanda est paratum, et acutus culter,
Qui sustulit taurum, quem prope concides
Percussa: in Plutonis vero ædibus nubes ei,
Cum quo domiebas in luce: tantam vero ego 1140
Rependam gratiam tibi: tu vero mihi pœnas patris *cæsi* *dabis*.
CHO. Retributio *fit* malorum: mutatæ *vero* spirant auræ domus. Tunc quidem *in* balneis (*str.*)
Occubuit meus, meus princeps,
Insonuere autem tecta, et lapideæ
Ædium pinnæ, dum hæc loqueretur O
Scelerata, quid me, mulier, cædis, charam *in*
Patriam decimam post sementem, reversum meam?
Nunc refluens hanc in fraudem perlicit Vindicta (*ant.*)
Permutati thori, miseram quæ virum 1151
Sero reversum in *suas* ædes
Adque Cyclopea aeria mœnia acuto telo percussit propria manu,
Securim manu corripiens: miser
Maritus, quod unquam istam infelicem habuerit pestem.
Quæ veluti montana leæna lucorum (*epod.*)
Querceta depascens, hæc *facinora* patravit.
CLY. O liberi, per deos ne matrem occidite. 1160

CHO. Audis sub tecto vocem?
CLY. Eheu mihi!
CHO. Deploro et ego ipsam a liberis suis oppressam.
Tribuit profecto jus Deus, quam res tulerit:
Gravia quidem *mala* es passa, sed impia *patrasti*,
Misera, in maritum.
Sed ecce hi matris recenti sanguine
Imbuti *ex* ædibus efferunt pedem,
Dira indicia repensæ cædis.
Haud est ulla domus calamitosior
Neque fuit unquam quam nepotum Tantali.
ORE. Io Tellus et Jupiter,
Cuncta-cernens mortalium, aspicite
Hæc facinora cruenta, detestanda, gemina corpora
Humi prostrata, ictu
Mea (a) manu, compensationem mearum calamitatum.
ELE. Admodum flebilia, O frater, ego vero causa.
Per ignem veni ego misera matri huic,
Quæ me puellam peperit.
Heu calamitatem, tuam calamitatem, O mater quæ peperisti,
Scelestos, O misera et plusquam
Misera perpessa tuis a liberis.
At patris *nostri* ultus es cædem jure.
ORE. Io Phœbe vindictam excitasti,
Infandos autem manifestos fecisti
Dolores, funestaque amovisti
Connubia e terra Græcanica.
Quam igitur aliam *in* urbem ibo? quis hospes,
Quis pius meum caput aspiciet
Qui matrem occidi?
ELE. Io! heu mihi! quid autem ego? quem in chorum,
Quas *ad* nuptias ibo? Quis vir me recipiet
Conjugalia in cubilia?
ORE. Rursus, rursus mentis tuæ sensus
Mutatus est secundum auram:
Nunc enim sancte cogitas, tum non cogitans bene,
Dira enim patrasti,
O chara, in fratrem non volentem.
Vidistine, ut misera *ex* suis peplis
Exeruerit, ostenderit mammas in cæde—
Hei! hei mihi! humi
Ponens genitalia membra: tabefeci vero ego.
ELE. Certo scio, dolorem sensisti,
Luctuosum audiens clamorem
Matris, quæ te peperit.

ORE. Vocem porro hanc emisit, ad mentum meum
Ponens manus. O fili mi, supplex oro:
Meisque a genubus
Pendebat, ut manibus meis telum excideret.
CHO. Misera! quomodo ausa es cædem
Oculis tuis aspicere
Matris *animam* efflantis.
ORE. Ego quidem pallium objiciens oculis me-
is, ense *cædem* sum auspicatus, *eum*
Matris in cervicem demittens.
ELE. Ego vero te sum hortata,
Ensemque simul attrectavi.
CHO. Indignissimum patrasti facinus.
Prehende, tege membra matris peplis,
Compone vulnera:
Interfectores *sane* peperisti tibi.
ELE. En, amicas et non amicas
Vestes circumponimus,
Finem magnorum malorum *nostræ* domus.
CHO. At hi summo super domus culmine
Apparent nescio qui dæmones, aut Dii
Cælestes: non enim mortalium
Hæc *est* via: cur tandem in manifestum
Conspectum prodeunt mortalibus?
GEM. O Agamemnonis fili, audi; Gemini enim te
Matris vocant fratres Jovis filii,
Castor et hic Pollux frater *meus*.
Gravem enim navibus modo maris æstum
Postquam sedavimus venimus, Argos, ubi vidimus
Cædem sororis hujus, matris vero tuæ.
Justa quidem hæc habet; tu vero non fecisti,
Phœbus vero, Phœbus—Sed, Rex enim est meus,
Taceo: cum autem sit sapiens, non *tamen* sapiens oraculum tibi reddidit.
Probare tamen hæc *est* necesse. Posthac vero oportet
Facere, quæ fatum Jupiterque de te decrevit.
Pyladæ quidem Electram da uxorem in ædes *ducendam*,
Tu vero relinque Argos: haud enim tibi licet urbem
Hanc ingredi, quia tuam matrem occidisti.
Terribiles autem Parcæ, Deæ caninis oculis præditæ, te
Furore correptum agitabunt errantem.
Profectus autem Athenas, Palladis venerandum simulachrum
Complectens adora: arcebit enim ipsas metu perculsas,
Sævis draconibus, ne te tangant,
Terribilem *Ægidis* orbem ostendens tuo capiti.

Est autem Martis quidam tumulus, ubi primum Dii
Consederunt ad suffragia de sanguine *ferenda*,
Halirrhothium quum interfecit crudelis Mars,
*Ob* iram *propter* impia filiæ sponsalia,
Filium *Neptuni* regis maris: ubi sanctissimum
Judicium et firmum est ab illo *tempore* Diis,
Hic te quoque oportet *subire judicium* de cæde.
Paria vero te servabunt ne judicio moriaris,
Suffragia *a judicibus* lata: Phœbus enim culpam
In se ipsum transferet, qui matris *tuæ* cædem oraculo *suo* tibi suaserit.
Et reliquis hæc lex feretur,
Ut reus paribus suffragiis semper vincat.
Ac diræ quidem Deæ hoc dolore perculsæ,
Rupem ad ipsam subibunt hiatum terræ,
Venerandum mortalibus piis oraculum.
Te vero ad Alphei fluenta oportebit Arcadum terram
Habitare prope Lycæum delubrum:
De tuo vero nomine vocabitur regio.
Tibi quidem hæc dixi: Ægisthi vero cadaver hoc
Argivi cives terræ sepulchro tegent.
Matrem vero tuam modo Naupliam appellens
Menelaus, ex quo Trojanum cepit agrum,
Et Helena sepelient: Protei enim ex ædibus *illa*
Rediit relicta Ægypto, nec ivit *ad* Phrygas.
Sed Jupiter, ut lis et cædes fieret mortalium,
Simulachrum Helenæ misit ad Ilium.
Pylades igitur lætus et conjugem habens,
In Achaicæ terræ domum introducat,
Et verbis tituloque tuum affinem [*sororis Maritum*] deducat
Phocensium in terram, et det auri pondus.
Tu vero Isthmiæ terræ cervicem pede ingrediens,
Perge ad fortunatam Cecropiæ domum.
Fatalem enim ærumnæ sortem cum expleveris,
Felix eris his liberatus laboribus.

CHO. O filii Jovis, *estne* fas ad colloquia
Vestra nobis accedere?

GEM. Fas *est*, cum non sitis execrabiles ob has cædes.

ORE. Et mihi sermonis copia concessa est, O Tyndaridæ?

GEM. Et tibi: hanc *enim* Phœbo tribuam
Actionem cruentam.

CHO. Quomodo, cum sitis Dii, hujusque fratres,
Extinctæ,
Non avertistis *clades* ab ædibus?

GEM. Fati necessitas *huc eas* ducebat,

Et Phœbææ linguæ non sapientes voces.
ELE. Quid autem me Phæbus? quæ oracula
Jusserunt me autorem maternæ necis esse?
GEM. Communes *sunt* actiones, et fata communia,
Una vero vos ambos
Noxa *vestrorum* parentum perdidit.
ORE. O soror mea, longo post tempore cum te viderim,
Protinus tuo amore privor,
Teque deseram a te desertus
GEM. Maritus est ipsi, et domus; hæc non
Tristia patitur, nisi quod relinquit
Urbem Argivorum.
ORE. Et quinam alii gemitus graviores,
Quem *si cogaris* patriæ fines relinquere?
Sed ego patris ex ædibus exibo,
Et apud externos judices cædem
Matris sustinebo.
GEM. Bono sis animo: Palladis *enim ad* sacram venies
Urbem: quare tolera.
ELE. Pectus *tuum* pectori meo applica,
O frater charissime:
Disjungunt enim nos a paternis
Ædibus matris cruentæ imprecationes.
ORE. Age, complectere corpus: et mortui
Ut ad tumulum luge.
GEM. Heu, heu: triste hoc dixisti
Vel diis auditu.
Insunt enim et mihi atque cælitibus
Commiserationes ærumnosorum mortalium.
ORE. Non amplius te videbo.
ELE. Nec ego *posthac* in tuum conspectum veniam.
ORE. Hæc ultima mihi tecum colloquia.
ELE. O vale, civitas:
Vale et vos longum, mulieres concives.
ORE. O fidissima, jam abis?
ELE. Abeo, teneras humectans palpebras.
ORE. Pylades, lætus abi: *tibique* desponsum abduc
Corpus Electræ.
GEM. Hisce curæ erunt nuptiæ: sed canes
Has vitaturus, ito Athenas:
Terribili enim gradu in te contendunt
Manus-draconibus-armatas-habentes, corpore nigræ,
Dirorum dolorum stimulos moderantes:
Nos vero ad mare Siculum celeri studio
Servaturi proras proborum in mari.
Per ætheream vero meantes plagam,

Impiis quidem non auxiliamur,
Quibus vero pietas et justitia *est*
Grata in vita, illos gravibus
Liberantes laboribus, servamus.
Sic *igitur* injuste agere nullus velit.
Neque cum perjuris naviget:
Ego qui Deus sum, mortalibus *hoc* edico.

CHO. Valete: valere autem quisquis potest mortalium,
Et infortunio nullo laborat
Mortalium, beate agit.

FINIS.

EXCUDEBAT GUL. BAXTER, OXONII.